Narodna in univerzitetna knjižnica
v Ljubljani

VII B 37602 b

37602, VII, B, b.

37602,

FONTES HISTORICI

LITURGIAE GLAGOLITO-ROMANAE

A XIII AD XIX SAECULUM

COLLEGIT, DIGESSIT ET INDICE ANALITICO INSTRUXIT

Dr. LUCAS JELIĆ

Professor Historiae Ecclesiasticae et Juris Ecclesiastici
in Seminario Theologico Centrali Jadrensi.

VEGLAE MCMVI.

SUMPTIBUS EPHEMERIDIS
„SLAVORUM LITTERAE THEOLOGICAE"
PRAGAE

FONTES HISTORICI

LITURGIAE GLAGOLITO-ROMANAE

A XIII AD XIX SAECULUM

COLLEGIT, DIGESSIT ET INDICE ANALITICO INSTRUXIT

Dr. LUCAS JELIĆ

Professor Historiae Ecclesiasticae et Juris Ecclesiastici
in Seminario Theologico Centrali Jadrensi.

VEGLAE MCMVI.

SUMPTIBUS EPHEMERIDIS
„SLAVORUM LITTERAE THEOLOGICAE"
PRAGAE.

VII, B, 37602 a

0300327731

Typis expresserunt

„Kurykta“ Veglensis, E. Vitaliani Jadrensis et
Officina Typographica Catholica Labacensis.

EXCELLENTISSIMO ET REVERENDISSIMO
DOMINO DOMINO

GEORGIO POSILOVIĆ

ZAGRABIENSI ARCHIEPISCOPO
PROVINCIAE CROATICO-SLAVONICAE METROPOLITAE
ETC. ETC.

SYLLOGE HAEC HISTORICA

PROBANS ET CONFIRMANS
PRIVILEGIUM LINGUAE PALAEOSLAVICAE
BENEFICIUMQUE SLAVICAE VULGARIS
IN SACRA ROMANA LITURGIA
IVS PARTICULARE COMMUNE CAETERIS AEQUIPARATUM

ILLYRICI OCCIDENTALIS

AD JURISDICTIONEM ORIENTALIUM ECCLESIARUM SPECTANS
A SS. LATERANENSI IV° ET TRIDENTINO CONCILIIS
PLURIBUSQUE S. ROMANAE SEDIS PONTIFICIBUS
ITERATIS LIBRORUM SACRORUM EDITIONIBUS
QVATVOR SEMINARIIS ILLYRICIS ERECTIS
AB ADVERSARIIS INTERNIS EXTERNISQUE DEFENSIONE
A XIII AD XIX SAEC. PACIFICAE FRUITIONIS CONSERVATIONE
RECOGNITUM

TIBI
HAEREDI PROVINCIAE METROPOLITICAE S. METHODII
VENERATIONIS ET GRATI ANIMI PIGNUS
D. D.

Summa rerum omnium

quae hoc volumine continentur.

Proemium . . . . . p. VII.
Fontes Liturgiae Glagolito-Romanae XIII s. . . . . „ 5—13.
Corrigenda . „ 13.
Fontes Liturgiae Glagolito-Romanae XIV s. . . . . „ 3—18.
Addenda . . „ 18.
Fontes Liturgiae Glagolito-Romanae XV s. . . . . „ 3—42.
Addenda . . „ 42—46.
Corrigenda . „ 46.
Fontes Liturgiae Glagolito-Romanae XVI s. . . . . „ 3—53.
Addenda . . „ 53—61.
Corrigenda . „ 62.
Fontes Liturgiae Glagolito-Romanae XVII s. . . . . „ 3—78.
Addenda I . „ 78—80.
Addenda II . „ 81—86.
Corrigenda . „ 87.
Fontes Liturgiae Glagolito-Romanae XVIII s. . . . . „ 3—71.
Addenda I . „ 71—72.
Addenda II . „ 73—86.
Corrigenda . „ 86.
Addenda III . „ 87—98.
Fontes Liturgiae Glagolito-Romanae XIX s. . . . . „ 3—143.
Addenda . . „ 145—175.
Corrigenda . „ 176.
Index Analiticus ad Fontes Liturgiae Glagolito-Romanae a XIII ad XIX saeculum . . . . . „ I—XLVII.

Proemium.

Quum iam cura et studio clarissimorum virorum J. A. Ginzel, J. Prodan et Fr. Pastrnek, documenta historiam Liturgiae Slavicae antiquioris periodi illustrantia plurima prodiissent, illa vero historiae Liturgiae Glagolito-Romanae sequentibus saeculis illustrandae, adhuc in unum non collecta sint, hac Sylloge haec complectenda aggressi sumus.

Fontes historicos inde a XIII. saeculo, quando iam Liturgia Glagolito-Romana in Slavoniae provinciis, apud Croatas nempe Slovenos Serbosque, iure communi particulari caeteris tunc vigentibus aequiparato, invaluerat, colligentes, documenta prospera et adversa fata, naturam juridicam vel topographiam eiusdem illustrantia, civilibus vel mere litterariis demptis, saeculorum serie digessimus; quo facilius deinde detegenda, quin series chronologica innovetur, addi possint.

Ne ambitus huius Sylloges nimis augeretur, quae maioris momenti sunt documenta in extenso, adiaphoris hinc inde demptis, epigraphica iam edita necnon ad libros liturgicos et ad alia minoris momenti spectantia, in regesti formam redacta, ut brevitati consuleremus dedimus.

Quum vero dum haec praelo tradebantur, nonnulla documenta accessissent, in Addendis ad finem cuiusque saeculi, retenta tamen numeratione et paginatione sui cujusque saeculi, adiecimus.

Indice Analitico huic volumini adjecto praecipuarum materiarum conspectus, speciali cura ad rem topographicam habita, exibetur.

Errores typographicos minoris momenti Lectori benevolo corrigendos relinquimus; menda vero, quae sensum minuunt vel obscurum reddunt, in fine cujusque saeculi corrigenda curavimus.

Syllogen hanc praelo tradentes illis viris, qui manum adiutricem nobis porrexerunt, gratias agimus: Excellentissimo Domino Zagrabiensi Metropolitae Doctori Georgio Posilović, cujus munificentia factum est, ut exploratio fontium nostrorum brevissimo tempore absoluta sit; illustrissimis Dominis Matthaeo Domnio Dvornik Metropolitae Jadrensi et Doctori Vincentio Pulišić Sibenicensi Episcopo; necnon Magnifico Viro Doctori Francisco Vio Praefecto Fluminensis municipii, quorum peculiari favore pluria documenta accessibilia nobis fuerunt. Illustrissimus Dominus Doctor Franciscus Volarić Protonotarius Apostolicus ad instar et Decanus capitularis Veglensis; professor Aloysius Špinčić Castavensis; professor Franciscus Bulić Camerarius ad honorem S.S. Spalatensis; Petrus Škarica sacerdos Podgradjensis et Vincentius Premuda sacerdos Bescanus generose nobis suas collectiones excerpendas obtulerunt. Doctor Joseph Gruden professor Labacensis fragmenta codicum glagoliticorum in terris Slovenicis recenter detecta communicavit; Joseph Vajs sacerdos Pragensis et Academiae Palaeoslavicae Veglensis Scriptor, Rochus Počina professor linguae palaeoslavicae in Seminario Theologico Centrali Jadrensi, Doctor Matthias Murko professor Universitatis Graecensis in fontibus aperiendis benevole nos coadjuvarunt; Vincentius Zamlić decanus Voloscensis, Joseph Polić senior Fluminensis canonicus, Matthaeus Marušić professor in Sušak, Nicolaus Gjivanović sacerdos Ragusinus, Matthaeus Dudan professor Venetiis degens, Fr. Stephanus Ivančić et Joannes Maria Žgalić Tertii Ordinis S. Francisci Jadrensis conventus vel consilio in fontibus detegendis vel in ipsis describendis nobis praesto fuere. Reverendo Patri Ludovico Brusić Tertii Ordinis S. Francisci Veglensis conventus et Nicolao Batistić professori Jadrensi in plagulis corrigendis sociis, speciali gratitudine devicti sumus.

Jaderae in Festo SS. Cyrilli et Methodii 5 Julii 1905.

Dr. L. Jelić.

FONTES LITURGIAE GLAGOLITO-ROMANAE XIII SAECULI

1. 1215, 11—30 Novembris, Laterani.

Concilium Lateranense IV, Generale XII ab Innocentio III. Pontefice celebratum varias linguas liturgicas aequiparat.

IX. Canon de diversis ritibus in eadem fide. Quoniam in plerisque partibus infra eandem civitatem atque dioecesim permixti sunt populi diversarum linguarum, habentes sub una fide varios ritus et mores, distincte praecipimus, ut pontifices huiusmodi civitatum sive dioecesum provideant viros idoneos, qui secundum diversitatem rituum et linguarum divina illis officia celebrent et ecclesiastica Sacramenta ministrent, instruendo eos verbo pariter et exemplo.

Decretales Gregorii IX, Lib. I. Tit 31. cap. 14 sub summario: »Cum in civitate vel dioecesi sunt populi diversarum linguarum, Episcopus debet providere eis per viros idoneos, qui secundum varietatem linguarum officia eis celebrent, et sacramenta ministrent. Et si urgens est necessitas, constituet sibi vicarium Pontificem illis linguae, non tamen propter hoc eadem dioecesis debet habere duos Episcopos«. Cfr. Potthast, Regesta Rom. Pontificum ad a 1215, I, p. 437. Auctor gravissimus in rebus liturgicis, de Canone hoc Lateranensi, haec adnotat: »Es ist beachtenswerth dass — das vierte allgemeine Concil in Lateran (1215) nicht daran dachte, für das ganze Abendland die Feier des Gottesdienstes in lateinischer Sprache vorzuschreiben, vielmehr die Bischöfe (can. 9) ausdrücklich verpflichtete, dafür zusorgen dass auch für jene Christen innerhalb ihrer Diöcese, welche einen anderen als den römischen Ritus haben, nach ihrem Ritus und in der bei ihnem herkommlichen liturgischen Sprache regelmässiger Gottesdienst gehalten werde« . . Thalhoffer, Handbuch der kath. Liturgik I. (1887), 408.

2. 1222, Spalati vel Arbi.

Nicolaus clericus Arbensis describit Psalterium Glagoliticum ex codice Psalterii Glagolitici, quem Theodosius archiepiscopus Salonitanus (Spalatensis) impensis suis a. 885.—892 confici mandaverat, prout ex sequenti adnotatione glagolitica in eodem, nunc vero deperdito, codice, patet:

Anno Incarnationis Dominicae 1222. Honorio Summo Pontifice, Friderico et Roberto Imperatoribus, Rege Hungarorum Andrea, Gonzello Spalatensi Archiepiscopo. Clericus Arbensis Nicolaus ex alio similiter Psalterii, impensis et mandato Theodori (sic) ultimi Salonitani Pontificis, Slavonica lingua manuscripto codice, fideliter descripsit.

Assemani, Kalendaria Ecclesiae Universae, Tom. IV. Caput IV. §. XVIII. »Inquiritur in Psalterium Slavicum tempore Theodori ultimi Salonitani Archiepiscopi exaratum: simulque obstenditur illud nonnissi sub Jo. VIII. Papa conscriptum, et

ex versione Sacrarum scripturarum a SS. Cyrillo ac Methodio elaborata desumptum.

Hactenus de Ecclesiasticis Slavo-Latinorum libris. Unus mihi superest scrupulus eximendus. Qui Slavicam sacrarum Scripturarum versionem aut *sancto Hienymo* tribuunt, aut certe eam *ante SS. Cyrilli ac Methodii tempora elaboratam* contendunt (qua tamen de re fusius suo loco sermo erit) pro sua sententia clarissimos viros linguaeque Slavicae peritos *Levacovichum* et *Caramanum* proferre possint. Sic enim Caramanus in saepelaudata Dissertatione scribit.

»Uso della lingua Slava Letterale due secoli innanzi a S. Cirillo. Nella stessa »lingua con caratteri Girolimiani fu fatto scrivere da *Teodoro* ultimo Vescovo di »Salona il Salterio della versione di S. Girolamo due cento e più anni prima che «predicar cominciasse S. Cirillo, come s' ha da M. SS. Originali del P. Rafaele Le»vacovich Arcivescovo d' Acrida. Di tale Salterio il Chierico *Nicolò Arbesano* nell' »anno 1222 ne fece un esemplare, di cui approfittossi il medesimo Levacovich, »avendoglielo fidato per alcuni mesi *Giovanni Tonco Marnavizio* Vescovo di Bosna, »per ammirare l' antichità e prenderne copia. Servasi scritto di pugno dell' istesso »Levacovich un Frammento diviso in due colonne continenti due Versioni, questa di »*S. Girolamo,* e quella delli *Settanta.* Onde comprendesi l' uniformità della lingua »Slavolatina del settimo secolo con la Slavogreca de' posteriori secoli.

Verba Raphaëlis Levacovich super literam mp.

»Rectum illius tum sensum tum usum, ex *Psalterio*, quinto ab hinc seculo, »hoc est *anno Inc. Dom.* 1222. *Honorio Summo Pontifice, Friderico et Roberto Immp.* »*Rege Hungarorum Andrea, Gunzello Spalatensi Archiepiscopo*, a Clerico quodam »Arbensi, *Nicolao* nuncupato, characteribus Glagoliticis in charta membrana tran»scripto, atque, ut ibidem dictus Clericus *Nicolaus* praefatus est, ex alio similiter »*Psalterii,* impensis et mandato *Theodori ultimi Salonitani Pontificis* Slav. lingua ma»nuscripto codice, fideliter descripto, assidua ejusdem lectione didici. Quod quidem »*Psalterium* tribus circiter post annis, quam (a) Missale edideram, fel. rec. D. *Jo*: »*Tomcus Marnavicius* Bosnensis Episcopus, de bonis literis deque Illyrica natione »optime meritus, antiquitatis agnoscendae gratia, ad menses aliquot mihi lustran»dum, et, si vellem, transcribendum commodaverat, ut dixi etiam in *supradicto Dia»logo*, disserens de literis antiquorum Illyriorum. Quis fuerit laudati Psalterii auctor, »quisve illud in linguam Slavonicam transtulerit, et illo volumine fassus sum, et »hoc fateor, me certi aliquid non posse asserere. At vero lubens admiserim, fuisse »Hieronymum nostrum, tum propter communem vulgo, et Ecclesiae Illyricae opi»nionem; tum etiam propter omnimodam ejusdem cum fonte Hebraico, et Latina »Hieronymi ex Hebraeo versione concordiam. Qua vel hoc unum manifesta convin»cit ratione, quisquis fuerit illius aliquando Interpres, illum vel Hebraeam, vel La»tinam, vel utramque linguam perfecte calluisse, necessario dicendum est. Ejusmo»di autem facultatis et literaturae virum, non modo apud Illyrios, et Slavos, sed »ne apud Latinos quidem, neque ante, neque post aetatem praefati Salonitani Ar»chiepiscopi, nullum invenio, praeter *Hieronymum*, cuius dormitionem obitus *Theo»dori* ducentis circiter annis secutus est. Eo itaque libro haec bona praecipue con»secutus sum. Primum, antiquam Slavonicae linguae orthographiam: deinde legiti»mum quarumdam literarum usum; tum secutam certorum ejusdem linguae voca»bulorum depravationem: postremo plurimorum Psalterii, quod Romano insertum »est Breviario, locorum quae discordabant ad Vulgatae editionis exemplar accom»modationem. Sed et ex Kalendario illi libro annexo, caeterorum, et meum erro»rem agnovi, quo captus, scripsi tum alia multa, tum paulo ante recensita nomina »*Georgii, Evangelistae, Vigilii, Jovitae*, per literam, de qua loquimur ПР Nam se»cundum illius orthographiam scribenda essent *Γεοργηη*, hoc est, per *γ*, g, et per *η*, i, non per ПР

Levacovichus igitur ex fide Nicolai Arbensis, qui anno 1222. vivebat, existimat, *Psalterium* illud jussu et impensis *Theodori* ultimi Salonitani Archiepiscopi, ex quo suum idem Nicolaus exaravit., *ducentis circiter annis post obitum S. Hieronymi* fuisse conscriptum: nimirum tam Levacovichus, quam Caramanus *Theodorum*

a) Prodiit Missale jussu Urbani VIII. anuo 1631. ut supra dixi, quo in emendando suam operam Levacovichus contulerat.

Salonitanum Episcopum intelligunt, sub quo Salona funditus excisa est anno 640 sive uno ex duobus antecedentibus.

»*Annus* enim *urbis captae* (uti scribit Farlatus Illyric. Sacr. Tom. I. pag. 339 »in Theodoro Episcopo lit. pp.), fuit vel quadragesimus, vel superior, rel. octavus »et trigesimus septimi hujus saeculi, id quod suo loco investigandum erit« idest, annus Chr. 638 vel 639 vel 640 sub Heraclio Imperatore: quo circiter anno conscriptum volunt *Psatterium* illud *Slavicum* jussu et impensis *Theodori* tunc temporis Salonitani Episcopi: ac proinde *ducentis circiter annis* post obitum S. Hieronymi, quem anno Christi 420 decessisse constat idque confirmari ajunt iis *Nicolai Arbensis* verbis, *impensis et mandato Theodori ultimi Salonitani Pontificis*: Nam post hunc Theodorum, sub quo Salona fuit excisa, reliqui Pontifices, non Salonitani sed *Spalatenses* dici coeperunt; ex quo scilicet Jo: Theodori sucessor *Spalatum* Sedem transtulit, uti legitur apud Farlatum Tom. I. Illyrici Sacri pag. 333 in Catalogo Romano his verbis: *Joannes Ansistes hujus nominis* VI. *Salonitanam Sedem Spalatum translatam primus obtinuit* ab *anno 670 usque ad annum 680.*

Verum, ut huic doctorum virorum opinioni adstipulari nequeam, plura, eaque, ut puto, gravissima momenta me impellus. Primum quidem, admisso etiam Nicolai (a) Arbensis librarii testimoio, adeo confusi sunt Salonitatorum seu Spalatensium Antistitium Catalogi, ut certa exinde epocha colligi non possit, nisi de iis Episcopis, quorum fit mentio in Synodis aut in epistolis Romanorum Pontificum, deque iis, qui post eversam sub Heraclio Salonam vixere. Farlatus ipse tanta Catalogorum caligine obrutus, Theodorum in serie primi Catalogi *Sexagesimum secundum*, (qui certe ultimus Salonitanus fuit; nam pag. 320 proxime antecedit *Joannem sexagesimum tertium* de quo sic scribitur: *Joannes primus Archiepiscopus Spalatensis patria Ravennas:)* Theodorum, inquam, illum ab anno circiter 640. quo vivebat, ad annum 800 et quod excurrit, pag. 323 lit. cc. detrudit in haec verba. »Cum hoc Theodoro Catalogi perperam conjungunt urbis eversionem; quum is ex »Catalogo Romano, annis amplius ducentis post Salonam eversam, Ecclesiae Spala»tensi praefuerit«. Quo quid absurdius dici queat? Qui enim Joannem Ravennatem antecessit, eundem ipsum esse Theodorum, sub quo Salonae excidium contigit, certo certius est. Deinde, tum ex hac Farlati de Theodoro, qui ducentis post eversam Salonam annis Spalatensi Ecclesiae praefuit, confessione; tum ex Catalogo quarto Romano, in quo pag. 334 *Theodorus* inter annum 880., et 890 ponitur, pronum est intelligere, a Nicolao Arbensi hunc potius *Theodorum* saeculi noni praesulem Salonitanum sive Spalatensem intelligi, quam illum Joannis decessorem, sub quo Salona excidium subiit. *Ultimus* quippe *Theodorus* hic est, nam ille: non post *Theodorum* in serie Archiepiscoporum XXII de quo in Catalogo Romano pag. 334. »*Theodorus* V. et Leo III. Archiepiscopi »Spalatenses XXII et XXIII praefuerunt inter annos 880 et 890. sedentibus Jo: »VIII. Martino II seu Marino, Adriano III. Stephano V Formoso«: Post hunc, inquam, *Theodorum* XXII usque ad *Guncellum* XLVIII., sub quo Nicolaus Arbensis vivebat, suumque Psalterium anno Chr. 1222 scribebat, nullus alius reperitur *Theodori* nomine appellatus Archiepiscopus. Itaque, si vera est illa Nicolai librarii adnotatio, non ad Theodorum, qui anno 640 Salonitanis praeerat, sed ad *ultimum Theodorum* referenda est qui sub Joanne VIII Romano Pontifice Salonitanam Ecclesiam regebat: tum nempe, quum a SS. Cyrillo et Methodio in Slavicum Sermonem jam conversa fuerant unacum sacris scripturis divina officia, eorumque usus ab eodem Jo: VIII Slavis permissus: ac propterea perspicuum redditur, cur Psalterium Slavicum jussu et impensis huis Theodori Salonitani Episcopi conscriptum fuerit; ut nimirum in usum cederet Slavorum in dioecesi Salonitana degentium. Ceterum neque ante SS. Cyrilli ac Methodii actate Sacras literas in Slavicum sermonem fuisse translatas, neque ante Joannis VIII Papae tempora usum Slavicae linguae in divinis celebrandis concessum, res jam est apud viros emunetae na-

a) Quum nullibi, quod sciam, extat authographum illud, quod Nicolaus scriptum sub Theodoro Salonitano Episcopo affirmat, dubitari possit, an de suo Nicolaus addiderit vocem illam *ultimi Salonitani Episcopi*. Quid enim? si dicamus, Psalterium illud in Adnotatione librarii, affirmari dumtaxat, *scriptum impensis et mandato Theodori Episcopi*, cetera divinando adjecta fuisse?

ris certissima: quidquid sit, de neotericis quibusdam, qui patriae amore ducti, sine ullo documento, imo contra aperta scriptorum omni exceptione majorum testimonia, dictitant, et Slavicum sermonem Dalmatis Illyriisque congenitum fuisse et a S. Hieronymo Ecclesiae Doctore Sacras Scripturas Slavice conversas. Quod autem *ducentis circiter et quinquaginta post Salonae excidium annis* ultimus *Theodorus* a Librario *Salonitanus Archiepiscopus* dictus sit, nemini mirum esse debet. Etsi enim translata a Joanne Archiepiscopo circa annum 690 *Spalatum* Sede, *Spalatenses* vulgo appellari Antistites coeperunt; non tamen Salonitanorum nomen desiit, quinimo in Pontificiis literis, quingentis post excisam Salonam anuit. *Salonitana Ecclesia et Salonitani Archiepiscopi* vocantur, non *Spalatenses*. Ita Innocentius II Papa, qui ab anno 1130 usque ad annum 1143. Ecclesiae praefuit, quum de jure debitoque Salonitano seu Spalatensi Metropolitae obsequio aliquid detrahere velle viderentur Episcopi Dalmatici, ad Gaudium Archiepiscopus literas dedit, quibus ejus auctoritatem sartam tectam ab omni detrimento seu diminutione conservari jubet, in haec (a) verba: »Innocentius Servus Servorum Dei, Gaudio Venerabili Fratri, »Salonitano Archiepiscopo, salutem et Apostolicam benedictionem. Sicuti B. Gregorii »testatur auctoritas, et tam veterum, quam modernorum gestorum monumenta de»clarant, examinatio et consecratio Salonitani Archiepiscopi ex antiqua institutione »ad Romanum Pontificem specialiter spectat. *Et infra.* Nos ita statuimus, ut in »Dalmatia nullo alio in loco Synodus, praeter quam in vestra Metropolitana Eccle»sia celebretur, et ibidem omnes Suffraganei praefatae Ecclesiae Salonitanae more »solito consecrentur«. Idem confirmat Tirpimirus (b) qui Principatum apud Chrobatos anno Chr. 838 obtinebat, in eo diplomate, quo quidquid Decessores sui *Ecclesiae Salonitanae,* tunc Spalatensi, large munificique donaverant, id omne confirmat et in perpetuum ratum esse jubet, ac novis insuper beneficiis et largitionibus cumulat, atque adauget: »Per paginulam (inquit) privilegialem Sanctae Salonitanae »Ecclesiae dictae mancipitata in aeternum permaneant; ac deinde ut in fatam »matrem Ecclesiam, quae Metropolis usque ad ripam Danubii, et pene per totum »Regnum Chroatiae«. Denique Seculo vergente (b) duodecimo Alexander III Papa quum suas primum ad Gerardum, denique ad Raynerium literas daret, utrasque inscripsit quidem *Gerardo,* vel *Raynerio Spalatensi Archiepiscopo, Apostolicae Sedis Legato;* at per idem tempus eumdem Raynerium *Gregorius Antibarensis Metropolita* in suis ad eum literis, *Salonitanum Archiepiscopum et Sedis Apostolicae Legatum* appellat. Quum ergo et Theodorum ultimum Salonitanum Archiepiscopum sub Jo: VIII Papa teneamus, et translatarum jam per SS. Cyrillum ac Methodium in Slavicam linguam Scripturarum consentiat tempus; nulla superest cavillandi ratio ut Psalterium illud temporibus prioris Theodori Archiepiscopi. sub quo Salona eversa est, a Nicolao Arbensi Clerico exaratum dicamus; multoque minus, ut Slavicam ejusdem Psalterii versionem ad S. Hieronymum referamus. Atque hic verba doctissimi P. Anselmi Bandurii, a me alibi usurpata. repetere juvat: qui quamvis Dalmata sit, pro veritatis tamen studio, Animadversionibus in lib. Constantini Porphyrogen. de Adm. Imp. edit. Reg. pag. 117 de Slavica Scripturarum versione ingenue sic scribit: »Quid vero ipse de S. Hieronymi Alphabeto et versione Sacrae »Scripturae, ab ipso, ut ajunt, in Slavonicam linguam facta, sentiam, libenter fatebor. »Nullibi in operibus Divi Hieronymi ne quidem vestigium riperi linguae Slavonicae: »quam quidem si calluisset, in explanandis Scripturis, et pluries quam de nomi»nibus Hebraicis, ea procul dubio usus esset. Ubi vero Divus Hieronymus patrium »sermonem appellat, aut nostrarum linguam; id de Lingua Latina, quae tunc per uni»versum Romanum Orbem (*ac praesertim per Dalmatiam et Illyricum*) in usu erat, intelligendum esse, nemo eruditus ignorat«.

Rectum fuisse iudicium Assemani, Psalterium Slavicum »impensis et mandato Theodori ultimi Salonitani Pontificis« ad epocham 885—890 reapse pertinere patet ex recenter detectis epistolis papae Stephani V annis 886—888 ad Theodosium nonensem episcopum ad Salonitano-Spalatensem ecclesiam tunc translatum (Jaffe *Reg. Rom. Pont. N*3416, 3448) datis. Nam »Theodorus« Salonitano-Spalatensis archie-

a) Apud Farlat. Tom. I. Illyrici Sacri pag. 309.
b) Idem Farlat. pag. 308.
a) Idem Farlat. pag. 310.

piscopus illa aetate a corruptis Cathalogis relatus, menda librariorum ex Theodosii nomine male transcripto confectus est; in quem errorem etiam Nicolaus Arbensis iam inciderat.

3. 1248, 29 Martii, Romae (Segnens).

Innocentius papa IV. recognoscens titulum iuridicum consuetudinis immemorabilis liturgiae Glagolito-Romanae in Slavonia, Philippo episcopo Segniensi, qui, cum lingua Latina ordinatus existeret, consuetudini terrae tamen conformis effici postulasset, licentiam divina officia iuxta liturgiam praedictam celebrandi, concedit.

(Innocentius episcopus etc. Venerabili fratri Philippo) Episcopo Senien(si etc.) Porrecta nobis tua petitio continebat, quod in Sclavonia est littera specialis, quam illius terre clerici se habere a beato Jeronimo asserentes, eam observant in divinis officiis celebrandis. Unde cum illis efficiaris conformis, et in terre consuetudinem, in qua consistis episcopus, imiteris, celebrandi divina officia secundum dictam litteram a nobis suppliciter licentiam postulasti. Nos igitur attendentes, quod sermo rei, et non res est sermoni subiecta, licentiam tibi in illis dumtaxat partibus, ubi de consuetudine observantur premissa, dummodo sententia ex ipsius varietate littere non ledatur, auctoritate presentium concedimus postulatam. Nulli ergo etc. nostre concessionis etc. Datum Lugduni IV. Kalendas Aprilis (Pontificatus Nostri) Anno Quinto.

Tabularium Vaticanum, Regesta Innocentii IV, N. 21, fo. 522 v.; Anno V. ep. 756. Cfr. Potthast, Regesta Pontif. Roman. n. 12880. Theiner, Monumenta Slavorum Meridionalium I, 78, uti animadvertit Nilles (Zeitschrift für kath. Theologie. Innsbruck 1900, p. 11.) non correctam lectionem praebuit; quare a nobis textus hic revisus est.

4. 1250, 1. Decembris, Povlje Pharen.

Joannes canonicus Spalatensis et notarius juratus Pharensis, approbante Nicolao episcopo Pharensi instrumentum, quo Brečko comes Phariae Brachiae, Prvoš jupanus una cum populo Pharensi et Brachiensi monasterio s. Joannis in Povlje terras donant, croatice cyrillianis characteribus conficit.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 6 ss.

5. 1252, 26. Januarii, Perusii (Veglen).

Innocentius papa IV. Fructuoso Veglensi episcopo indulget, ut monachis Benedictinis S. Nicolai de Omišalj, propter consuetudinem immemorabilem eiusdem monasterii, divina officia in liturgia Glagolito-Romana celebrandi licentiam concedere possit.

Innocentius episcopus etc, Venerabili fratri Fructuoso episcopo Veglen(si etc.), Dilecti filii Abbas et Con(ventus) monasterii sancti Nicolai de Castro Muscla ordinis Sancti Benedicti tue dioecesis nobis humiliter supplicarunt, ut cum ipsi, qui Sclavi existunt et sclavicas litteras habeant, discere latinas litteras non possunt, eis, ut in litteris sclauicis secundum ritum ecclesie Romane divina officia valeant celebrare, prout iidem et predecessores sui facere consueverunt, licentiam concedere curaremus. De tua circumspectione plenam in Domino fiduciam obtinentes, presentium tibi auctoritate concedimus, ut super hoc facias, quod videris expedire. Datum Perusii VII. Kalendas Februarii (Pontificatus Nostri) Anno Nono.

Tabularium Vaticanum, Regesta Innocentii IV. N. 22. fo. 124; Anno IX o ep. 96. Cfr. Theiner, Monumenta Slav. Meridion. I, 79. Potthast, Reg. Pont. Rom. n. 14485.

6. 1275, Prinč apud Pisinum Parentin.

Presbyter Nicolaus, capellanus comitis Pisinensis, plebanus in Gola Gorica auctoritate publica notarius, nec non comitis Pisinensis et nobilium scriba in Prinč, instrumentum confinationis inter terras patriarchatus Aquileiensis, comitis Pisinensis, Communis Pisinensis, possessiones Domini Venetici et aliorum nobilium Istrianorum, glagolitice conficit.

Šurmin, Acta Croatica I, Zagrabiae 1898, 10ss. 72.

7. 1288, Tersati Segnen.

Stephanus Epidauritanus (od staroga Dubrovnika), episcopus Modrusciensis consecrationis ecclesiae S. Lucae Tersati a se peractae memoriam characteribus glagoliticis in folio pergameno fistulae plumbeae altari eiusdem ecclesia concreditae, consignat.

Šurmin, Acta croatica I. Zagabriae 1898, 74.

8. XIII. s. Aquilejen.

Breviarium Glagoliticum Labacense, cuius fragmenta in Bibliotheca Lycaeali Labacensias asservantur, conscribitur.

I. Berčić, Čitanka starosl. jezika Prag 1864, p. X et 40.

9. XIII. s. Nigrocorcyren.

Breviarium Glagoliticum Nigrocorcyrense (Korčula, insula in Dalmatia), cuius fragmenta 1862. Joanni Berčić donata in sua Collectione sub N. 51 asservabantur, in Dalmaticis insulis meridionalibus conscribitur.

I. Berčić, Čitanka Starosl. jezika Prag 1864, p. X. et 40 s.

10. XIII. Jadren.

Breviarium Glagoliticum Tkonense, cuius fragmenta a. 1850. I. Berčić detexit ac in suam Collectionem sub N. 9 inseruit, a monacis Ordinis S. Benedicti monasterii Rogoviensis vel Tkonensis Jadrensis dioeceseos conscribitur.

I. Berčić, Čitanka staroslav. jezika Prag 1864. p. X. et 42 s.

11. XIII. s. Veglen.

Breviarium Glagoliticum Verbenicense Parochiale »Proprium de tempore« continens, in insula Veglae omonimae dioeceoses conscribitur.

I. Berčić. Čitanka starosl. jezika Prag 1864, p. X. et 43 s.

12. XIII. s. Jadren.

Breviarium Glagoliticum Ugljanense, cuius fragmenta I. Berčić in eadem parochia Jadrensis dioeceseos a. 1851 detexit ac in suam Collectionem sub N. 35 inseruit, conscribitur.

I. Berčić, Čitanka starosl. jezika Prag 1864. p. X. et 45.

13. XIII. s. Jadren.

Breviarium Glagoliticum Birbiniense, cuius fragmentum in omonima parochia Jadrensis dioeceseos anno 1850. I. Berčić detexit et in suam Collectionem sub N. 2 inseruit, conscribitur.

I. Berčić, Čitanka starosl. jezika Prag 1864. p. XI. et 45.

14. XIII. s. Arben.

Missale Glagoliticum Arbense, cuius fragmentum anno 1856. in civitate Arbi sacerdos I. Gurato detexit ac Ioanni Berčić ut suae Collectioni sub N. 22. insereretur donavit, conscribitur.

I. Berčić, Čitanka staroslav. jezika Prag 1864. p. XI. et 46.

15. XIII. s. exeunte, in Istria vel Dalmatia.

Missale Glagoliticum Kukuljevićianum, in omonima Bibliotheca Zagabriensi asservatum sub N. 3, in terris croaticis vel istro-dalmaticis conscribitur.

Jagić, Primjeri starohrvat. jezika. Zagreb 1866. p. 6. et 24.

16. XIII. saeculo exeunte, Preddvor Aquilejen.

Breviarium Glagolitjcum, cuius fragmenta Lectiones Feriae II.—V. infra Dominicam Passionis Proprii de tempore continentia, parochus Laurentius Pintar († 1874.) in archivio parochiali Preddvor h. Labacensis dioeceseos adinvenit, conscribitur.

Bibliotheca Lycealis Labacensis, N. 6. et 7.

17. XIII. s. Aquilejen.

Homiliarium Labacense, cuius fragmentum in Musaeo Rudolphino Labacensi asservatur, conscribitur.

L. Geitler, Die slavischen und albanesischen Schriften, Vindobonae 1863., 188.

18. XIII. saeculo exeunte, Aquilejen.

Missale Glagoliticum in Folio magno, cuius fragmentum Ritum Aquae sconsecrandae ac Baptismi continens, characterum forma Homiliario Labacensi (Cfr. N. 17.) valde simili, in archivo episcopali Labacensi asservatur, conscribitur.

Archivium episcopale Labacense, N. I.

19 XIII. s. in Monte Athos.

Tabulae Graeco-Moschae seu Capponianae sub die 14. Februarii, imaginem S. Cyrilli cum illa S. Auxentii pictam praebent; probabillime in Monte Athos XIII. s. depictae.

Assemani, Kal, Eccl. Univ. Romae 1750. T. I. 5. ss. Tabulas Graeco-Moschas Petrus I. Russiae imperator Graeco Hierasimo Fokae dono dederat; sed nepos huius pro 300 aureis marchion Capponi Romano venumdedit.

20. XIII. s. apud Slavos Orientales.

Cultus SS. Cyrilli et Methodii communis est etiam apud Slavos Orientales, iuxta Regulam originariam Romano-Studiticam. Die 14. Februarii in Officio Proprio S. Cyrilli, nulla mentio fit de Methodio; die vero 6. Aprilis in Officio Proprio Methodii, mentio fit etiam de S. Cyrillo, huiusque canonizatio et cultus antquiores praesuponuntur. In Menaeis aliquando ambo fratres 11. Maji celebrantur; et apud Serbos 25. Augusti.

A. N. Petrov, Čestvovanie sv. slavjanskih apostolov Kirilla i Methodija v drevnerusskoj cerkvi (po služebnim minejama i mjesecoslovjam do 1682. god.) in ephemeride Accademiae Ecclesiasticae Petroburgensis Hristianskoe Čtenie, 1893., N. 3, 526—547. Martinov, Annus ecclesiasticus Graeco Slavicus, Bruxellis, 1863., 125 s,

I. Berčić, Dvie službe rimskoga obreda za svetkovinu sv. Cirila i Metuda, Zagrabiae 1870., 9.

21. XIII. s. in Dalmatia et Croatia.

Monasteria Ordinis S. Benedicti, quum a Regula Ordinis sui non prohiberentur, consuetudinem antiquiorem Sacra liturgia Glagolito-Romana persolvendi introductam, ac a S. Sede hoc saeculo desuper approbatam, universaliter recipiunt.

Jam inde a X saeculo liturgiam Glagolito-Romanam in monasteriis provinciae Spalatensis, ac XI saeculo neoerectae provinciae Antibarensis, consentiente S. Sede viguisse patet (Cfr. Rački, Documenta hist. croat. ill. Zagrabiae, 1877., 192, 201. 487; et Rescriptum Innocentii IV a. 1252 datum supra n. 5.

CORRIGENDA.

Pag. 6, l. 20: super literam ПР.
» 7, » 17: me impellunt.
» » » 49: huius Theodori

FONTES LITURGIAE GLAGOLITO-ROMANAE XIV SAECULI

1. 1323, in Bosnia.

Clericus Ivaniš Ivanović instrumentum introductionis in possessionem comitis Beroji Dobroslavić, characteribus cyrillianis Croato-bosnensibus conficit.

Šurmin, Acta Croatica I, Zagrabiae 1998, 79 s.

2. 1324, Sišatovac Serbiae.

Apostolus Serbicus Monasterii Sišatovac die 6. Aprilis commemorationen S. Methodi episcopi Moraviensis agit.

Pamet prêpodobьnago otьca Jevtiha i blaženoga otcьca našego Methoda jepiskupa Moravьskaja.

F. Miklošić, Apostolus e codice monasterii Šišatovac palaeoslovenice, Vindobonae 1853, XVIII. Codex hic anno 1324 descriptus est.

3. 1330, Segnae.

Aedificatio ecclesiae S. Martini Segnae sacerdotis Eliae Rilač expensis, inscriptionibus glagoliticis tam muro perimetrali quam basi statuae S. Martini immissis, memoriae consignatur.

Šurmin, Acta croatica I. Zagrabiae 1898, 80.

4. 1330, apud Slavos Orientales.

Prologus vel Sinaxarium Bulgaricum, ex antiquiori codice Glagolitico descriptus, die 27. Augusti et 6. Aprilis memoriam Ss. Cyrilli et Methodii agit.

»Vь tižь denь (27. Avgusta) vь svêtьih po istinê prêpodobnoju otьcu našeju i arhijepiskopu Maravьskoju Kostanьdina naricajemago Kirila Filosofa, i Methoda brata jego, učitelja sašta slovênskomu jazьiku, i tvoritь že sê pamêt jego. 6. Aprile mêseca, i velьmi crьkvi praznujetь vь denь pamêtь jego.

(Kiril) usne o Gospodi sь miromь .... duša vь rucê Bogu pridavьše carьstvo prijemь nebeskoje«.

Prologus Bulgaricus cyrillianus iuxta Ritum Graecum, ex antiquiori glagolitico anno 1330 descriptus in Bibliotheca Societatis Belgradensis Lit 53; ed. Safarik, Glasnik društva srbske slov. XVI (1863) Belgradi, 34 ss.

5. 1346, 9 Maii Auenione (Pragen.)

Clemens papa VI, Arnesto archiepiscopo Pragensi ad petitionem Karoli Moraviae marchionis concedit monachos, de partibus Slavoniae, ex antiqua consuetudine indultoque S. Sedis liturgia Glagolito-Romana utentes, in Bohemiam immigrantes, in uno dumtaxat dicti regni loco posse divinum officium slavice celebrare.

Clemens Episcopus servus servorum Dei. Venerabili Fratri, Archiepiscopo Pragensi salutem et apostolicam benedictionem. Significavit nobis dilectus filius nobilis vir Karolus Marchio Moraviae, quod in Slavonia et nonnullis partibus de Slavonica lingua existentibus misse et alie hore canonice ad laudem Christi in eorum vulgari de licentia et ex indulto Sedis Apostolice leguntur, et etiam decantantur, et quod multa monasteria et loca Monachorum nigrorum sancti Benedicti et aliorum ordinum in illis partibus, huiusmodi ritum ex antiqua consuetudine usque in hodiernum diem tenentium, propter brigas et guerras illarum partium destructa et ad nihilum sunt redacta.[1]) Monachi quoque et fratres Monasteriorum et locorum predictorum[2]) occasione huiusmodi nec Deo, nec Christianis proficere, nec etiam Monasteria et loca ipsorum commode optinere valentes remanent vagabundi propter quod cultus divinus et fides christiana in illis partibus minuitur. Cum autem, sicut huiusmodi insinuatio subiungebat in confinibus et circa partes Regni Boemie que de eadem lingua et vulgari existunt, sunt multi scismatici et infedeles, qui cum eis sacra scriptura latine dicitur, exponitur, vel predicatur, nec intelligere volunt nec commode ad fidem christianam possunt converti, dictique Monachi et fratres vulgares predicatores ritum predictum habentes in dicto regno, et ipsius confinibus summe necessarii et utiles pro Dei laude et augmentatione christiane fidei esse noscantur. Idem Marchio nobis humiliter supplicavit, ut eisdem fratribus et Religiosis, quod in regno Boemie et confinibus supra dictis loca eligere, in quibus et circa que possint stare et missas celebrare, secundum ritum et consuetudinen partium ipsarum licentiam concedere de speciali gratia dignaremur. Nos igitur de predictis notitiam non habentes fraternitati tue, de qua plenam in Domino fiduciam gerimus, eisdem Monachis seu fratribus dicti sancti Benedicti vel alterius ordinis per sedem eandem approbatis, recipiendi unum locum duntaxat in dicto regno vel ejus confinibus, in quo servare valeant dictum ritum, alias tamen per (Apostolicam) Sedem approbatum, eandem auctoritate nostra concedas plenam et liberam facultatem, jure tamen Parochialis Ecclesie ipsius loci, quem ut premittitur dicti Monachi seu fratres receperunt, et cuiuslibet alterius alieni in omnibus semper salvo. Datum Animone VII. idus Maii, Pontificatus Nostri anno quarto.

Ex Registro Slavorum apud Pelzel, Kaiser Karl der Vierte I. Thl. Prag 1780. pag. 90. s.

[1]) Bellum nempe Ludovici I. Hungariae Croatiaeque regis cum Venetis in Dalmatia gestum. Cfr. Vjesnik hrv. arheol. družtva N. S. III. Rogovska Opatija.

[2]) Monachos hac occasione in Bohemiam ex coenobio Ordinis S. Benedicti SS. Cosmae et Damiani in insula Tkon dioeceseos Jandrensis migratos esse constat.

6. 1347, 21 Novembris, Nurenbergi (Pragen.)

Karolus IV. Bohemiae rex, monasterium O. S. Benedicti cum liturgia Glagolito-Romana a Clemente papa VI concessa (v. N 5), Emmaus dictum, in civitate Neo-Pragensi fundatum dotat.

Karolus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, et Boemie rex. Ad perpetuam rei memoriam. Rex magnificus etc.

Dudum siquidem sanctissimus Pater Dominus noster Papa Clemens VI. Venerabili Arnesto Archiepiscopo Pragensi Principi et Consiliario nostro karissimo, ad nostri instantiam et requestam committere voluit, ut ipse in nostra civitate Pragensi monasterium conuentuale et claustrale ordinis sancti Benedicti instituere et auctoritate posset apostolica ordinare, institutis ibidem Abbate et fratribus, qui Domino famulantes divina officia in lingua Slavonica duntaxat ob reverentiam et memoriam gloriosissimi Confessoris Beati Jeronymi Strydoniensis Doctoris egregii, et translatoris, interpretisque eximii sacre scripture de Ebraica in latinam et Slavonicam linguas, de qua siquidem Slavonica nostri regni Boemie idioma sumpsit exordium primordialiter et processit, debeant futuris temporibus celebrare, ad quod siquidem Monasterium construendum et edificandum Parochialem Ecclesiam sanctorum Cosme et Damiani in suburbiis nostre civitatis Pragensis predicte in Podschal inter Wyssegradum et Sderaz situatam, cuius jus patronatus ad Ecclesiam Wyssegradensem tunc temporis pertinebat, facta per nos dicte Ecclesie Wyssegradensi pro iure patronatus dicte parochialis Ecclesie restitutione et satisfactione condigna duximus ordinandum, quam prefatam parochialem Ecclesiam in dictum Monasterium claustrale et conventuale ad honorem Dei, beatissimeque Marie Virginis Matris ejus, ac gloriosorum Jeronymi prefati, Cirullique, Metthudii, Adalberti et Procopii Patronorum dicti Regni Boemie Martyrum et Confessorum titulum et honorem prefatum Archiepiscopum requirimus et hortamur attente, iuxta commissionem a sede apostolica sibi factam erigi, et etiam exaltari inibi Abbate et fratribus auctoritate predicta institutis, qui sub regula et regulari habitu ordinis sancti Benedicti, cui dictorum sanctorum conversatio gloriosa suis tribuit temporibus quos adhuc per Dei gratiam retinet, speciem et decorem in lingua Slavonica duntaxat futuris et perpetuis temporibus ob memoriam et reverentiam prefati beatissimi Jeronymi, ut ipse in dicto regno velut inter gentem suam et patriam reddatur perpetuo gloriosus, ipsiusque dignissima memoria celebris habeatur perpetuo Domino famulantes, divinum officium nocturnum videlicet et diurnum valeant celebrare. Et caetera. Datum Naremberg anno Domini Millesimo Trecentesimo quadragesimo septimo — XI. Kalendas Decembris — —

Pelzel, Kaiser Karl der Vierte, I Th. Prag 1780, 91 ss.

7. 1347, 17 Junii, Verbenici, Veglen.

Aedificatio capellae SS. Petri et Pauli in cacumine collis ad ori-

entem castelli Verbenicensis Veglensis dioeceseos, inscriptione glagolitica, fronti eiusdem capellae incisa, memoriae commendatur.

Šurmin, Acta croatica I, Zagabriae 1898, 81.

8. 1350 c. Venetiis.

Joannes Dandulus chronista ac dux Venetiarum originem liturgiae Glagolito-Romanae apud Croatas et Dalmatas vigentis, a S. Cyrillo, — Presbyterum Diocleatem sequens, — repetit.

»Ursus Participatius Dux factus est anno 874. Eodem tempore Constantinus natione Thessalonicensis, cui Papa, Cyrillus, nomen imposuerat, vir catholicus, Divinisque Scripturis eruditus, et in variis idiomatibus peritus. — Moderni autem maritimam totam vocant Dalmatiam, Montana autem Croatiam. Hic Beatus Cyrillus pene omnium Slavorum dictus est apostolus, quia hos ad fidem reduxit, et divinum officium in Lingua Sclavonica iis transtulit.«

Joannis Danduli Chronicon. Muratori Scriptores rerum italicarum XII. 1728, 12—416. Cfr. Joannis Lucii De regno Dalmatiae et Croatiae Amsteldami, 1666, 67; ubi animadvertitur, Dandulum haec mutuatum ab historia Presbyteri Diocleatis Regnum Slavorum.

9. 1356, 26 Augusti, Pragae.

Carolus IV. rex Bohemiae ac Imperator Romanus, Joanni monacho Emmautensi Pragensis dioeceseos, eo quod libros legendarum et cantus nobilis linguae Slavonicae ad usum monachorum describeret, pensionem annuam assignat.

Karolus quartus diuina fauente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, Boemie Rex. Johanni scriptori librorum Monasterii Slauorum Ordinis sancti Benedicti in noua ciuitate Prag. noue fundationis nostre deuoto et fideli nostro dilecto gratiam nostram et omnem bonum. Consideratis multiplicibus obsequiis tuis, quibus pro decore Monasterii nostri Slauorum in scribendis libris legendarum et cantus, nobilis, lingue Slauonice hucusque prouide mentis studio tam sollicite quam fideliter laborasti, et laborabis, sicut non ambigimus, prestantius in futurum, de singulari nostre Maiestatis gratia, damus, deputamus et assignamus tibi decem marcas reddituum annui census in et super maccellis Ciuitatis Pragensis, in quorum possessione nunc esse dignosceris, per te nec non legitimos heredes tuos habendas, et tenendas, ac vtifruendas pacifice et quiete quamdiu in laborando et scribendo libros legendarum et cantus dicti vulgaris slauonici actu et operatione continuaueris ac perseueraueris fideliter et attente. Nulli ergo hominum liceat hanc nostre deuotionis, deputationis et assignationis paginam infringere, seu ei quouis ausu temerario contraire, sub pena gravissime indignationis nostre, quam qui secus attemptare presumpserit, se cognoscat graviter incidisse. Presentium sub nostre imperialis Maiestatis sigillo testimonio litterarum.

Datum Prage anno Domini millesimo trecentesimo, quinquagesimo sexto, nona Indictione, VII. Kal. Septembris, regnorum nostrorum anno Romanorum vndecimo, Bohemie decimo, Imperii vero secundo. (Ex Registro Slauorum.)

Franz Martin Pelzel, Kaiser Karl der Vierte in Böhmen, II. Theil, Prag 1781. Urkundenbuch p. 385. N. CCCXLIII. Cfr. Dobrovsky, Geschichte der böhmischen Sprache, Prag 1818, 53 ss.

10. 1358 c. Cenadien. in Hungaria.

Tempore Ludovici I. Hungariae ac Crotiae regis, Slavis districtus Lipnae comitatus Aradiensis, Cenadiensis dioeceseos, ad Christum conversis, sacerdotes Glagolite-Romani sacra persolvunt.

Pars III, Caput XLVIII. De baptizatione quorundam Sclavorum. Item Sclaui, districtus de Lipna *(Chr. Budense Lippna)*, durae cervicis populus, ad fidem erat conuersus et baptizatus; cui sacerdotes Catholici, secundum translationem beati Hieronymi, doctoris sanctae matris ecclesiae, sacramenta ecclesiastica ministrabant; sed nunc, ut narratur, in apostasiam, et pristinum errorem sunt relapsi, et multo pejores effecti.

M. Ioannis de Thwrócz, Chronica Hungarorum. Pars Tertia; De Ludovico rege. Schwandtner, Scriptores rerum Hungaricarum. Vindobonae 1746, p. 196. Opus hoc anno 1358 incoeptum est, ut M. Belli Praefatio l. c. XII. s.

11. 1359, Segnae.

Psalterium Glagoliticum Segnense, quod in Bibliotheca Pragensi Lobkoviciana asservatur, a clerico Kirino (Quirino) conscribitur.

I. Berčić, Čitanka staroslov. jezika Prag 1864, p. XII et 48.

12. 1368, Corbaviae.

Missale Glagoliticum Nuglense, quod anno 1405 a comite Petro Novaci filio pro ecclesia Ss. Helenae et Petri Nuglae apud Roč (Pinguentum) Tergestinae dioeceseos acquisitum est, nunc vero in Caes. Aulica Bibliotheca Vindobonensi N. 8 asservatur, a comite Corbaviensi Novako filio Petri, equite regis Hungarocroatici Lodovici I., conscribitur.

I. Berčić, Čitanka starosl. jezika Prag 1864, p. XII. et 49., Šurmin, Acta croatica I, Zagabriae 1898, 84.

13. 1371, Martio, Flumine Rolen.

Instrumenum notarile, quod notarius Fluminensis Ioannes Franchini »ex quodam vetere magno libro illyrico manuscripto« Capituli Flumi-

nensis anno 1570 latine versum transumpsit, characteribus Glagoliticis confícitur.

G. Kobler, Memorie per la storia della liburnica città di Fiume, Fiume 1898, I, 194.

14. 1380, Olomucii.

Ioannes Neumarkensis episcopus Olomucensis Statuto peculiari diem festum in universa dioecesi Olomucensi 9 Martii solemniter celebrandum statuit.

Statutum Ioannis episcopi Olomucensis, de die festo quo solemniter colendi sunt

»beatissimi et gloriosissimi confessores Christi et episcopi Cyrillus et Methodius, Patres, Apostoli et Patroni nostri praecipui.

Statuimus, ut totus clerus et populus nostrae dioecesis ipsorum festum et diem debeant solemniter VII. Idus Martii una nobiscum digna veneratione, per divinorum officiorum celebrationem solemnem devotis mentibus obsequi laetabundi.«

Ginzel, Geschichte der Slavenapostel 1861, 13.

15. XIV s. medio, in Bohemia.

Legenda Bohemica S. Ludmilae, medio XIV. s. in Bohemia exarata, nonnulla acta Ss. Cyrilli et Methodii recolit.

Legenda S. Ludmilae, Ginzel, Codex, 19 s.

16. 1380. c. in Moravia.

Legenda Moravica, tempore Statuti Ioannis episcopi Olomucensis a. 1380 dati (Cfr. N, 14.) exarata, vitam et acta Ss. Cyrilli et Methodii recolit.

Legenda Ss. Cyrilli et Methodii Patronorum Moraviae; Cfr. Ginzel, Codex 12 ss.

17. 1380, Romae.

Testimonium Nicolai Signorile de S. Cyrilli reliquiis in basilica romana S. Clementis.

»De ecclesia S. Clementis. In ecclesia S. Clementis sunt infrascriptae Sanctorum Reliquiae videlicet . . . Sanctorum Prothi et Jacinti, Sancti Cyrilli, Sanctorum Nerei et Archillei . . .«

Nicolae Signorile, De reliquiis Romae veneratis, Ms. Archivii Colonna. Codex II, A 50, f. 45; Cfr. Bartolini, Memorie storico-archeologiche dei Santi Cyrillo e Methodio, Roma 1886, 187.

18, 1380, 12 Aprilis, Segnae.

Capitulum ecclesiae cathedralis Segnensis, in congregatione sua plenaria ad hoc specialiter convocata, statutum capitulare, quo officia et iura canonicorum singulatim perpetuis temporibus determinantur, characteribus glagoliticis confici iubet.

Kukuljević, Arkiv za Jugosl. povj. knji. II, 77—85. Ljubić, Ogledalo književne povjesti Jugosl. Rieka 1864, 317.

19. 1312—1382. Jadren.

Breviarium Glagoliticum Pasmanense pro abbatia ss. Cosmae et Damiani Rogovo-Tkonensis O. S. Benedicti, ab Archiepiscopo Jadrensis Matthaeo Karaman eiusdem monasterii abbate Commendatario († 1771) asservatum, a monacis benedictinis Rogovo-Tkonensibus, illuminatur ac conscribitur.

I. Berčić, Čitanka staroslov. jezika Prag 1864, XII et 51 s, Codex hic usque ad annum 1880 c. apud Antonium Sandrić Pasmenensem asservatum, in Collectionem Academiae Jugoslavicae Zagabriensis transiit.

20. 1387, Veglen.

Missale Glagoliticum Omišaljense in dioecesi Veglensi, pro monasterio Regularium conscribitur, ut ex adnotationibus mensis decembris 1387 in ipso illatis eruitur; nuncque vero in bibliotheca Collegii Urbani de Propaganda Fide asservatur.

Assemani, Kal. Un. Eccl, IV, cap. IV, § 6: Breviaria et Missalia manuscripta Slavico Sermone, ritu Latino. I. Berčić, Čitanka staroslov. jezika Prag 1864, p. XII et 56 s., Šurmin, Acta croatica I, Zagabriae 1898, 29.

21. 1379—1387, Segnen.

Breviarium Glagoliticum Vol. I. Proprium de tempore continens, quod in Bibliotheca Collegii Urbani de Propaganda Fide asservatur, pro ecclesia S. Joannis parochiae Okruglje et Tribikovići in dioecesi Segnensi conscribitur.

Assemani, Kal. Un. Eccl. IV. cap. IV. § 6. Breviaria et Missalia manuscripta, Slavico sermone. ritu Latino. Breviarium ante annum 1387 exaratum pro Ecclesia S. Joannis de Tribihovichi et Krughla (dioeceseos Seniensis), sub Joanne Vegliae, Gazkae et Segniae principe, et Joanne Batrich Krughlae, atque Ulchano Racih Tribihovichi Procuratoribus. Ibi legitur haec nota: »Anno Domini 1387 Fabianus, cui mater terra, peccata divitiae, et sepulchrum patria, scripsi hanc Rubricam, non autem hunc librum. Altera adnotatio legitur de Carolo III. Rege ab Hungaris (anno 13.) interfecto. Tertia demum de hoc Breviario a Turcis anno 1487 capto, et a Krughlianis et Tribihevicianis redempto«. I. Berčić, Čitanka staroslov. jezika Prag 1864. p. XII. et 51 Codicem anno 1379. descriptum asserit. Kukuljević, Arkiv za povjestnicu

jugoslav. IV, Zagabriae 1857 p. 370 refert integram Adnotationenn in lingua originali Codicem vero XIII saeculo exeunti vel XIV ineunti tribuens. Cfr. Acta Croatica eiusdem 318; Šurmin, Acta croatica I, Zagabriae 1898, 94.

22. 1390, Clepardiae (Varsavien.)

Wladislaus II. Jagiello rex cum Hedvigi regina monasterium Slavorum ordinis Sancti Benedicti Clepardiae sub titulo Sanctae Crucis fundat, et fratres Emmautenses Praga accersit, Slavonico idiomate, ritu quidem Romano, divina officia celebraturos.

Sempiternum memoriale, quo clementia Redemptoris genus Slavonicum extulit et mirifice honoravit, donando illi gratiam specialem, ut omnia sacra officia et res divinae tam nocturnae quam diurnae, ipsa quoque sacrarum missarum arcana idiomate illo possent celebrari (quod nemini alteri linguagio, praeterquam Graeco, Latino et Hebraeo videmus contigisse, quorum excellentiae etiam bonitas divina Slavonicum aequavit), Wladislaus secundus Poloniae Rex cum consorte sua Hedvigi, femina devota et nobilissima, volentes etiam in Regnum Poloniae diffundere, et de multiplicibus beneficiis et victoriis, divinitus eo anno eis praestitis, ostendere erga Deum gratitudinem et munificentiam regalem (*Cod. Ant.* regularem), incitati exemplari simili, quod in civitate Pragensi habetur monasterium Slavorum ordinis Sancti Benedicti, et sub ejus regulari observantia duraturum, sub honore et titulo Sanctae Crucis, extra muros Cracovienses in oppido Kleparz,non longe a Fluvio Rudawa, sub pontificatu Petri Wisch episcopi Cracoviensis, feria quinta post festum sancti Jacobi Apostoli, fundant, condunt et dotant, et pulcherrimo muro lateritio circuitum ecclesiae tam chori quam corporis, opere sumptuoso et magnifico designant, chorumque eiusdem ecclesiae cum sacristia perficiunt et cosummant, corporis vero fundamenta solum iaciunt; quemadmodum usque in praesentem diem id coram cernere licet. Et domum pro monasterio ligneam cum horto construunt, fratresque ex monasterio Pragensi sumptos in illam introducunt, dantes eis pro dote quamvis tenui, viginti marcas singulis annis de censibus et proventibus thelonei Cracoviensis: a quibus usque ad mea tempora et sub meis oculis ecclesia illa Sanctae Crucis, et in re divina et in matutinis horisque canonicis, caeterisque caerimoniis ecclesiasticis, sonoro cantu et lectione in idiomate Slavonico et per monachos fratresque Sancti Benedicti et officiabatur et administrabatur. Deliberaverat autem illustrissimus Wladislaus Poloniae Rex cum sua nobilissima consorte Hedvigi, monasterio et loco ili dare amplam dotem, quae triginta monachos, praeter alios familiares et servitores, sustentare potuisset; deliberaverat etiam et monasterium cum omnibus cellis et officinis suis lateritio muro fabricare: sed interim Regina clarissima Hedvigis sorte fatali abstracta est. Qua obeunte, omnis ardor, ad quem illum stimulo suo Regina Hedvigis concitabat, exstinctus est, et omne opus usque ad diem hanc, omnisque fabrica ecclesiae et monasterii intermissa.

Ioannis Długossii seu Longini canonici Cracoviensis Historiae Polonicae libri XII, ad veterinorum librorum manuscriptorum fidem recensuit, variis lectionibus annotationibusque instruxit Ignatius Żegota Pauli, cura et impensis Alexandri Przezdziecki, Cracoviae 1876, Tom. III, Lib. IX et X Ad annum 1390. (Libro X) p. 487.

23. 1391, Veglen

Proprium Sanctorum Glagoliticum Verbenicense, Verbenici Veglensis dioeceseos uti videtur, conscribitur.

I. Berčić Čitanka staroslov. jezika Prag. 1864, p. XII. et 57 s.

24. 1391—1392, Ragusien.

Decreta Ragusiensis Reipublicae, ex quibus liturgiam Glagolito-Romanam in parochiis foraneis per districtum veterem et peninsulam Pelješac vigere patet.

I.

1391, die ultimo julii. Dopminus Radovan de Zara, presbiter schlavichus, in minori consilio, more solito congregato, praecibus et instantia omnium Rustichorum Breni, receptus fuit in sacerdotem capellanum Breni, donec vixerit, cum salario Comunis et aliis obventionibus capallanie Breni, consuetis, et quod salarium suum incipiat a die crastino, primo mensis augusti, et debeat sibi dari de quatuor mensibus in quatuor menses pro rata. Qui dopminus Radovanus sic acceptavit et se obligavit officiare in Breno.

II.

1392, die quinto martii. Dopminus Radovanus de Jadra, presbiter sclavichus, capellanus Breni, promotus fuit de dicta capellania et factus capellanus Gravosii cum salario, provisionibus, modis et conditionibus, quibus fuit positus et stetit pro comune ejus predecessor presbiter schlavichus capellanus dicte capellanie dopminus Radovanus dictam capellaniam acceptavit, et illam se optulit et obligavit officiare, prou tenebantur alii capellani.

III.

Dopminus Petrus, presbiter sclavichus, in eodem minori consilio receptus fuit in capellaniam Breni loco dicti dopmini Radovani.

IV.

In majori consilio die 27. juli 1392. Prima pars est, de dando arbitrium et liberam auctoritatem domino Rectori et ejus minori consilio presentibus et futuris inveniendi presbiteros sclavichos et ipsos ponendi per districtum Ragusii et punctam Stagni, ubi eis videbitur.

Archivum Ragusinum, Decreta Consilli Maioris et Minoris, anni 1391 e 1392, quae edidit professor A. Vučetić in ephemeride »Slovinae« 1882 N. 2. p. 30. s. et in ephemeride »La Dalmazia Cattolica« 1882 (XIII), 5° p. 3. — Breno idest parochia sub Brgato comprehendebat varias fractiones: Mandalijena, Grbavac, Martinovići

ect. Ecclesia parochialis erat S. Magdalenae — Gravosium vulgo Gruž, suburbium urbis Ragusii. — Districtus Ragusii est territorium vetus ante aquisitionem Stagni a 1333, continens Astaream et insulas (Cfr. Bogišić et Jireček, Liber Statutorum civ. Ragusii, Zagabriae 1904. praef.) — Puncta Stagni, quae est Pelješac, districtum novum Ragusinum post a. 1333. comprehendebat.

25. 1395, 8 Septembris, Novi Corbavien.

Presbyter Nicolaus leges poenales Communis Vinodolensis glagoliticis characteribus conscribit.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 99 s.

26. 1395. Pragen.

Lectiones Glagoliticae in Evangeliario cyrilliano Rhemensi vulgo »Text du Sacre«, in Bibliotheca Nationali Parisiensi asservato, super quo rex Galliarum ab anno 1547 in coronatione sua iurabat, a monachis Emmautensibus O. S. Benedicti, monasterii Pragensis dioeceseos, ex Dalmatia et Istria (Cfr. N. 4, 5, 6, 9) provenientibus, describuntur.

Evangelia slavica quibus olim in Regum Francorum oleo sacro inungedorum solemnibus uti solebat ecclesia Rhemensis vulgo Texte du Sacre, Parisiis 1843; I. Berčić, Čitanka starosl. jezika Prag 1864. p. XII et 59 ss.

27. 1395. Veglen (?).

Collectanea Ivančićiana, opus morale ac asceticum, lingua veteroslovenica ac croatica, characteribus vero glagoliticis ab auctore anomymo, conscribitur.

I. Milčetić, Ivančićev Sbornik, Starine Jugosl. Akad. XXV, 40 ss.

28. 1396, Tergestin.

Breviarium Glagoliticum, quod in usu fuit ecclesiae capitularis ruralis Rocii (Roč apud Pinguentum) dioeceseos Tergestinae, a Vito Omišaljensi (Castelmuschio in insula Veglensi) conscribitur; et in quo Visitatio Canonica ab episcopo Tergestensi Petro de Bonhom 10. Januarii 1503 adnotatur; nuncque vero in C. Aulica Bibliotheca Vindobonensi asservatur, conscribitur.

I. Črnčić in ephemeride Katolički List 1859, N. 43. Cf. Vajs Glagolitica II. 1. (1905).

29. 1350—1400, in Dalmatia.

Cronographus bohemicus Pulkava, narrata breviter introductione linguae slavicae in liturgiam a s. Cyrillo permittente Apostolica Sede

peracta, eiusdem comunem usum in Jadrensi, Spalatensi ac Ragusina provinciis sua aetate vigentem testatur.

»Tunc papa hoc audito miraculo in perpetuum statuit quod in lingua Slowanica possint misse et alia divina officia celebrari. Et sic per archiepiscopatus et provincias Spalatensem, Ragusiensem et Jadriensem et apud omnes suffraganeos eorum et multos alios episcopatus tam per presules quam per sacerdotes misse et alia divina usque hodie in slavonico celebrantur . . .«

Fontes Rerum Bohemicarum V, 16.

30. 1369—1400, Rogovi Jadren.

Rogovi in dioecesi Jadrensi, Regula Ordinis S. Benedicti pro abbatia Benedictinorum S. Joannis Belgradensis alio nomine SS. Cosmae et Damiani Tkonensi Jadrensis dioeceseos, characteribus glagoliticis in linguam croaticam convertitur; cuius codex originalis apud Academiam Jugoslavicam Zagrabiensem asservatur.

I. Kukuljević Jugoslavenska knjižnica I Kukuljevića Sakcinskoga, Zagrabiae 1867, 16, Ljubić Ogledalo književne poviesti Jugoslavenske, Rieka 1864, I, 318.

31. XIV s. ineunte, vel medio, Jadren.

Missale Glagoliticum, cuius fragmenta partem Communis Sanctorum et Missae pro Defunctis nec non partem Ritus Baptismatis continentia, profesor R. Počina Jaderae a. 1890 circiter adinvenit, characteribus croaticis antiquioribus, conscribitur.

Jagić, Archiv für slav. Philologie XXII. (1900), 525 ss.

32. XIV s. Jadren.

Documenta latine descripta archivi abbatiae SS. Cosmae et Damiani in monte Tkonensi Or. S Benedicti Jadrensis dioeceseos, summariis glagoliticis explicantur.

Cfr. Jelić, Archiv Rogovske opatije in eplemeride Viestnik hrv. arheol. dr. N S. III (1898), 72 ss.

33. XIV s. Aquilejen.

Missale Glagoliticum, cuius fragmenta ex theca »Libri Copulatorum« anni 1677 parochiae S. Petri in urbe Labaci extracta sunt, conscribitur.

In Archivo parochiali S. Petri Labaci sub. N. III.

34. XIV s., apud Slavos Meridionales.

Breviarium Glagoliticum Parisiense una cum Missali retractato et Rituali, quod in Bibliotheca Nationali Parisiensi inter Mss. Slavica sub N. 11 asservatur, in terris Slavicis Meridionalibus conscribitur

Martinof, Les manuscrits slaves de la Bibliotheque impériale de Paris, Paris 1858, p. 70 s.; I. Berčić, Čitanka starosl. jezika Prag 1864 p. XI et 47.

35. s. Pragen.

Missale Glagoliticum Pragense in Monasterio Emaus vel in Monasterio SS. Cosmae et Damiani Rogoviensi-Tkonensi Jadrensis dioeceseos conscribitur.

I. Berčić Čitanka Staroslov. jezika Prag 1864, p. XII et 50.

36. XIV s. Veglen.

»Proprium de tempore« Glagoliticum Verbenicensis ecclesiae in Veglensi dioecesi conscribitur.

I. Berčić, Čitanka starosl. jezika Prag 1864, p. XIV. et. 61 ss.

37. XIV s. Veglen.

Proprium et Commune Sanctorum Glagoliticum, quod asservatur in archivo parochiali ecclesiae Verbenicensis verosimillime a Vito de Omišalj (Castromusculi) insulae Veglensis conscribitur.

Cfr. Vajs, Glagolitica a. II.

38. XIV s. Pragen.

Breviarium Glagoliticum Pragense, cuius fragmentum in Musaeo Pragensi asservatur, conscribitur.

I. Berčić Čitanka staroslov. jezika Prag. 1864, p. XIV. et 64.

39. XIV. Jadren.

Missale Glagoliticum Ugljanense, cuius fragmenta anno 1859. in parochia Ugljan Jadrensis dioeceseos I. Berčić detegens suae Collectioni sub N, 19 inseruit, in dioecesi Jadrensi, uti videtur, conscribitur.

I. Berčić Čitanka staroslov. jezika. Prag 1864, p. XIV. et 64 s.

40 XIV s. Tergestin.

Missale Glagoliticum cum Calendario figuris illuminato, quod anno 1475 in usu ecclesiae parochialis S. Martini Berami (Vermi) in dioe-

cesi Tergestina fuit; nunc vero in Musaeo Labacensi N. 162 asservatum est, conscribitur.

I. Berčić, Dvie službe sv. Ćirila i Metuda, Zagreb 1870, 23; Jagić, Ein fünfter bibliographischer Beitrag Slavica der Laibacher Lycealbibliothek (Aus dem Anzeiger der philos. — hist. Cl. 1898, N. XX), 12.

41. XIV s. Radoljice, Aquilejen.

Breviarium Glagoliticum, cuius fragmentum Proprii Sanctorum in Festo S. Joannis Bapt. continens, parochus Laurentius Pintar in archivio parochiali Radoljice pri Tržiću Labacensis dioeceseos adinvenit, conscribitur.

Bibliotheca Lycealis Labacensis, N. 8.

42 XIV s. apud Slavos Meridionales.

Missale Glagoliticum Kukuljevićianum, cuius fragmenta in omomyma Bibliotheca Zagrabiensi asservantur, conscribitur.

V. Jagić, Primjeri starohervat. jezika Zagreb 1864 p. 49.

43. XIV s. Jadren.

Breviarum Glagoliticum Salense, quod in Bibliotheca Collegii Urbani de Propaganda Fide asservatur, in dioecesi Jadrensi conscriptum est.

M. Karaman, Ms. Identità della lingua slava etc. Num. XXXIV De Missalibu- et Breviariis Slavico Sermone et charactere Hieronymiano conscriptis, de visu refert; Assemani Kal. Eccl. Un. IV. Cap. IV. §. 6. »Vetustissimum est Breviarium Ecclesiae Sale, quae et Pisuch dicitur, in dioecesi Jadertina in Insula, cui nomen Grossa, e regione Firmanae urbis.«

44. XIV. s. Jadren.

Breviarium Glagoliticum Zaglaviense, quod in Bibliotheca Collegii Urbani de Propaganda Fide asservatur, in dioecesi Jadrensi conscriptum est.

M. Karaman, Ms. Identità della lingua Slava etc. Num. XXXIV. De Missalibus et Breviariis Slavico Sermone et charactere Hieronymiano conscriptis, de visu refert; Assemani Kal. Un. Eccl. IV. cap. IV. §. 6. »Non minus antiquum [quam Breviarium vetustissimum Ecclesiae Sale in insula Grossa] est fragmentum alterius Breviarii in Ecclesia S. Michaelis de Zaglava, conventus Tertii Ordinis S. Francisci [in eadem insula Grossa], in quo ad diem 14. Februarii recolitur officium SS. Cyrilli et Methodi«.

45. XIV. s. exeunte, Aquilejen.

Homiliarum Glagoliticum, cuius fragmenta ex theca »Libri Bapti-

zatorum anni 1659« parochiae S. Petri in urbe Labaci extracta sunt, conscribitur.

In Archivio parochiali S. Petri Labaci sub N. I; ex forma externa pars eiusdem codicis, de quo infra sub N. 46. esse videtur.

46. XIV s. exeunte, Aquilejen.

Breviarium Glagoliticum, cuius fragmenta (homilia S. Augustini episcopi in Octava Epiphaniae) ex theca »Libri Baptizatorum anni 1683« parochiae S. Petri in urbe Labaci, extracta sunt.

In Archivio parochiali S. Petri Labaci sub N. II; cfr. N. 45.

47. XIV s. exeunte, S. Križ pri Tržiču Aquilejen.

Missale Glagoliticum, cuius fragmenta missas Dominicae X, XI. XIX, et XX post Pent. continentia, in archivio parochiali Križe pri Tržiču Labacensis dioeceseos parochus Laurentius Pintar († 1874.) adinvenit, conscribitur.

Bibliotheca Lycealis Labacensis N. 4, 5 et 8.

48. XIV s. exeunte, Jadren.

Missale Glagoliticum, cuius fragmentum Proprii Sanctorum missas a 15 Julii ad 14 Septembris continens, a clerico Antonio Parač anno 1904. Pasmani adinventum, conscribitur.

Bibliotheca Seminarii Theologici Centralis Jadreae, Glagolitica.

49. XIV. s. Aquilejen.

Missale Glagoliticum in magno folio, cuius duo fragmenta, Prophetias Sabbati Sancti et Missam in Dominica Paschae, iuxta Ritum Romanum, nec non Benedictiones varias (casei, ovorum, agni et carnium) quae in parte formali illis Euchologii iuxta Ritum Graecum similiores videntur, continentia in Musaeo Rudolphino Labacensi asservantur, conscribitur.

Museum Rudolphinum Labacense. N I. II; ambo fragmenta eiusdem codicis partes esse videntur.

50. XIV s. Preddvor Aquilejen.

Breviarium Glagoliticum in folio, cuius fragmenta, Laudes et Primam per annum et Lectiones de Epistola II ad Corinthios (hebd. IV. post Epiph.) et initium ep. ad Galatas (Dom. V. post Epiph.), conti-

nentia, parochus Laurentius Pintar († 1874) in archivo parochiali Predvor Labacensis dioeceseos adinvenit, conscribitur.

Bibliotheca Lycealis Labacensis N. 1.

51. XIV s. (Selca) Aquilejen.

Rituale Glagoliticum, cuius fragmenta ex »Libro Mortuorum« 1669—1715 parochiae Selca in dioecesi Labacensi extracta sunt, benedictiones vitium, vini in festo S. Blasii et alia continentia, conscribitur.

In Archivo parochiali Selca Labacensis dioeceseos sub N. III.

52. XIV s. Aquilejen.

Missale Glagoliticum in folio maximo, cuius fragmentum partem Communis SS., id est Missam de SS. Apostolis et Missam Votivam B. V. Mariae continens, in Musaeo Rudolphino Labacensi asservatum, conscribitur.

Musaeum Rudolphinum Labaci, sub titulo antiquo: Steuerbuch 1678. Ex quo patet fragmentum illud a 1679. pro theca Libri Rationis Labacensis municipii adhibitum fuisse.

53. XIV s. exeunte, loco incerto.

Breviarium Glagoliticum, cuius pars inter alia vitas Sanctorum Legendam SS. Cyrilli et Methodii continens, in C. Bibliotheca Aulica Vindobonensi asservatur, conscribitur.

Einige altslavische Handschriften in der Kais. Hofbibliothek zu Wien, Jahrbücher für slavische Literatur, Kunst und Wissenschaft, herausgegeben von I. E. Schaler, II (1852), 67, 2.

54. XIV s. in Istria, Croatia, Dalmatia et Bohemia.

Festum SS. Cyrilli et Methodii in Calendariis Missalium Glagoliticorum, ac in Breviariis Glagoliticis sub die 14. Februarii; in Calendario Breviarii Glagolitici Parisiensis, sub die 6. Aprilis celebratur (Cfr. N. 34).

Officium Proprium SS. Cyrilli, Methodii (et Valentini) sub die XIV Februarii, quod ab illo officio iam a discipulis SS. Cyrilli et Methodii, exeunte IX s. confecto, dependet, in Breviariis: Zaglaviensi (Cfr. Fontes XIV s. N. 44), Tribikovićensi (N. 21), et Salensi (N. 43) occurrit.

Missa Propria SS. Cyrilli et Methodii, quae cum eodem Officio Proprio IX. s. confecto concordat, in parte glagolitica a. 1395 descripta Codicis Rhemensis (N. 34) superest.

In Litaniis Breviarii Ročensis (N. 28). »Sveti Kurile moli za nas« invocatur.

I. Berčić, Dvie službe rimskoga Obreda za svetkovinu Sv. Ćirila i Metuda, Zagrabiae 1870, 12 s., 15.

55. XIV s. in Dalmatia, Croatia, Bohemia et Polonia.

Monasteria Ordinis S. Benedicti tam in Dalmatia et Croatia, quam in Bohemia et Polonia, liturgia Glagolito-Romana sacra persolvunt..

Cfr. documenta huius saeculi superius relata. N. 5, 6, 9, 19, 22, 26 30, 32, 35.

56. XIV s. apud Slavos Orientales.

Cultus SS. Cyrilli et Methodii apud Russos inde a medio XIV s., receptione Regulae Hierosolymitanae vice originariae Romano-Studiticae, decrescit, ita ut in officio liturgico nec mentio de ipsis fiat. Apud alios vero Slavos Orientales cultus antiquior perdurat.

A. N. Petrov, Čestovanie sv. slavjanskih apostoloo Kirilla i Methodija (Hristianskoe Čtenie, Petroburgi 1893. N. 3, 526 ss.). I. Berčić, Dvie službe rimskoga obreda za svetkovinu sv. Ćirila i Metuda. Zagrabiae 1870, 5 ss.

ADDENDA.

a. 1307, Segnae.

Aedificatio ecclesiae S. Martini a presbytero Elia absoluta, inscriptione glagolitica, septo eiusdem ecclesiae immissa, memoriae consignatur.

Kukuljević, Nadpisi sredovječni i novovjeki u Hrvatskoj i Slavoniji, Zagreb 1891, N 783, p. 235.

FONTES LITURGIAE GLAGOLITO-ROMANAE XV SAECULI

1. 1402, Ravanjska, Nonen.

Missale Glagoliticum Koprivense de mandato sacerdotis Lupi nepotis abbatis S. Georgii de Kopriva in Ravanjska parochiae Jesenice prope ostium Zrmanjae fluminis Nonensis dioeceseos, quod in Bibliotheca Collegii Urbani de Propaganda Fide asservatur, conscribitur.

Assemani, Kal. Un. Eccl. IV. cap. IV. §. 6: »Breviaria et Missalia manuscripta, Slavico sermone, ritu Latino: Missale — scriptum fuit anno 1402 jussu Sacerdotis Lupi nepotis abbatis de Koprive. Anno vero 1440. transiit in jus Fr. Petri, Tertii Ordinis S. Francisci apud S. Crucem degentis. Demum anno 1627 pertinebat ad Ecclesiam S. Joannis de Jadra ejusdem Tertii Ordinis: quemadmodum haec adnotatio docet.« Cfr. infra N. 15, — Monasterium S. Georgii de Ravna, vel de Kopriva vel de Obrovac, Ordinis S. Benedicti erat, hodiedum extat eiusdem ecclesia in littore maris in parochia Jesenice prope castrum Obrovac. Memoratur iam in diplomate 1070 regis Petri Cresimiri (Rački, Documenta hist. Croat. ill. Zagrabiae 1877, p. 87) et sequioribus saeculis (Cfr. Crnčić, Najstarija povjest krčkoj biskupiji, Roma 1887, 18 s.).

2. 1403, 4. Februarii, Hreljin Corbavien.

Presbyter Blasius plebanus in Hreljin Corbaviensis dioeceseos donationales Andreae Ševatić monasterio Hreljinensi datas, glagolitice conficit.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 404.

3. 1405. Nuglae Tergestin.

Aquisitio Missalis Glagolitici Nuglensis pro ecclesia SS. Helenae et Petri Nuglae parochiae Roč apud Pinguentum in dioecesi Tergestina, memoriae characteribus glagoliticis in eodem codice [Cfr. s. XVI.] commendatur.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 107.

4. 1405. mense Octobris. Omišalj Veglen.

Opus fenestrae orbicularis in fronte ecclesiae B. V. Mariae Assumptae Omišalji (Castelmuschio Veglensis dioeceseos) absolutum a magistro Martino Glušec duplici inscriptione glagolitica memoriae commendatur.

Šurmin, Acta croatica I. Zagrabiae 1898, 108.

5. 1410, 9 Maii, Lauranae Polen.

Radenus plebanus Lauranae Polensis dioeceseos testamentum olographum characteribus glagoliticis conficit.

Šurmin, Acta croatica I. Zagrabiae 1898, 108.

6. Ante 1412, Jadrae.

Breviarium Glagoliticum Jadrense S. Michaelis, quod in Bibliotheca Collegii Urbani de Propaganda Fide asservatur, conscriptum est.

M. Karaman, Ms. Identità della lingua slava etc. Num. XXXIV; »De Missalibus et Breviariis Slavico Sermone et charactere Hieronymiano conscriptis«, de visu refert; Assemani, Kal. Eccl. Un. IV. cap. IV. §. 6. »In ecclesia Collegiata S. Michaelis, quae una est ex sex Collegiatis, ex quibus una cum Cathedrali conflatur Capitulum Jadertinum, duo extant Manuscripti Codices. Missale scilicet, et Breviarium Romanum lingua Slavica litteris Hyeronymianis: et in Breviario quidem adnotatum legitur charactere recentiori: »Knaciza Clericus anno 1412 die 18 Decembris Acolytatum, quartum Ordinem suscepit«. Cfr. Berčić, Chrestomathia p. 107 s.; Čitanka starosl. jezika. Prag. 1864, p. XIV et 66 s.

7. 1414, Buccari Corbavien.

Breviarium Glagoliticum Bukarense pro ecclesia S. Andreae Apostoli Buccari in dioecesi Corbaviensi a Bartholomaeo Scriba conscribitur.

Sladović, Povjestij 190 s. Crnčić, Najstarija povjest krčkoj biskupiji, 96 s.; Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 113.

8. 1426, 17. Octobris, Bescae Veglen.

Frater Lucas prior monasterii S. Salvatoris Heremitarum S. Pauli Bescae Veglensis dioeceseos permutationem quandam, instrumento glagoliticis characteribus conscripto consignat.

Šurmin, Acta croatica I. Zagrabiae 1898, 125.

9. 1403—1415. Spataten.

Missale Glagoliticum Hervoiae ducis Spalatensis pro capella palatina eiusdem ducis in Starigrad apud Omiš in dioecesi Spalatensi a Butkone scriba ex codice redacto pro usu Or. S. Francisci Min. Obs., ut videtur, conscribitur ac miniaturis exornatur.

Ms. originale in Eski Serai Costantinopolitano. Jagić, Thallóezu et Wickhoff, impensis Regiminis publici Bosniae et Hercegovinae Vindobonae 1891 sumptuose editum est.

10. 1420, 1. Junii, Bescae Veglen.

Joannes Kušević plebanus Bescae Veglensis dioeceseos, praesente inter alios Domino officiale episcopi, monasterio S. Salvatoris ibidem sito terram donat, litterasque donationales characteribus glagoliticis conscribi iubet.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 118.

11. 1422, Novembri, Novi Corbavien.

Presbyter Joannes instrumentum permutationis inter Joannem filium Bucifali et monasterium s. Mariae in Crkvenica ad petitionem partium glagolitice conficit.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 121 s.

12. 1431, Berami Tergestin.

Aedificatio ecclesiae S. Martini Berami (Vermo apud Pazinum) Tergestinae dioeceseos, tempore plebani Poštedioc absoluta, inscriptione glagolitica muro eiusdem ecclesiae immissa, memoriae commendatur.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 131.

13. 1437, 15. Julii, Jaderae.

Presbyter Georgius Zubina filius Pauli de Blato (Bokanjac) Jadrensis dioeceseos, testamentum olographum characteribus glagoliticis conficit.

Šurmin, Acta croatica I, Zagabriae 1898, 144.

14. 1439, 4 Decembris, Jadrae.

Quum per liberam resignationem presbyteri Pauli Glagolitae ecclesia S. Joannis Baptistae in Suburbio Jadrensi vacasset, ab archiepiscopo Jadrensi Laurentio Venerio Fratribus glagolitis Tertii Ordinis s. Francisci perpetuo confertur.

Nos Laurentius Venerio, miseratione divina et sacrosanctae Sedis apostolicae gratia Archiepiscopus Jadrensis, venerabili ac religioso viro Fratri Martino quondam Novaci, Heremitae de penitentia Tertii Ordinis Sancti Francisci, salutem in Domino sempiternam. Opus pietatis esse dignoscitur Deo servire volentibus de loco aliquo convenienti providere, ubi grata Deo obsequia impendere, et juxta Regulae suae ordinem vitam ducere valeant. Hac igitur consideratione ducti, Dei intuitu et consideratione providi viri Ser Gregorii Merganich civis Jadrae, pro dicto

Ordine postulantis locum et ecclesiam Sancti Joannis Baptistae prope et extra muros Jadrae, ad praesens vacantem per liberam resignationem venerabilis viri presbyteri Pauli de littera sclava, ultimi rectoris dictae ecclesiae, tibi et Fratribus tuis Heremitis de poenitentia Tertii Ordinis Sancti Francisci, omnibusque aliis Heremitis de poenitentia dicti Tertii Ordinis Sancti Francisci, cum plenitudine juris canonici perpetuis temporibus damus et conferimus, teque nomine totius dicti Tertii Ordinis Sancti Francisci de dicto loco et ecclesia per anulum nostrum aureum, quem in manibus tenemus, coram nobis flexis genibus constitutum, investimus, cum omnibus et singulis possessionibus et pertinentiis ipsi ecclesiae spectantibus e pertinentibus, salvis semper et reservatis juribus archiepiscopalibus in detis (sic) mortuorum et oblationibus tantum; et per hanc collationem et investituram dictae ecclesiae juribus archiepiscopalibus non derogetur, sed in sua integritate consistant, aliqua ipsius Ordinis libertate vel immunitate non obstante. Et quare praefatus Ser Gregorius Merganich dictam ecclesiam, quae ruinam minatur, gratiose et liberaliter se reparaturum obtulerit, locumque aedificaturum ubi convenienter dicti Heremitae vitam ducere poterint, pro recompensatione suae liberalitatis, tenore praesentium concedimus et donamus ipsi Ser Gregorio tantum jus patronatus in dicta ecclesia, praeficientes eum patronum dictae ecclesiae. In quorum omnium praemissorum fidem et testimonium, praesentes fieri fecimus et nostri pontificalis sigilli apprensione muniri.

Actum Jadrae in nostro archiepiscopali palatio, praesente universo Capitulo Jadrense, sub anno a Nativitate Domini millesimo quadrigentesimo trigesimo nono, Indictione III, die quarta mensis decembris, Pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri Eugenii divina providentia Papae IV anno nono.

Et ego presbyter Nicolaus quondam Benedicti Primicerius Jadrensis, publicus imperiali auctoritate Notarius ac praefati reverendissimi domini Archiepiscopi Cancellarius, praedictis omnibus dum sic agerentur et fierent praesens fui, eaque de mandato ipsius domini Archiepiscopi scripsi, et in hanc publicam formam redegi, signumque meum cum nomine apposui consuetum, in fidem et testimonium omnium praemissorum.

G. Ferrari-Cupilli, Scritti storici e letterarii. Zara 1889, I, 279 s. adnotando pag. 260: »Notabile nell' avanti accenato documento è l' appellazione de littera sclava con cui viene distinto il sacerdote, che occupava dapprima la chiesa suburbana di San Giovanni. Colla medesima varii altri se ne trovano indicati nelle scritture di quel secolo; puossi quindi credere che vallesse allora per contrassegnare que' sacerdoti i quali nella sacra uffiziatura l' idioma illirico esclusivamente adopravano. E tale idioma usavano appunto anche i Padri, che nella chiesa ridetta si stabilirono, ed in tale uso continuarono dipoi sempre, a comodo e vantaggio della popolazione dei borghi, cui quell' idioma era particolarmente famigliare«.

15. 1435—1441, Lukovo Nonen.

Missale Glagoliticum, quod in Bibliotheca Collegii Urbani de Propaganda Fide asservatur, a presbytero Marco apud S. Lucam in valle

Lukovo Nonensis dioeceseos degente 1435 conscribi incoeptum, pro presbytero Blasio capellano S. Georgii in Obrovo (apud Jesenice tunc Nonensis dioeceseos, hodie Jadrensis) visitatore Natalis episcopi Nonensis, anno 1441 absolvitur.

Assemani, Kal. Un. Eccl. IV. cap. IV. §. 6; I. Berčić, Čitanka staroslov. jezika, Pragae 1864. XV et 68; Crnčić, Književnik, Zagabriae 1865, 21 s.; Kukuljević Arkiv za povj. jugosl. IV, Zagrabiae 1857, 372; Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 154. Cfr. infra N. 1443.

16. 1442, 23. Julii, Absori.

Consilium Absorense de mandato comitis Dasii Justo mittit suos ambasciatores cum scripturis credentialibus scriptis in lingua slava manu presbyteri Blasij eorum capellani ad Lossinienses.

Ljubić, Borba za glagolicu na Lošinju in Rad jugoslavenske Akademije vol. LVII, 1881, p. 152.

17. 1442, in Croatia.

Missale Glagoliticum Zagrabiense, quod in archiepiscopali Bibliotheca Zagrabiensi asservatur, conscribitur.

I. Berčić, Čitanka staroslov. jezika Prag 1864, p. XV. et 67.

18. 1442, Omišalj Veglen.

Aedificatio sacristiae ecclesiae B. V. Mariae Assumptae Omišalji Veglensis dioeceseos inscriptione glagolitica fronti eiusdem sacristiae immissa, memoriae commendatur.

Šurmin, Acta croatica I. Zagrabiae 1898, 155.

19. 1443, (Lukovo) Nonen. et Aquilejen.

Missale Glagolicum, cuius fragmentum ex theca »Kirchen-Leitung Tom. I.« archivi parochialis Rakitna Labacensis dioeceseos extractum, partem officii Hebdomadae Maioris continens, a presbytero Marco ad usum Ioannis capellani S. Ioannis in Monte in Lica Nonensis dioeceseos, conscribitur, ut ex sequenti adnotatione patet:

»To pisa pop*ъ* Marko dobru mužu (Gos)podinu Ivanu kapelanu svetago Ivana na Gori na let*ъ* g(ospod)nih 1443. A tada zla zima b(ê)še.«

In Archivo parochiae Rakitna Labacensis dioeceseos. Locus conscriptionis ex praecedenti N. 15. patet.

20. 1443, Jadrae.

Breviarium Glagolitum Jadrense a Michaele scriba, quod in Bibliotheca Colegii Urbani de Propaganda Fide asservatur, conscribitur.

M. Karaman, Ms. Identità della lingua slava etc. Num XXXIV. »De Missalibus et Breviariis Slavico Sermone et charactere Hieronymiano conscriptis« de visu refert; Assemani, Kal. Un. Eccl. IV. cap. IV § 6. »Apud Patres Tertii Ordinis S. Francisci. Jaderae degentes, servantur fragmenta Missalium et Breviariorum, quorum unum hanc exhibet adnotationem: Scripsit Michael, cui terra mater, sepulcrum domus, opulentiae peccata, anno 1443.«

21. 1443, in Istria vel Dalmatia.

Breviarium Glagoliticum, quod in Bibliotheca Moscoviensi Čeı tkovski asservatur, a presbytero Paulo conscribitur.

Ephemeris Književnik, Zagrabiae 1865. I, 147; Cfr. I. Berčić, Rad Jugosl. Akad. LIX (1881), 159.

22. 1444, die 28. mensis Decembris, in Terra Fluminis s Viti, Polen.

»In habitatione Notharii. Pars capta pro liturgia latina per spectabilem ac generosum virum Dominicum Jacobum Raunacher honorabilis Capitanei, venerabilem virum Dominum presbyterum Matteum Archidiaconum et plebanum capta fuit pars hujus tenoris: videlicet, quod omnes unanimiter toto posse laborare debeant quod littera latina debeat esse in Ecclesia sancte Marie dicte terre Fluminis et in Capitulo.«

Liber Civilium et Notificationum civitatis Fluminis; cfr. Pesante, La liturgia slava 147. Nota quod ex sequentibus actis an. 1593 s., liturgia Glagolito-Romana, non obstante hac resolutione, in usu in eadem ecclesia et Capitulo mansit.

23. 1445, 17. Maii, Verbenici Veglen.

»Speculum« Glagoliticum (»Zrcalo«), varia ex S. Scriptura continens, quod in Bibliotheca Collegii Urbani Prop. Fidei asservatur, a diacono Luca pro Gregorio presbytero Verbenicensi Veglensis Dioeceseos conscribi inchoatur; a 20 Augusti 1772 Absori latino indice munitur.

Kukuljević, Arkiv za povjestnicu jugoslav. IV, Zagrabiae 1857 p. 373, ubi adnotationes Codicis originales relatae sunt.

24. 1445, 15. Decembris, Novi Corbavien.

Vitus Korčulan episcopus Corbaviensis litteras fundationales glagoliticas Luciani Desić ecclesiae ss. Jacobi et Philippi in Novi approbat,

suoque sigillo una cum sigillo plebani et capituli Noviensis, glagolitice authenticat.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1894, 161 ss.

25. 1445, Verbenici Veglen.

Aedificatio capellae S. Dominicae in agro Verbenicensi Veglensis dioeceseos inscriptione glagolitica, muro eiusdem ecclesiae, cuius rudera adhuc conspiciuntur, memoriae commendatur.

Šurmin, Acta croatica I. Zagrabiae 1898, 157.

26, 1456, 2. Augusti, Princ apud Pisinum Tergestin.

Presbyter Levac Križanić, canonicus Žminski et Tignanensis, auctoritate publica notarius, coram testibus et collationatoribus, presbytero Vincentio Brnković plebano Tignanensi notario publico, Michaele Markučić plebano Beramensi, et Perojo Glavanić capellano Beramensi, instrumentum confinationis inter terras patriarchatus Aquileiensis, Comitis Pisinensis Communis Pisinensis, possessiones Dominii Venetici et aliorum nobilium Istrianorum, anno 1275 glagoliticis characteribus confectum, ac anno 1502 exemplatum, authenticando transsummit.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 73 s.

27. 1447, 7. Martii, Crkvenica Corbavien.

Philippus prior monasterii S. Mariae Heremitarum S. Pauli Crkvenicae, accipit in confraternitatem sui Ordinis Stephanum filium Dokšini erga donationen terrae in Zagorje, et super hoc instrumentum glagolitice conficit.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 168 s.

28. 1447, Štridovo in insula Muro-Dravana Zagabrien.

Fridericus comes Celeiae regni Croatiae vel Sclavoniae banus, ecclesiam Štridovi in Zagabriensi dioecesi prope domum paternam S. Hieronymi aedificatam, Heremitis S. Pauli Ord. S. Augustini Glagolitis confert.

Fridericus comes Celeiae »ob singularem, quam ipse et alii Christi fideles partium illarum ad b. Hieronimum — — gerunt devotionis affectum, aedificari (ecclesiam in Štridovo) in forma trifolii curaverat, ac quibusdam religiosis Glagolitis — — contulerat.«

Bedeković, Natale solum s. Hieronymi. Neostadii 1752, p. 303. Ex rescripto Nicolai P. V 10 Novembris 1447 ad eundem Fridericum dato (Theiner, Mon. Slavorum Merid. I, 400) annus supra scriptus eruitur.

29. 1449, Kasezi in Lica Nonen.

Blasius de genere Bobinac presbyter apud S. Ioannem in Kasezi, Vicarius Licae Nonensis episcopi Natalis, Missale Glagoliticum, iam a presbytero Marco anno 1435—41 (Cfr. N. 15.) descriptum, ecclesiae B. V. Mariae in Drenovci in Lika Nonensis dioeceseos, pro 27 ducatis vendit; hocque characteribus glagoliticis in eodem codice adnotat.

Cfr. Ll. cc. N. 15 Cfr. Kukuljević, Acta croatica I, 320.

30. 1450, 16. Aprilis, in villa S. Mariae Jadren.

Petrus Poletčić filius Jurislavi in Stomorino selo Jadrensis dioeceseos, peregrinationem ad Limina Apostolorum Romam suscipiens, testamentum olographum characteribus glagoliticis conficit.

Šurmin. Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 184.

31. 1450, 16. Februarii, Beškae Veglen.

Praesbyter Mathaeas filius Viti, cancellarius Beškae et notarius publicus instrumentum, quo Mirša Majšićević vineam monasterio S. Salvatoris vendit, glagolitice conficit.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 182 s.

32. 1450, 30. Decembris, Novi Corbavien.

Presbyter Jacobus filius Petri Lovrić cancellarius Novigradi, sententiam judicialem inter Grižanos et Kotoranos latam, glagolitice conficit.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 188 s.

33. 1450, Obrovac Nonen.

Rituale Glagoliticum, cuius fragmenta a Francisco Selak Jadrensi Ioanni Brčić donata sunt, pro usu ecclesiae parochialis Obrovac, Nonensis dioeceseos, a sacerdote Georgio Sirinarić conscribitur.

I, Brčić, Rad Jugosl. Akad. 4 IX. (1881), 159 s.

34. 1450, Policii, Spalaten.

Rituale Glagoliticum, cuius fragmenta P. Čikeš Politii in dioecesi

Spalatensi detecta cum Ioanne Berčić communicavit, a Cosimo Policiensi clerico ac diacono suisque expensis conscribitur.

I. Brčić, Rad Jugosl. Akad. 41 X. (1881), 160.

35. 1450 c., Jadrae.

Lectionarium Jadrense, vulgo »Evangeliarium croaticum«, Evangelia, Epistolas et Ritualia ex Missali excerpta (vulgo Schiavetto) continens, lingua vulgari croatica litteris vero gothicis pro Conventu S. Francisci Jaderae conscribitur.

M. Rešetar, Zadarski i Ranjinin Lekcionar, Zagreb 1894, V. ss. Lectionarium vel Comes.

36. 1451, 2. Septembris, Bescae Veglen.

Vicarius S. Mariae Zagabriensis, et Visitator Slovenicus ac Croaticus Ordinis S. Pauli Heremitarum regulae S. Augustini una cum capitulo eiusdem Provinciae in monasterio S. Salvatoris Bescae Veglensis dioeceseos coadunato, litteras patentes characteribus glagoliticis conscriptas de permutatione terrarum conficit.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 191.

37. 1451, Boljuni Tergestin.

Chronica parochialis Boljuni Polensis dioeceseos, cuius codex originalis in Musaeo Zagabriensi asservatur, characteribus glagoliticis conscribi incoatur, et usque ad 1622 annum perducitur.

A. Klodič, Slavische Sprache und Litteratur (in Istrien); in opere Die Oesterreichische Monarchie in Wort und Bild, Bd. Küstenland, 242.

38 1448—1451, Tkon Jadren.

Marcus Barbo Venetus patria prothonotharius Apostolicus et abbas comendatarius SS. Cosmae et Damiani O. S. Benedicti in monte Tkonensi Jadrensis dioeceseos, moenia eiusdem abbatiae suis expensis absoluta inscriptione glagolitica una cum stemmate suo portae immissa, memoriae comendare iussit.

Cfr. Jelić, Tkonski samostan in ephemeride Viestnik hrv. arheol. dr. N. S III. (1898), 105.

39. 1452, Poljanae Corbavien.

Presbyter Michael Antonii Burić filius, Poljanae Corbaviensis

degens, instructionem pro confessoribus quoad peccata magicae artis, necromantiae, astrologiae et sortilegii, capitulo characteribus glagoliticis conscripto, operi suo »Nauk za izpovijednike«, quod in manuscripto originali in Accademia Jugoslavica Zagabriensi asservatur, inserit.

Šurmin Acta croatica I, Zagabriae 1898, 196. I. Tkalčić, Starine Jugosl. Akad. XXV (1892), 2 s.

40. 1453, 16. Aprilis, Castuae Polen.

Aedificatio ecclesiae S. Antonii in oppido Castua Polensis dioeceseos, inscriptione glagolitica muro eiusdem ecclesiae immissa, memoriae commendatur.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 197.

41. 1454, 11. Aprilis, Veglae.

Praesbyter Joannes Hodanić donationem comitis Joannis Frankapan ecclesiae S. Andreae in Dubašnica glagolitico instrumento authenticat.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 201.

42. 1455, 15. Maji, Buccari, Corbavien.

Presbyter Ambrosius tabellio electus Communis Buccari in servitio comitis Martini Veglensis et Modruscensis instrumentum confinationis inter Buccarenses, Grobničanos et Tersaćanos compositae glagolitice conficit.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 202 ss.

43. 1455, 28. Octobris, Novi Corbavien.

Presbyter Martinus capellanus comitis Martini Veglensis etc., plebanus Novigradensis et Vicarius Vinodolensis litteras confirmatorias super donationes factas iam monasterio S. Mariae Heremitarum S. Pauli Crikvenicae, iussu comitis Martini supradicti glagolitice conficit.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 204 s.

44. 1456, 6. Februari, Flumine Polen.

Consilium Communitatis Castri S. Viti Terrae Fluminis Polensis dioeceseos Capitulo S. Mariae eiusdem Castri, ne in futurum Canonici linguam latinam non callentes eligerentur inculcat.

G. Kobler, Memorie per la storia della liburnica città di Fiume, Fiume 1898, I, 193.

45. 1456. 16. Segnae.

Missale Glagoliticum Segnense, quod inde a XVI. saeculo in ecclesia parochiali Verbenicensi Veglensis dioeceseos adinvenitur, a Thoma archidiacomo ac vicario episcopi Segnensis Andreae concsribitur.

I. Berčić, Čitanka staroslov. jezika Prag. 1864, p. XV et 68 s.

46. 1456. Trg Zagrabien.

Sacerdos Joannes plebanus OO. Sanctorum in Trg Zagrabiensis dioeceseos; et Lucas clericus, glagolitae.

Collectio Lopašićiana; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj; Zagrabiae, 1904, 75.

47. 1457, 25. Augusti, Omišalj Veglen.

Decreta statuta in visitatione canonica Capitulo ecclesiae B. V. Mariae Assumptae Omišalji (Castelmuschio Veglensis dioeceseos) ab episcopo Veglensi Nicolao, characteribus glagoliticis in Missali Glagolitico Omišaljensi (Cfr. a. 1349) describuntur.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 209 ss.

48. 1459, 21. Junii, Novi Corbavien.

Presbyter Georgius curante Jacobo Potočnjak castaldo ecclesiae S. S. Cosmae et Damiani, cathedralis ecclesae S. S. Philippi et Jacobi Corbaviensis dioeceseos, Breviarum Glagoliticum conscribit.

Šurmin, Acta croatica I, Zagabriae 1898, 217 ss.

49. 1459. Ozalj Zagrabien.

Comes Nicolaus Frankapan presbytero Joanni et clerico Lucae, glagolitis, molendina erigendi facultatem concedit.

Šurmin, Acta croatica, Zagrabiae 1898, I, 220.

50. 1460, 12. Januarii, Luka Jadren.

Petrus Kršavić filius Nicolai, parochus in Portu S. Stephani Insulae Maioris (v Sustipanji Luci Velom Otoci, Luka prope Sale) testamentum olographum characteribus glagoliticis conficit, ac sigillo Vicarii Jadrensis presbyteri Nicolai Benedikovič munit.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 221 s.

51, 1460, 27. Augusti, Tinini.

Litterae patentes characteribus glagoliticis conscriptae, quibus Franciscus Spirančić O. S. Fr. Min. episcopus Tiniensis, omnibus Christi fidelibus suae dioeceseos elemosynam monasterio Clarissarum S. Nicolai de Jadra elargientibus, indulgentiam centum dierum concedit.

Mi gospodin fratar Franciško Špirančić Božjom i Apostolskoga stola milostju biskup crikve Tninske damo viditi vsim kim se dostoji ove naše liste videštim i stišestim, navlastito vam počtovanim mužem: pripuštu, lekturu, kanturu, kuštušu, jašprištu i bratji našoi i vsim kanonikom crikve naše zgora rečene i takve vsim pribanušem i vicepribanušem kapelanom i oltare ulžestim brinuštim i nebrinuštim u biškupii i pod biškupiju našu buduštim i služeštim, kako da mi učinismo i dasmo milost i dopustismo počtovanoi u Isukrsti gospoi Eleni reda svete Klare opatici u svetoga Mikule v Zadri za vrimena, vsih strana Tiskna (Tnina) ka esu, prositi žita i vina i ino amuštvo po ludeh krstianah ot sada i naprida, koga koli bi ona rečena počtovana gospoja Elena prosila u ime prošne po biskupiji našoj, kikoli bi krstianin i kolikrat koli bi učinio i ruke prostro na pomošt onoi počtovanoi gospoi Eleni opatici u ime amuštva i pravoga sca za ono amuštvo i pomošt, mošt̃ju i oblastju našom daemo sto dan proštenja. Zač Mi vam otviše počtovanim mužem zapovidamo posluhom svetim i molimo vas, kako da posle, ke bi posla(la) rečena počtovana gospoja Elena opatica, imate jih braniti obarovati, pomagati i sprovoditi; i to naše proštene nastoiteh vaši[m] navistiti. I na to dasmo ta naš list, pečatom našim pontifikalskim zapečašten za vešte starovičtvo, pisan u palači biskupie naše u utori prvi po svetom Bartoli Apoštoli lit gospodnjih tisušte i četirista šesdeset i pročaja.

Authenticum in Actis Monasterii S. Nicolai 19, C. R. Archivi Gubernialis Dalmatici Jadrae, pergamena cum filo serico pendenti pro sigillo.

52 1460, 12 Novembris, Karlobagi Segnen.

Presbyter Mathias Bohončić ex Karlobago, Vicarius Karlobagensis et notarius publicus, instrumentum adjudicationis haereditatis pro sacerdote Michaele Sutlić ex Gvozdnica, glagolitice conficit.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 235 s.

53. 1460, Jadrae.

Synodus dioecesana Jadrensis tempore Maphaei Vallaressi archiepiscopi celebrata coarctat celebrationem missae »solemnis« Glagoliticae in civitate tantum Jadrae ad duas ecclesias urbanas tempore indulgen-

tiae, et in die depositionis defuncti ad ecclesiam eiusdem sepulturae; eximens ab hoc decreto Canonicos Jadrenses.

»Statuimus et ordinamus, quod de caetero aliquis Sacerdos de Littera Sclava non audeat, vel praesumat in aliqua ecclesia civitatis Jadrensis celebrare Missarum solemnia sine Nostra vel Vicarii nostri licentia speciali petita et obtenta, praeterquam in ecclesia S. Trinitatis (alias s. Donati) et in ecclesia S. Mariae Presbyterorum (alias S. Simeonis) tempore indulgentiae tamen, ac etiam quoniam vocati fuerunt ad celebrandum pro anima alicujus defuncti eo videlicet die, quo ipse defunctus sepultus fuerit, et in ecclesia apud quam sepelietur: intelligendo tamen quod si aliquis presbyter de Littera Sclava assumptus fuerit in gremio Capituli Nostri, idem presbyter non intelligatur subjacere huic ordinationi quousque fuerit de dicto Capitulo.«

B. G. Zanotti Tanzlinger, Ms. a. 1692 Compendium materiarum ex constitutionibus synodalibus Eccl. Metropol. Jadrensis, in Archivo Guberniali Jadrensi; Bianchi, Zara cristiana I, 132.

54. 1461, Gojmjerje prope Bosiljevo Zagrabien.

Presbyter Mathaeus filius Valentis Grbčić plebanus in Goimerie Zagrabiensis dioeceseos, glagolita, villam monasterio S. Nicolai in Gvozd donat.

Šurmin, Acta croatica, Zagrabiae 1898, 228 s.

55. 40. 1463, 4. Augusti, Modrusciae.

Litterae patentes capituli ecclesiae cathedralis Modrusciensis de concordio cum Apajo Likovič inito, characteribus glagoliticis conscribuntur.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 24 ss.

56. 1463, Veglen.

Missale Glagoliticum, quod in ecclesia parochiali Verbenicensi Veglensis dioeceseos asservatur, conscribitur.

I. Berčić, Čitanka staroslov. jezika Prag 1864, p. XV. et 69 s.

57. 1463, Lindari Petenen.

Presbyter Petrus Frašćić Lindarii Petenensis dioeceseos degens, Psalterium Glagoliticum (»saltir hrvacki«) pro presbytero Mathia plebano de Kubod conscribit.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 236. s.

58. 1436, Pazini, Tergestin.

Aedificatio capellae S. Antonii na Vrhu apud Pisinum Tergenstinae dioeceseos inscriptione glagolitica muro atrii eiusdem ecclesiae immissa, memoriae commendatur.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 237.

59. 1456—1464. Hrotkovci prope Steničnjak Zagrabien.

»Quae decimae (castri Steničnjak), anno 1456 per Martinum comitem de Frangepanibus et per Paulum glagolitam plebanum in Chrotkoviczi occupatae sunt.«

Marcellevich Georgii, Synopsis diplomatum aliorumque monumentorum regnum Croatiae respicientium ab a. 1232 usque ad. a. 1693 chronologice disposita; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae 1904, 75.

60. 1465, 10. Novembris, Omišalj Veglen.

Presbyter Nicolaus Mikulica scriba et notarius Omišaljensis confinationem a comite Ioanne Frankapan Veglensi etc. Murlachis datam, glagolitice conficit.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 244 s.

61. 1465, Lipnik Zagrabien.

Ioannes plebanus sub Lipnik glagolita ad petitionem partium documentum glagolitice conficit.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 243,

62. 1466, 14 Aprilis, Veglae.

Frater Nicolaus de Vegla, episcopus Veglensis, monasterio S. Salvatoris Bescae eiusdem dioeceseos chartam libertatis characteribus glagoliticis conscriptam dat.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 249 ss.

63. 1466, 22 Aprilis, Ugljani Jadren.

Presbyter Toman Mavrović, capellanus Ugljani Jadrensis dioecesos peregrinationem ad Limina Apostolorum Romam suscipiens, testamentum olographum characteribus glagoliticis conficit.

Šurmin, Acta croatica I, Zagabriae 1898, 252 s.

64. 1367—1468, Emausi Pragen.

Elucidarium Glagoliticum, cuius exemplar antiquius, exeunte XIV saeculo vel XV ineunte conscriptum, profesor Ioannes Milčetić anno 1882 in bibliotheca conventus S. Mariae Magdalenae Dubašnicae in insula ac dioecesi Veglensi detexit ac suae Collectioni inseruit; et alterum recentius anno 1468 conscriptum in bibliotheca olim Canonici Petri Petris Verbenici in Veglensi insula ac dioecesi asservatur; ad exemplar Elucidarii bohemica lingua descripti probabilius a monacho Ordinis S. Benedicti Emautensis monasterii Pragensis dioeceseos croaticae tamen originis, conficitur.

I. Milčetić, Prilozi za literaturu hrvatskih Glagoljskih spomenika Starine XXX, 257 ss.

65. 1468, Augusti, Veglae.

Presbyter Nicolaus scriba Omišaljensis et notarius publicus, mandatum comitis Ioannis Frankapan Veglensis etc., ne Murlachi fines suos transgrediantur, glagolitice conficit.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 254 s.

66. 1470, in Istria vel Dalmatia.

Breviarium Glagoliticum Kukuljevićianum in terris croaticis conscribitur.

Kukuljević, Jugoslav. knjižnica Ivana Kukuljevića Sakcinskoga, Zagreb 1867, p. 15.

67. 1461—1470, (Spoleti?) Segnen.

Nicolaus Modrusciensis ac Korbaviensis episcopus, Spoleti Toldae et Ameriae Gubernator, graviter quod quidam vir, gratuita assertione linguam slavicam in S. Liturgia ab Ecclesia Catholica approbatam non esse, scandala in dioecesi Modrusciensi suscitaverat conturbatus, Capitulo et Clero Modrusciensi illam assertionem refutans epistola hac glagolitice conscripta explicat: S. Matrem Ecclesiam Romanam multis ecclesiis Croatiae et Dalmatiae usum ac consuetudinem liturgiae Glagolito-Hieronymianae honorifice excepisse nec propter hoc unquam a nemine reprehensam fuisse.

»Mikula božjej volji i Stola Apostolskoga milostju biskup Modruški i Krbavski, Špurlita i Toldae i Amerije i pročaja Guvernatur, pišem Kapitulu i Kleru Crkve Modruške spasenje va vsih spasitelno. Smete se va mni srce moje, i tisnu se va mni utroba moja svrhu brige ljudi

mojih. Najdoh gorka i žestoka suprotivnika, ki od tolika vrimena nepresta briže i mantraje sriće i telesa vaša; tolikoje govorim, da je žestoka i divja ruka turačka po tolikih smrteh i brigah i raspeh i toliki prolitji krvi nevoljnih ljudi ku ste poznali, da ča je veća žalost, da se najde veće žestok i krudel obiteljanin, neprijatelj znanac i domaći moj, s nami kupno jede kruh, ki, ne vim ke oholosti ali smenosti duha nemilostivoga nadahnut, smel jest smesti misli i srca vaša, mir crkveni razlučuje, običaj crkveni nepravednu smenostju ispravljaje, a ne ću reći, smućuje, govoreći, da oblast svetih služab našega jazika otačaskoga od crkve katoličaske ni potvrjena, kad bi on vsih naukov i naredab vere hristjanske ali svetih otac plni nauk držal . . . . a da bi je čtal i ljubeznivo procinil, zaisto bi našal, da ono ča je od svetih otac pohvaljeno, od toliko vikov, nastojećim ljudem narejeno, nijednih listov i nijednih bul i nijednoga novoga potvrjenja ne potribuje. A navadna je sveta rimska crikav vse nauke i naredbe vsih svetih navlastito presvetlih četirih doktorov svojih časno prijati i prijamši stanovito braniti. A po tom oci, budući skupljeni v koncili, razlike običaje crikvene, ke su naredili sveti biskupi, i njih prominiti ne smiše, pače pod veliku penu prokletstva narediše, da vsaki svoje crikve navadne običaje ima svršeno obdržavati i da ih nima prez dopušćenja papina nikako prestupiti, kakono je crikva od istoka svoje običaje i svoje služenje udržala, ča je mnogo različno od crikve zapadne, i kakono v Galiciji mnogo osobujna jesu dopušćena, takoje v Jermaniji, ča se govore Nimci, i Panoniji, Iberiji i Angliji, tolikoje u mnogih inih vladanjih nike crikve vlašte službe i običaje crikvene vele različno držu preza vsakih bul i pisam i potvrjenja stola apostolskoga; i kakono rimska crikav raduje se o narejenji svetoga Grgura i inih otac svetih, takoje se raduje istočna crikav o narejenji Grkov svojih, i tako se raduje mediolanska crikav o narejenji svetoga Ambrožija u služenji mis i v službi korizmenoj, ča mnogo jest različno od crikve rimske; i takoje mnogim crikvam po Hrvatih i Dalmaciji običaje i uredbe od svetoga Jeronima narejene sveta mati rimska crikav jest vele časno prijela i po nijedno vrime od nikogare ni v tom smetenja prijela, ča je on, od svetih dokturi poglavitiji, nadahnut duhom svetim na utišenje nenaučenih ljudi razumno naredil, nasliduje svetoga Pavla apostola, koga knjige biše čtal pokle.«

Kukuljević, Acta croatica, Zagrabiae 1863, p. 107 N. 39 dat textum glagolitice, quem nos latinis litteris transcripsimus, Cfr. Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 261 s.

68. 1471, 10. Junii, Modrusciae.

Capitulum ecclesiae cathedralis Modrusciensis, officio loci credibilis fungens, donationales Mathiae regis Dalmatiae et Croatiae, feria quarta ante Dominicam Palmarum anni 1466 monasterio S. Michaelis de Gvozd Modrusciensis dioeceseos datas instrumento glagoliticis litteris confecto registrat.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 266.

69. 1471, 2. Julii, Omišalji Veglen.

Consecratio altaris SS. Corporis Christi in ecclesia B. V. Mariae Assumptae Omišalji (Castelmuschio Veglensis dioeceseos), ab episcopo Veglensi peracta, characteribus glagoliticis in Missali Omišaljensi (cfr. XIV s. N. 20) memoriae consignatur.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 263.

70. 1471, Verbenici, Veglen.

Decretum, quo omnes clerici Verbenicenses Veglensis dioeceseos ad praesentiam ad Missam in aurora voluntarie obligantur, characteribus glagoliticis in Breviario Verbenicensi adnotatur.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 264.

71. 1471, Hutin (Pribić) Zagrabien.

Nicolaus plebanus in Hutin glagolita.

Lopašić, Oko Kupe i Korane, Zagrabiae 1895, 16.

72, 1472, 18. Maii, Novi Modruscien.

Litterae quietationis a Juran plebano Noviensi archipresbytero Vinodolensi Modrusciensis dioeceseos, de domo quam conventus S. Mariae de Ospa sub Novi pretio aquisivit, characteribus glagoliticis conficiuntur.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898. 269 s.; cfr. 271.

73. 1472, 12. Junii, (Jadrae).

Presbyter Brajko Jadrensis dioeceseos, peregrinationem ad S. Mariam de Rakanat (Recanati?) suscipiens, testamentum olographum characteribus glagoliticis conficit.

Šurmin, Acta croatica I. Zagrabiae 1898, 268 s. Rus Varikaše, quod in testamento nominatur, non longe a Bokanjac prope Jadram erat. Monasterium S. Ioannis, de quo etiam verbum Jadrae erat. Ex his patet testamentum Jadrae confectum fuisse; nam et authenticum apud I. Berčić Jadrensem ex monasterio Jadrensi S. Mariae, asservatum est.

74. 1473, 15. Februarii, Jadrae.

Brajko Hranšić presbyter Bokanjci Jadrensis dioeceseos peregrina-

tionem ad Limina Apostolorum Romam suscipiens, testamentum olographum characteribus glagoliticis conficit.

Šurmin, Acta croatica I. Zagrabiae 1898, 272.

75. 1473, Castuae Polen.

Statutum Capituli ruralis Castuae Polensis dioeceseos, cuius apographum anno 1678 confectum, in archivo ecclesiae parochialis Castuanensis asservatur, characteribus glagoliticis conscribitur.

A. Klodić, Slavische Sprache und Litteratur (in Istrien); in opere Oesterreihische Monarchie in Wort und Bild, Bd. Küstenland, 242.

76. 1439—1473 in Istria et Dalmatia.

Origo et constitutio Provinciae Dalmaticae Tertii Ordinis S. Francisci de Poenitentia, exclusive liturgiam Glagolito-Romanam in suis ecclesiis adhibentis.

1439 Erectio conventus S. Ioannis Baptistae in suburbio Jadrae;

1448 Idem Conventus S. Pauli in Scopulo Galevac prope Jadram;

1454, 4. Januarii Romae. Papa Nicolaus V. archiepiscopum Jadrensem Maphaem Vallaresso iubet possessiones eiusdem Provinciae verificare ac Auctoritate Apostolica confirmare (»Ut ex«);

1460 Erectio conventus primum in Sutomišćica in Insula Ugljan, ejusque translatio Zaglavam in Insulam Dugi Otok;

1465 Fr. Matthaeus de Jadera de littera slava fundat conventum S. Mariae de Viaro in insula Absori;

1473, 18. Aprilis Romae Sixtus IV. Ministro et fratribus tertii Ordinis S. Francisci in provincia Dalmata mandat, ut in provinciam regularem uniantur sub obedientia canonica unius Ministri Provincialis capitulariter electi (»Soliciti de vestra.«);

»Fratres Franciscani ex Ordine Tertio his temporibus (c. 1470.) primum in Dalmatia accepti, alia atque alia deniceps variis in locis domicilia obtinuerunt, et fere ubique Slavonico sermone ad psalmodiam, remque divinam peragendam utuntur.

Farlati, Illyricum Sacrum V, 119, Cfr. G. Ferrari—Cupilli, Scritti storici e letterarii Zara 1889, p. 258 ss.

77. 1474, 8. Decembris, Griže Corbavien.

Clericus Stephanus Grižanensis instrumentum, quo Minak Malinarić Thomae Matašić terram vendit, ad petitionem partium glagolitice conficit.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 273 s.

78. 1475, 17. Junii, Omišalji Veglen.

Supelectilis ecclesiae B. V. Mariae Assumptae Omišalji (Castelmuschio Veglensis dioeceseos) in Missali Glagolitico Omišaljensi (Cfr. XIV s. N. 20 characteribus glagoliticis numerata adnotatur.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 277 s.

79. 1480, mense Januarii, Omišalji Veglen.

Thesaurus ecclesiae B. V. Mariae Assumptae Omišalji (Castelmuschio Veglensis dioeceseos) in Missali Glagolitico Omišaljensi (Cfr. XIV s., N. 20), characteribus glagoliticis recenseture.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 288.

80. 1481, 24 Aprilis, Venetiis.

Gubernium Veneticum primum provisorem in insulam Veglae deputans, inter alia Fratres cuiusdam monasterii in eadem insula siti more slavo celebrantes eiiciendos latinisque religiosis substituendos iubet.

»Reperiuntur in illa insula [Veglae] in certo monasterio, quidam Fratres Sclavi, qui sacrificant et celebrant divina officia more sclavo, qui variis causis sunt ex insula predicta removendi. Igitur tibi mandamus, ut cum primum in insulam illam perveneris, reiicere et licentiare debeas fratres predictos sclavos, nec permittes aliquem eorum ullo unquam tempore venire in insulam predictam, et cura habere alios religiosos, qui in monasterio predicto stent et celebrent more nostro latino.«

Commissio Francisci Barbo provisoris Veglae, Ljubić, Commissiones et Relationes Venetae, Zagabriae 1876, I, 107.

81. 1389—1481, Verbenici, Veglen.

Breviarium Glagoliticum Verbenicense, quod in Bibliotheca Collegii Urbani de Propaganda Fide asservatur, in diocesi Veglensi conscribitur.

Assemani Kal. Un. Eccl. IV, cap. IV. §. 6. »Breviaria et Missalia manuscripta Slavico sermone ritu Latino. — Breviarium — post annum 1389 conscriptum: nam Kalendario subjungitur Officium Visitationis Deiparae cum Octava —: Octava autem incipit — epistola Bonifacii papae IX, qui Urbano VI successit; colligitur Breviarum hoc scriptum fuisse post annum 1389, quo eadem data est. — Post Octavam Visitationis in Calendario legitur: 1381 mensis Februarii die 15 quando venit Verbenicum Dominus Ludovicus Rhodo cum tribus militibus. Et ad diem 7 Januarii 1533: quando coepit aedificari turris campanaria in Verbenico. Ex quo colligitur, id Breviarium olim pertinuisse ad Ecclesiam Verbenici, pagi in insula Veglensi siti«.

82. 1482, 26 Junii, Insulae Justinopolitan.

Presbyter Georgius clericus Ročii apud Piquentum Tergestinae dioeceseos in Missali Nuglensi (Cfr. XIV s. N. 20) in civitate Insulae degens, characteribus glagoliticis quaedam adnotat.

Šurmin, Acta croatica I, Zagabriae 1898, 289.

83. 1482, 9 Augusti, Beškae Veglen.

Presbyter Juran filius judicis Grško, cancellarius nobilium et notarius publicus Beškanus, donationales quibus Joannes Jacobus cancellarius Veglensis hortum monasterio s. Michaelis in Gvozd donat, glagolitice conficit.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 289 s.

84. 1483, 42 Januarii, Venetiis.

Typis de Thoresanis de Asula impressio Missalis Glagolitici perficitur, parvo f.o, initialibus deficientibus; cuius exemplar in ecclesia parrochiali Ricmanje dioceseos Tergestinae asservatur.

Exemplaria duo, alterum in Bibliotheca Vaticana; alterum apud haeredes prof. Fr. Carrara Spalati, deinde in Musaeo Nationali Zagabriensi. Ljubić, Ogledalo književne povjesti, jugoslavenske, Rieka, 1864 I, 47. I. Berčić Čitanka staroslov. jezika Prag 1864 p. XV et 40 s.; Pesante La liturgia slava 1893 p. 91; Cfr. I. Brčić Rad Jugosl. Akad. LIX (1881), 166.

85. 1483, Verbenici, Veglen.

Adnotatio de thesauro ecclesiae parochialis Verbenicensis, qua recensentur inter alia codices Glagolitici sequentes: »Breviaria maiora 4; Breviarium parvum 6; Missalia 6 Manualia pro Missis 2; Liber . . . . .; Commune Sanctorum 1 cum Psalterio; Psalteria 4; Liber Ivančica 1; Liber Črnica 1; Missale antiquum«.

I. Berčić Čitanka staroslov. jezika Prag 1864, p. XI in nota.

86. 1484, 22 Octobris, Segnen.

Episcopus Segnensis Paulus una cum suo capitulo in causa cum Joanne abbate de Draga per comissarios suos absentiam iudicis arbitri, instrumento characteribus glagoliticis a presbytero Joanne Zoičić confecto, protestatur.

Šurmin, Acta croatica I, Zagabriae 1898, 300,

87. 1484, 13 Novembris Mošćenice Polen.

Presbyter Michael plebanus in Mošćenice Polensis dioeceseos testamentum Martini Malković glagolitice conficit.

Šurmin, Acta croatica I, Zagabriae 1898, 298 s.

88. 1485, 7 Januarii, Kraj prope Mošćenice Polen.

Presbyter Gregorius Gomilac notarius publicus capellanus domini Martini Mojsjević in Kožlaci, notarius publicus, testamentum Martini Malković a Michaele plebano Mošćenicensi confectum (N. 87) glagolitice authenticat.

Šaurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 299.

89, 1485, 10 Februarii, Crikvenicae Corbavien.

Presbyter Michael instrumentum concordii inter monasterium S. Mariae Heremitarum S. Pauli Crikvenicae et Jurkum Banić glagolitice conficit.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 302 s.

90. 1485, 5 Junii, Marinino apud Buže Segnen.

Paulus Segnensis episcopus una cum capitulo coram fratre Antonio Modrusciensi episcopo, qua iudice arbitro, apellationem ad Sedem Apostolicam, instrumento characteribus glagoliticis conscripto interponit.

Šurmin, Acta croatica I, Zagabriae 1898, 305 s.

91 1485, 18 Octobris, Buccari Corbavien.

»Explicit« in Breviario Glagolitico ecclesiae S. Andreae Buccari Modrusciensis dioeceseos (Cfr. N. 7), characteribus glagoliticis conscribitur.

Šurmin, Acta croatica I, Zagabriae 1898, 30 h.

92. 1485, Vinodoli Corbavien.

Missale Glagoliticum Vinodolense Vinodoli Modrusciensis dioeceseos conscribitur.

Kukuljević, Jugoslav. knjižnica I. Kukuljevića Sakcinskoga. Zagreb 1867 p. 16.

93, 1485, Bribirii Vinodolensis Corbavien.

Breviarium Glagoliticum, quod in Bibliotheca Collegii Urbani de Propaganda Fide asservatur, a presbytero Michaele conscribi terminatur.

I. Berčić. Čitanka staroslov. jezika Prag 1864, p. XV et 74 s. Jagić, Primjeri starohrvat. jezika Zapreb 1866, p. 29. Kukuljević, Arkiv za povjestnicu jugoslav. V. Zagabriae 1857 p. 374.

94. 1485, In Istria vel Dalmatia.

Breviarium Glagoliticum Kukuljevićianum Maximum, quod in omonima Bibliotheca Zagabriensi asservatur folio maximo conscribitur.

V. Jagić, Primjeri starohrvat. jezika Zagreb 1866, p. 29.

95. 1485, Vlašići Jadren.

Presbyter Joannes Vučić epitaphium sibi et suis, characteribus glagoliticis conscriptum, apud ecclesiam parochialem S. Hieronymi in Vlašići in insula Pago Jadrensis dioeceseos, ponit.

Šurmin, Acta croatica I, Zagabriae 1898, 308.

96. 1486. In Istria vel Dalmatia.

Breviarium Glagoliticum Kukuljevićianum in terris Croaticis conscribitur.

Kukuljević, Jugosl. knjižnica Ivana Kukuljevića Sakcinskoga Zagreb 1867, p. 15. Videtur esse idem Codex ac praecedens N. 94

97. 1486, Gackae Segnen.

Quadragesimale S. Bernardini una cum Tractatu de septem Peccatis in linguam croaticam conversum, a Broz Kolunić pro Leonardo de genere Doljanin Vicario de Gacka Segnensis dioeceseos, characteribus glagoliticis transcribitur.

M. Valjavec, Kolunićev Zbornik, hrvatski glagolski rukopis od g. 1486, Zagreb 1892.

98. 1487, 1 Martii, Bribirii Corbavien.

Clericus filius Antonii Žvanović, de consilio presbyteri Andreae

Vicarii Noviensis totiusque capituli, statutum fraternitatis S. Stephani de conservando peculio ecclesiae, glagolitice conficit.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 320 s.

99. 1487, 11 Martii, Verbenici Veglen.

Presbyter Mathia Verbenicensis auctoritate ecclesiastica iudex, instrumentum, quo confraternitas S. Mariae Verbenicensis, Veglensis dioeceseos terras a presbytero Mathaeo Grgurić emit, characteribus glagoliticis conficit.

Šurmin, Acta croatica I, Zagabriae 1898, 321 s.

100. 1487, mense Aprilis, Verbenici Veglen.

Presbyter Franciscus, filius Thomae Sedmak peregrinationem ad Limina Apostolorum suscipiens, testamentum characteribus glagoliticis conficit.

Šurmin, Acta croatica I, Zagabriae 325.

101. 1487 Augusti, Glagolište Segnen.

Presbyter Balaš primicerius capituli ecclesiae cathedralis Segnensis una cum Jurica Grubišić regio homine, instrumentum iudiciarium characteribus glagoliticis conficit.

Šurmin, Acta croatica I, Zagabriae 1898, 327.

102. 1487, 28 Augusti, Bužane Segnen.

Presbyter Balaš primicerius capituli ecclesiae cathedralis Segnensis una cum Jurano Gubčić regio homine instrumentum iudiciarium characteribus glagoliticis conficit.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabriae 1892. 328 s.

103. 1487, 1 Septembris, Verbenici Veglen.

Statutum capituli ruralis Verbenicensis, Veglensis dioeceseos, sponte a capitularibus conditum, manu presbyteri Martini Vitezić characteribus glagoliticis conscribitur.

Šurmin, Acta croatica I, Zagabriae 1868, 350 s.

104. 1487, 17 Septembris, Dubašnicae Veglen.

Presbyter Petrus notarius publicus instrumentum donationis Joan-

nis Vidović et Križmani Oral, ad petitionem partium glagolitice conficit.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 331 s.

105. 1487, Tribikovići Segnen.

Presbyter Radoš plebanus de Tribihovići Segnensis dioeceseos in Breviario Glagolitico eiusdem ecclesiae (Cfr. XIV s. N. 21 characteribus glagoliticis animadvertit, codicem ipsum a Turcis captum, praetio, presbytero Luca de Otišje mediante, redemptum fuisse.

Šurmin, Acta croatica I, Zagabriae 1898, 318.

106. 1488, 12 Junii, Omišalji Veglen.

Decretum episcopi Veglensis Donati de Turre, quo capitula statuta tempore episcopi Ioannis confirmantur, a presbytero et notario publico Jacobo, ipso episcopo Donato iubente, characteribus glagoliticis thecae posteriori Missalis Omišaljensis (Cfr. XIV N. 20.) inscribitur.

Šurmin, Acta croatica I, Zagabriae 1898, 333.

107. 1488, 4 Augusti, Segnae.

Litterae quietationis capituli ecclesiae cathedralis Segnensis, presbytero Simeoni Mećarić et presbytero Lucae pro administratione possessionis de Jablanac datae characteribus glagoliticis conficiuntur.

Šurmin, Acta croatica I, Zagabriae 1898, 334 s.

108. 1488, 3 Februarii, Brinje Segnen.

Instrumentum permutationis inter Regulares S. Mariae in Brinje Segnensis dioeceseos et Martinac fillium Fabiani a notario publico Petro Jakovčić canonico ecclesiae cathedralis Segnensis characteribus glagoliticis conficitur.

Šurmin, Acta croatica I, Zagabriae 1898, 334 s.

109. 1489, Segnae.

Capitulum ecclesiae cathedralis Segnensis, officio loci credibilis fungnes, litteras patentes Anž comitis Frankopan comiti Georgio Koinaki de mutuatione castri Kosinj ad septem annos datas characteribus glagoliticis registrat.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabrae 1898, 335 s.

110. 1490, 8 Septembris, Veglae.

Presbyter Georgius Pišeničić notarius publicus et iudex, iura mensae episcopalis Veglensis in vineas monasterii S. Nicolai in Gvozd Modrusciensis dioeceseos, Dunato de Turre episcopo Veglensi iubente, characteribus glagoliticis describit.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 342 s

111, 1491, Bribinii Modruscien.

Duo cruces, quae in ecclesia Bribirensi Modrusciensis dioeceseos asservantur, hoc anno confectae inscriptione glagolitica muniuntur.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 354.

112. 1491, apud S. Petrum in Slatska gora Zagrabien.

Frater Michael Vicarius monasterii S. Mariae apud Zagabriam, Provincialis et Visitator Slavonicus, Istriae et Litoralis Croatici Ordinis S. Pauli Heremitarum regulae S. Augustini, ad petitionem fratris Thomae prioris S. Petri in Slatska gora Zagrabiensis dioeceseos, accipit in confraternitatem S. Pauli Thomam Vojnović cum familia; et litteras characteribus glagoliticis super hoc conficit.

Šurmin. Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 353 s.

113. 1492, 11 Martii, Buccari Corbavien.

Presbyter Quirinus Vrančić Gačanin tabellio Buccarensis iubente Ambrosio Rodolfić plebano S. Luciae in Kostrena, instrumentum quo ecclesia S. Luciae Morlacho Smoljan terram in emphytheusin perpetuam dat, glagolitice conficit.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 359 s.

114. 1492, Venetiis vel Segnae.

Breviarium Glagoliticum, cuius fragmenta C. Parčić Romae detexit, imprimitur.

Ephemeris litteraria Vienac, Zagrabiae 1876. 827.

115. 1492, Galevac Jadren.

Capitulum Provinciale Tertii Or. S. Francisci Regulas pro Provincia

Dalmatica eiusdem Ordinis, lingua croatica characteribus glagoliticis codificat.

Cfr. G. Ferrari-Cupilli, I Francescani del Terz' Ordine ed il convento di Zara, Zara 1864, 19; I. Brčić, Rad Jugosl. Akad. 41 X (1881), 162.

116. 1492, Roč, Tergestin.

Aedificatio ecclesiae parochialis S. Barholomaei Roč Tergestinae dioeceseos, numeris glagoliticis muro septentrionali eiusdem ecclesiae insculptis, memoriae consignatur.

č. u. p. b. = 1492.

Ex apographo A. Kalac decani Pinquentini.

117. 1492, Roč, Tergestin.

Aedificatio ecclesiae sucursalis porochiae Roč Tergestinae dioeceseos, numeris glagoliticis architravo eiusdem ecclesiae insculptis, memoriae consignatur.

č. u. p. b. = 1492.

Ex apographo A. Kalac decani Pinquentini.

118. 1493, Grobnik Modruscien.

Presbyter Martinac de genere Lapčanin, ecclesiae parochiali de Grobnik Modrusciensis dioeceseos adscriptus, in domo sua Novi degens, Breviarium Glagoliticum Novianum II, quod in ecclesia Noviensi asservatur, pro monasterio S. Mariae sub Novi ordinis Heremitarum S. Pauli conscribit;et notitias de proelio cum Turcis inito ac de Modrusciae desolatione characteribus glagoliticis describit.

I. Berčić, Čitanka starosl. jezika, Prag 1864, XV, 75 s. Šurmin, Acta croatica I. Zagrabiae 1898, 376—379; Cfr. Vajs, Glagolitica fasc. 2—4, Veglae 1903, 75. Foliis 811—814. »Officium XIV Februarii Cyrilli et Methodii« habetur, quod ab illo exeunte IX vel ineunte X saeculo a discipulis SS. Cyrilli et Methodii confecto, et pluribus in aliis codicibus (Cfr. XIV saec. N. 51; XV saec. N. 161, 163) asservato, pendet. Cfr. I. Berčić, Dvie službe rimskog obreda za svetkovinu sv. Cirila i Metuda, Zagrabiae 1870, 13 ss. 217, 74 ss.

119. 1490, (Jadrae).

Minister Generalis Tertii Ordinis S. Francisci fratri Jacobo Belić ejusdem Ordinis in provincia Dalmatia, Magistro Sacrae Paginae, Decretalibus Doctori et linguae Glagoliticae, munus docendi ubicumque concedit.

»Attendentes igitur Te et moribus et lingua sclavonica, in qua quotidie celebras, taliter dignum evasisse ... concedimus, ut in quocum-

que Castro, Burgo et Civitate, ubi opportunum fuerit et non Tuae professionis dissonum libere gramaticam audiri et tradere, atque alias facultates, quae ad Sacram Theologiam pertinent ..... valeas exercere.«

Fr. Stephanus Ivančić, Poraba Glagolice kod Redovnika III reda sv. Frane po Dalmaciji, Istri i Kvarneru, Zadar 1887, 25.

120, 1495, 5. Martii, Karlobagi Segnen.

Presbyter Juran de Karlobago notarius publicus instrumentum venditionis Catharinae uxoris Thomae fabri, glagolitice conficit.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 382 s.

121. 1495, 6 Aprilis, Dubašnicae Veglen.

Presbyter Petrus litteras, quibus Moiša Klaričič a quodam priore pecuniam sibi debitam requirit, glagolitice conficit.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 384.

122. 1495, 10 Julii Dubašnicae Veglen.

Clericus Martinus cancellarius Dubašnicae reambulationem judicialem, qua confinia terrae monasterii s. Augustini castri Fluminis coram Ioanne priore eiusdem ecclesiae, determinantur, glagolitice conficit.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 387.

123. 1495, Venetiis.

Typographus Damianus Mediolanensis Lectionarium fratris Bernardini Spalatensis, lingua croatica vulgari characteribus vero gothicis imprimit:

Incipit »Vulgarizatio Dalmatica Epistolarum et Evangeliorum atque Prephacionum et Benedictionum continentium in Missali.« Explicit:« Evangelia et Epistole cum Prephationibus et Benedictionibus per anni circulum in lingua Illyrica feliciter expliciunt; emendata et diligenter correcta per Fratrem Bernardinum Spalatensem. Impressum Venetiis per Damianum Mediolanensem. Anno D. MCCCCXCV. die XII. Martii.«

T. Maretić, Lekcionarij Bernardina Splećanina, Zagreb 1885. Opus hoc 1543, Venetiis per I. A. et P. fratres de Nicolinis de Sabio, sumptu Melchioris Sesse; et 1586 reimpressum est.

124, 1495 c., Novi Modruscien.

Breviarium Noviense I, a clerico Jacobo Novi in diocesi Modrus-

ciensi, quod in archivo capitulari Noviensis ecclesiae asservatur, conscribitur.

I. Vajs, Glagolitica fasc 2—4, Veglae 1903, p. 5*.

125. 1496, 16 Augusti, Segnae.

Litterae patentes characteribus glagoliticis conscriptae, quibus Andreas episcopus Segnensis clericum Andream ad colligendas elemosynas pro aquirendo organo pro ecclesia cathedrali Segnensi mittit.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 395 s.

126. 1496, Novi Modruscien.

Petrus Vidaković plebanus de Novi Segnensis dioeceseos characteribus glagoliticis memoriae consignat, quod post pestem et visitationem episcopi Segnensis Christophori Altare SS. Philippi et Jacobi, B. V. Mariae et SS. Fabiani et Sebastiani nec non S. Rochi Confessoris in ecclesia parochiali erectum est.

Šurmin, Acta croatica I, Zagabriae 1898, 396 s. Idem alia manu insertum est cuidam Breviario Glagolitico Noviensi cfr. l. c. 397.

127. 1496, (Venetiis?)

Confessio generalis fratris Michaelis theologi de Milano Or. S. Francisci, a Jacobo Blaživlić in linguam croaticam versa, a presbytero Blasio filio Barami characteribus glagoliticis typis imprimitur.

I. Milčetić, Nepoznata Glagolska knjižica, tiskana godine 1496, Starine Jugosl. Akad. XXIII (1890), 89 ss., Cfr. starine XXV (1892), 145.

128. 1499, 30 Januarii, Novi Modruscien.

Presbyter Philippus praebendarius ecclesiae parochialis Noviensis dioeceseos Modrusciae et Corbaviae, adnotatione characteribus glagoliticis Missali Glagolitico Noviensi (Cfr. N. 124,) inserta, obitum 29 Januarii eiusdem anni ac funus episcopi Modrusciensis et Corbaviensis Christophori de Ragusio, commemorat.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 426 ss.

129. 1500, 6 Aprilis, Piquenti Tergestin.

Aedificatio ecclesiae S. Spiritus prope Šterpeda, filialis parochiae

Pinquenti (Buzet) Tergestinae dioeceseos, inscriptione glagolitica parieti externae absidis eiusdem ecclesiae affixa, memoriae consignatur.

Č. f. m(i)s(e)c(a)
Aprila
d(a)n — 6

Ex apographo A. Kalac decani Pinquentini.

130. 1500, Tinini.

Capitulum ecclesiae cathedralis Tininensis, officio loci credibilis fungens, litteras testimoniales Sedis Judiciarie Croatorum in Luka, ex curia in villa Rastević (prope Nadin in hodierna Jadrensi dioecesi) habita et Vukšići, in Nonensi dioecesi, 15 Novembris 1498 fratribus S. Francisci de Jadra characteribus glagoliticis datas, ad petitionem nobilis Francisci Bojničić de Plavno, in litteram et linguam latinam transcribens registrat.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 411 s.

131. XV s., ineunte, Polen vel Tergestin.

Breviarium Glagoliticum, Proprium Sanctorum continens, in Bibliotheca Lyceali Labacensi, Collectionis Zoiss II, C, N 161a asservatum, pro Dominico Zandržel de Boljuno conscribitur; et, ut ex adnotationibus historicis ab anno 1444 ad 1564 characteribus glagoliticis a clericis ecclesiae Berami (Vermo prope Pisinum) Tergestinae dioeceseos patet, in usu ecclesiae S. Martini Berami fuit.

I. Berčić, Dvie službe svetih Ćirila i Metuda, Zagreb 1870. p. 21—22; Jagić, Ein fünfter bibliografischer Beitrag. Slavica der Laibacher Lycealbibliothek, (Aus dem Anzeiger der philos. — hist. Cl. 1899, XXV. 11. Continet Codex iste »Officium XIV Februarii Cyrilli et Methodii et Valentini« iam a Berčić l. c. p. 27 ss., editum, a discipulis SS. Cyrilli et Methodii exeunte IX vel ineunte X s. confectum Cfr. l. c. 74. ss.

132. XV. s., ineunte, Istria vel Dalmatia.

Rituale Glagoliticum, cuius septendecim folia in Bibliotheca Moscoviensi Čertkovski asservantur, a fratre Georgio (probabiliter Tertii Or. S. Francisci) conscribitur.

Ephemeris, Književnik, Zagabriae 1865, I, 147; Cfr. I. Berčić Rad Jugosl. Akad. 41 X (1881), 159.

133. XV s., ineunte, Otok Nigrocorcyren.

Lectionarium Badiense lingua croatica vulgari litterisque latinis

gothicis in Monasterio s. Mariae de Otok apud Korčulam in omonima insula Ordinis Minorum S. Francisci, a fratribus e Bosniensi Vicariatu anno 1394 profugis erecto, tanquam additamentum ad Missale Latinum eodem tempore ac litteris descriptum, conscribitur.

F. Radić. Bruchstück eines altslavischen handschriftlichen Evangeliars mit Vorreden und Weiheformeln in gothischer Schrift aus der Bibliothek des Franziskanerklosters in Badia bei der Stadt Curzola. In Ephemeride Wissenschaftlichen Mittheilungen aus Bosnien und der Hercegovina II Bd. (1894) p. 179 ss.

134. XV s. ineunte, in Istria vel Dalmatia.

Missale Glagoliticum Kukuljevićianum initialibus miniatis illuminatum conscribitur.

Kukuljević, Jugosl. knjižnica I. Kukuljevića Sakcinskoga Zagreb 1867, p. 16.

135. XV s. ineunte, in Istria vel Dalmatia.

Breviarium Glagoliticum Kukuljevićianum, quod in omonima Zagabriensi Bibliotheca asservatur folio mediae magnitudinis conscribitur.

V. Jagić, Primjeri starohrvat. jezika Zagreb 1866 p. 39.

136. XV s. ineunte, in insula Veglae.

Missale Glagoliticum Veglense, adnotationibus ab anno 1471 ad 1488 illustratum, quod in Bibliotheca Collegii Urbani Prop. Fidei asservatur, conscribitur.

Kukuljević, Arkiv za povjestnicu jugoslov. IV, Zagabriae 1857 p. 373 adnotationes glagoliticas referens.

137. XV s., Bescae Veglen.

Statutum Confraternitatis S. Spiritus Bescae Veglensis dioeceseos, cuius codicem originalem V. Premuda adinvenit, lingua croatica characteribus vero glagotiticis confectum est.

I. Milčetić, Prilozi za literaturu glagolskih spomenika, Starine Jugosl. Akad. XXV (1892), 138 ss.

138. XV s., Curiae Insularum Justinopolitan.

Inscriptio glagolitica in receptaculo lapideo pro asservandis SS. Oleis post altare maius in ecclesia parochiali Curiae Insularum (Corte d'Isola) prope Pyrrhanum in dioecesi Justinopolitana.

Iuxta apographum A. Kalac decani Pinquentini.

139. XV s., (Prvić) Sibenicen.

Missale Glagoliticum Prvićianum, cuius fragmentum anno 1849 Prvicii in dioecesi Šibenicensi a I. Berčić adinventum ac suae Collectioni sub N. 1 insertum est, conscribitur.

I. Berčić, Čitanka staroslov. jezika Prag 1864, p. XIV et 65 s.

140. XV s., Nonen.

Missale Glagoliticum Nonense, cuius fragmenta a Nonensi parocho P. Zanki professor Jadrensis R. Počina accepit; conscribitur.

Apud professorem linguae palaeoslavicae in Seminario Centrali Jadrnsi D. Rochum Počina. In altero fragmento, quod thecae vice cuiusdam libri Capituli Nonensis functum est adnotatur: »Adi ultimo Decembri 1606. Fu presentato il presente libro in Sacristia in loco solito, alla presentia delli Reverendi Signori Dignità et Canonici del Venerabile Capitolo di Nona«.

141. XV. s., (Selca) Aquilejen.

Missale Glagoliticum, cuius fragmentum ex theca »Urbario ecclesiae Sanctae Gertrudi, filialis parochiae Selca Labacensis dioeceseos extractum est, conscribitur.

In Archivo parochiali Selca Labacensis dioeceseos sub N. I.

142. XV s., (Olib) Jadren.

Missale Glagoliticum, cuius duo folia ex theca »Libri baptizatorum 1653« paroeciae Olib Jadrensis dioeceseos extracta sunt, conscribitur.

In Archivo parochiali Olib Jadrensis dioeceseos sub N. III.

143. XV s., (Selca) Aquilejen.

Missale Glagoliticum, cuius fragmentum (missam SS. Timothei, Hyppoliti et Symphoriani 22 Augusti continens), in parochia Selca Labacensis dioeceseos adinventum est, conscribitur.

In Archivo parochiali Selca Labacensis dioeceseos sub N. IV.

144. XV. s, (Selca) Aquilejen.

Breviarium Glagoliticum, cuius fragmentum (lectionem in festo S.

Barnabae) ex theca »Libri Baptizatorum parochiae Selca Labacensis dioeceseos extractum est, conscribitur.

In Archivo parochiali Selca Labacensis dioeceseos sub N. II.

145. XV s., (Banj) Jadren.

Breviarium Glagoliticum Banjense, cuius duo folia thecae forma »Libros Confirmatorum annorum 1607—1612« parochiae Banj-Ždrelac Jadrensis dioeceseos tegunt, conscribitur.

In Archivo parochiali Banj-Ždrelac in insula Pasmanensi Jadrensis dioeceseos sub N. 77.

146. XV s., (Olib) Jadren.

Breviarium Glagoliticum, cuius duo fragmenta (Officium S. Jacobi Ap. et Vesperas in Nativitate B. Mariae continentia) ex theca »Libri Baptizatorum 1652« parochiae Olib Jadrensis dioeceseos extracta sunt. conscribitur.

In Archivo parochiali Olib Jadrensis dioeceseos sub N. II.

147. XV s., (Olib) Jadren.

Missale Glagoliticum, cuius fragmentum (Missa Feria V Hebdomidae Maioris in Coena Domini) e theca »Libri Matrimoniorum« XVII. s parochiae Olib Jadrensis dioeceseos extractum est, conscribitur.

In Archivo parochiali Olib Jadrensis dioeceseos sub N, I.

148. XV s., loco incerto.

Martyrologium Glagoliticum cuius fragmentum a Joanne Petro Maria Cerroni († 1828) detectum a Dobrovsky primum editum est, videtur conscriptum fuisse.

I. Berčić Čitanka staroslov. jezika Prag 1864, p. XV et 70.

149. XV s., Segnen.

Breviarium Glagoliticum, cuius fragmentum Proprium Sanctorum continens, in Bibliotheca Lyceali Labacensi, Collectione Zoiss N. 163, II asservatur, anno 1498, glagolitica adnotatione hoc testante, Segnae in usu erat, in terris croaticis conscribitur.

I. Berčić, Dvie službe sv. Ćirila i Metuda, Zagreb 1870, 23. Jagić, Ein fünfter

bibliografischer Beitrag. Slavica der Laibacher Lyceal — Bibllotek (Aus dem Anzeiger der philos. — hist. Cl. 1899. N. XX), 11.

150. XV s., (Bermi) Petenen.

Breviarium Glagoliticum, cuius fragmentum Proprium de tempore continens, in Bibliotheca Lyceali Labacensi Collectione Zoiss N. 163, I, asservatur, anno 1504, adnotatione glagolitica hoc testante, Bermi (Vermo prope Pazinum) Petenensis dioeceseos, in usu erat, conscribitur.

I. Berčić, Dvie službe sv. Ćirila i Metuda, Zagreb 1870, 22—23; Jagić Ein fünfter bibliographischer Betirag. Slavica der Laibacher Lycealbibliothek (Aus dem Anzeiger der philosoph. — hist. Cl. 1899, N. XX), 12.

151. XV s., Modruscien. vel Segnen.

Missale Glagoliticum, in Bibliotheca Lyceali Labacensi Collectione Zoiss N. 164 asservatum, in terris Croaticis Litoralibus conscribitur

I, Berčić, Dvie službe sv. Ćirila i Metuda Zagreb, 1870. 24; Jagić, Ein fünfter bibliographicher Beitrag. Slavica der Laibacher Lycealbibliothek (Aus dem Anzeiger der philos. — hist. Cl. 1898, N. XX), 12.

152. XV s., (Višnja Gora) Aquilejen.

Breviarium Glagoliticum in folio parvo, cuius quattuor fragmenta partem officii Hebdomadae Maioris continentia, in archivo Višnja Gora in districtu Rudolfovo, Labacensis dioeceseos adinventa sunt, conscribitur.

Bibliotheca Lycealis Labacensis N. 2, 3, α, β, In singulis fragmentis nomen »Konrad Črnologar« recentiori forma adnotatum est.

153. XV s., Tergestin(?).

Breviarium Glagoliticum, cuius duo folia in IV.o, praeter Rubricas initia Lectionum de Libro Tobiae et Job continentia, in Bibliotheca Lyceali Labacensi asservatur, in Istria occidentali probabilius, conscribitur.

Bibliotheca Lycealis Labacensis, sine numero. Ex inscriptione »Prediche di Purgatorio« fragmentum hoc pro theca collectionis manuscriptae inde a XVII. s. adhibitam fuisse; et hoc in aliqua parochia, ubi tunc temporis curator animarum italicam linguam callebat.

154. XV s., (Radoljica) Aquilejen.

Breviarium, cuius fragmentum homiliam S. Hieronymi et Commune Apostolorum continens, parochus Laurentius Pintar († 1874) in

archivo parochiali Radoljicae Labacensis dioeceseos adinvenit, conscribitur.

Bibliotheca Lycealis Labacensis, N. 3 et 5.

155. XV s., Labacen.

Breviarium Glagoliticum, cuius fragmentum psalmum 88 »Misericordias Domini« continens, in archivo episcopali Labacensi asservatur, conscribitur.

Archivium episcopale Labacense N. II,

156. XV s., Labacen.

Breviarium Glagoliticum, cuius fragmentum partem Lectionis III Nocturni Dominicae III in Quadragesima continens, in archivo episcopali Labacensi asservatur, conscribitur.

Archivium episcopale Labacense N. III.

157. XV s., Aquilejen.

Psalterium Glagoliticum cum quibusdam Ritualibus, quod in Bibliotheca Lyceali Labacensi. Coll. Kopitar N. 22 asservatur, ut videtur ex characterum forma, hac aetate conscribitur.

I. Berčić, Dvie službe sv. Ćirila i Metuda, Zagreb 1870, 24; Jagić Ein fünfter bibliographischer Beitrag. Slavica der Laibacher Lyceal Bibliothek (Aus dem Anzeiger der philos. — hist. Cl. 1899, N. XX), 10.

158. XV s., Aquilejen.

Missale Glagoliticum, cuius fragmentum Missas Dominicae VIII et XIII post Pentecostes continens in Musaeo Rudolphino Labacensi asservatur, conscribitur.

Musaeum Rudolphinum Labacense N. III.

159. XV. s., Aquilejen.

Breviarium Glagoliticum, cuius fragmentum partem Psalterii (psalmos 57—61 Matutini Feriae IV) continens in Musaeo Rudolphino Labacensi asservatum, conscribitur.

Musaeum Rudolphinum Labacense, N. IV. Peculiare huius frapmenti est quod vice *jat* adhibeat *e;* et sequentem minutam epistolarem ab aliquo religioso cuidam

episcopo directam: »Ja fra Ja Franić pisah Vašoj Milosti da biste ih ordinali ovi žakni, Franića Ivana i Jurića; molim Vašu Milost da su dobra«...

160. XV s., apud Slavos Orientales.

Commeratio s. Cyrilli Philosophi in Legenda Slavica Constantini die 14 Februarii celebratur.

Mêseca Fervara vi . 14 . dini žitie i žizni blaženago učitelja našego Konstantina Filosofa prvago nastavnika slovenisku jeziku.

Vita Constantini Slavica ex recensione XV saec. Ed. Safarik, Památky drevniho písemaictoí Jihoslovanuv, Pragae 1851.

161. XV s., apud Slavos Orientales.

Memoria consecrationis archiepiscopalis ac obitus S. Methodii in Legenda Slavica Constantini celebratur.

Po tom že ostveštše prečestnago i bogonosnago Methodija na arhiepiskopstvo — — počn (Method) o Gospodi — — i priloži sê ko otícemi svojimi, ko Avramu, Iisaaku, Ijakovu.

Appendix ad Vitam Constantini Slavicam in codice Leopolitano XV s. Ed. Safarik, Památky drevního písemnictví Jihoslovanuv, Pragae 1851.

162. XV. s., in Istria, Croatia et Dalmatia.

Festum SS. Cyrilli et Methodii in Calendariis Missalium Glagoliticorum et in Breviariis Glagoliticis sub die 14 Februarii, celebratur.

I. Berčić, Dvie službe rimskoga obreda za svetkovinu sv. Ćirila i Metuda. Zagrabiae 1870, 13 s.

163. XV s., Olomucen.

Breviaria Latina Mss. pro dioecesi Olomucensi Officium Proprium SS. Cyrilli et Methodi, una cùm lectionibus »Beatus Cyrillus, natione Graecus«, continent.

I. Berčić, Dvie službe Rimskoga Obreda za svetkovinu sv. Ćirila i Metuda Zagrabiae 1870, 19.

164. XV s. in Bohemia et Moravia.

Officium Proprium SS. Cyrilli et Methodii in Breviariis Latinis pro Bohemia et Moravia, lectiones continet »Quemadmodum — hymni-

zari«, ex legenda, quae in Ms. Passionali 1436 anni et in aliis Mss. C Bibliothecae Aulicae habetur dependentes.

I. Berčić, Dvie službe rimskoga obreda za svetkovinu sv. Ćirila i Metuda, Zagrabiae 1870, 19.

165. XV s., exeunte, Jadren.

Breviarium Glagoliticum, cuius fragmentum (particula Officii Adventus) professor R. Počina Jadrae adinvenit, conscribitur.

Apud professorem linguae palaeoslavicae in Seminario Centrali Jadrensi D. Rochum Počina.

166. XV s., exeunte, in Istria et Dalmatia.

Fratres Tertii Ordinis S. Francisci in Dalmatia, liturgiam Glagolito-Romanam ex privilegio observantes, quum a quibusdam Ecclesiarum Rectoribus in provincia Dalmatia ob linguae slavicae usum in celebranda missa ab ecclesiis arcerentur, petitione porrecta a S. Sedem, obtinent Litteras Breves a S. Sede, quibus ecclesiarum Rectoribus talis mos se gerendi inhibetur.

A. Jadrense.

Beatissime Pater! Ut devoti Sanctitatis Vestrae oratores Fratres tertij ordinis Sancti Francisci de Poenitentia in civitate Jadrensi et aliis provinciae Dalmatiae civitatibus oppidis et terris commorantes quietiori animo pro fidei catholicae et S. Sedis Apostolicae ad Deum preces iugiter et continuo fundere, et Privilegiis ipsis per Romanos Pontifices praedecessores vestros sacraque concilia et etiam Sanctis Hieronymo et Cyrillo concessis gaudere valeant, supplicant propterea humiliter Sanctitatem [Vestram] oratores praefati qua . . . . . ipsos specialibus favoribus et gratiis prosequen(do) et juxta predicta privilegia et concessiones in omnibus et [singulis?] Ecclesiis dictarum Civitatum Terrarum et Oppidorum, in quibus de consensu illorum Rectorum . . . . . ex devotione iverint . . . [pro] celebrandis missis, easdem missas lingua illirica ut solit [i sunt] . . . et Vestrae Sanctitatis . . . . Romanae Ecclesiae celebrare possint et valeant licentiam et facultatem concedere. Et quibus . . . . . Archiepiscopis Episcopis et quorumcumque locorum dictae provinciae Ordinariis sub suspen[sionis interdicto?] ne eos . . . . . fratres [quo]minusve Rectores et Superiores Ecclesiarum praedictarum . . . . praemissorum occasione directe, vel indirecte . . . . . (mole)stare audeant vel praesumant inhibere . . . .

B. Gratia facta per Litteras Breves S. Sedis.

A. Instrumentum tempore erosum sine anni indicatione, edidit Fr. Stephanus Ivančić Poraba Glagolice kod redovnika III reda sv. Frane pro Dalmaciji Istri i Kvaneru, Zadar 1887, 16.

B. Litterae Breves in pergamena in Archivo Conventus Tertii Ordinis S. Fr. in Glavotok, quarum tenor adhuc ineditus est; (Cfr. Ivančić l. c. 17), eo quod recentiori aevo interierint.

167. XV s., in Dalmatia et Croatia.

Monasteria Ordinis S. Benedicti, consuetudinem iam receptam liturgiae Glagolito-Romanae observant; per Abbates tamen et Commendatarios extraneos liturgiam latinam sporadice recipiunt.

Cfr. documenta huius saeculi N. 1, 38, 64, 80 (?). relata. Quum classicismo renato cultus latinae linguae in Dalmatia et Croatia restitueretur, quum Dalmatia Venetis inde ab anno 1420 definitive subjiceretur, abbatesque et Commendatarii monasteriis Ord. S. Benedicti non nationales instituerentur, usus liturgiae Latinae invalescere coepit; codicesque liturgici latini describi coeperunt. Inter quos Missale gothicis characteribus sumptuose illuminatum monasteri Jadrensis S. Chrysogoni a. 1480 confectum, eminet. Cfr. Bianchi, Zara cristiana, 1877, I, 209.

168. XV s., in Istria et Dalmatia.

Heremitae Tertii Ordinis S. Francisci, hoc saeculo in provinciam Istro-Dalmaticam constituti, liturgiam Glagolito-Romanam exclusive adoptant.

Cfr. documenta huius saeculi N. 14, 35, 76, 80 (?), 115, 119, 140, 166 relata.

169. XV s., in Slovenia Croatia et Dalmatia.

Heremitae S. Pauli iuxta Regulam S. Augustini episcopi, qui medio anno 1240 c. in Sloveniam et Croatiam Saviam ex Hungaria immigrantes, deinde in Istriam et Dalmatiam trauseuntes in Provinciam propriam Slovenico-Croaticam sub Provinciali et Visitatore pro Istria et Croatia Zagrabiae residente constituti, liturgia Glagolito-Romana utuntur.

Cfr. documenta huius saeculi N. 8, 10, 27, 28, 36, 45, 72, 89, 108, 110, 112, 118, 122 relata. De origine huius Ordinis ac Provinciae Slovenico-Croaticae agunt J. Thwovcz, Chronica Hungarorum, Pars III. C. XLII, apud Schrvandtner, Scriptores Rerum Hungaricarum, 194; Tkalčić, Pavlinski samostan u Dubici, Vjestnik hrv. arheol. društva NS. I, (1895), 189 ss.

170. XV s., Croatia, Bosnia, Dalmatia et Istria.

Conventus Ordinis S. Francisci Min. Obs., quum Regula Ordinis sui lingua latina in liturgia sacra uti tenerentur exceptionaliter tantum Glagolitica-Romana liturgia utuntur (Cfr. sup. N. 8), ut se tamen consuetudini communi terrae adaptarent, linguam veteroslevenicam ac characteres glagoliticos non omnes callentes, linguam croaticam vulgarem in sacris pro populo adoptant, latinae linguae usu ad Secretas Partes Missae

tantum coartato. Lectionarium vel Comitem Cyrillo-Methodianum Glagoliticum litteris latinis transcribunt.

Cfr. huius saec. N.51, 123, 133; VII s. N. 163.

171. XV s., in Dalmatia et Croatia.

Classicismo renascente cultus linguae latinae etiam in Dalmatia et Croatia restitutus est, una cum despectu in linguam slavicam, quia barbara; Dalmatia a Venetis 1420 anno definitive occupata praelati non nationales, quinimmo saepius linguam populi non callentes dioecesibus praefecti; castro s. Viti Flumine sub Austriaco influxu, despectus et ostracismus contra liturgiam Glagolito-Romanam vel spiritu nationali vel politico movente, manifestari incipit.

Cfr. documenta huius saeculi N. 22, 44, 53, 67, 80, 166 relata

172. XV s., apud Slavos Orientales.

Cultus SS. Cyrilli et Methodii apud Russos exolevit (Cfr. XIV s. N. 55); apud alios Slavos Orientales juxta Regulam Hierosolymitano-Serbicam, et in eiusdem Officio Proprio sub die 14 Februarii S. Cyrillus, »episcopus Cataoniae, magister Slovenorum et Bulgarorum« celebratur.

A. N. Petrov, Čestovanie sv. slavjanskih apostolov Kirilla i Methodija (Hristian skve Čenie, Petroburgi 1893, N. 3, 326 ss) I. Berčić, Dvie službe rimskoga obreda za svetkovinu sv. Cirila i Metuda, Zagrabiae 1870, 6 s.

173. XV s., Labacen.

Evangeliarium Glagoliticum, cuius fragmenta Evangelia et Acta Apostolorum continentia ex Protocollo Čevljarske Zadruge Labacensis 1670 anni extracta sunt, conscribitur.

Musaeum Rudolfinum Labacense N. II et III. Peculiare est huius fragmenti quod jer abbraviatum exhibeat.

174. XV s., Labacen.

Breviarium Glagoliticum, cuius fragmentum ex protocollo Čevljarske Zadruge Labacensis 1670 anni extractum est, conscribitur.

Musaeum Rudolfinnm Labacense, N. I.

175. XV s., (Bled) Aquilejen.

Missale Glagoliticum, cuius fragmentum officium Dominicae XX

post Pentecosten continens in archivo parochiali Bled Lacensis dioeceseos detectum est, elegantiori forma conscribitur.

Musaeum Rudolfinum Labacense, Bled N. I et II.

176. XV s., (Slap pri Vipavi) Aquilejen.

Psalterium Glagoliticum, cuius fragmentum Officium B. Mariae Virginis continens, ex libro Archivi parochialis 1654 anni Slap pri Vipavi in Labacensi dioecesi extractum est, conscribitur.

Musaeum Rudolfinum Labacense, Slap.

177. XV s., Naklo Aquilejen.

Breviarium Glagoliticum, cuius duo folia ex theca »Libri Copulatorum 1673—1684« Archivi parochialis Naklo Labacensis dioeceseos anno 1905 extracta, ac Collectioni Glagoliticae dioecesanae Labacensi inserta sunt, conscribitur.

In Colleetione glagolitica dioecesana Labacensi, Naklo.

178. XV s., Šmartin pri Litiji Aquilejen.

Breviarium Glagoliticum, cuius due folia officium in Annunciatione B. V. Mariae continentia, ex theca »Libri Baptizatorum XVII s.« Archivi parochialis Šmartin pri Litiji Labacensis dioeceseos anno 1905 extracta ac Collectione Glagoliticae dioecesanae Labacensiinserta sunt, conscribitur.

In Collectione Glagolitica dioecesana Labacensi, Šmartin pri Litiji.

179. XV s., Aquilejen (Labacen?).

Missale Glagoliticum, cuius quattuor folia missas Dominicae infra octavam Ascensionis et Dominicae VI post Pentecosten continentia, in Musaeo Rudolphino Labacensi asservantar, conscribitur.

Musaeum Rudolphinum Labaci, Stattschreibers B. C.

180. XV s., Aquilejen (Labacen?).

Breviarium Glagoliticum, cuius duo fragmenta partem Communis SS. continentia in Musaeo Rudolphino Labacensi asservantur, conscribitur.

Musaeum Rudolphinum Labaci, D. H.

181. XV s., Tragurien.

Evangeliarum lingua croatica vulgari, a presbytero Traguriensi Andrulić versum, anno et loco incertis vulgatur.

Cfr. Milinović, Crtice o slovenskoj liturgiji, Jadrae 1880, 146 ss.

182. XV s., exeunte, (Rudnik) Aquilejen.

Psalterium (?) Glagoliticum, cuius fragmentum ex libro archivi Parochialis Rudnik Labacensis dioeceseos extractum est, conscribitur.

Musaeum Rudolfinum Labacense, Rudnik. Quum textus non facilis ad legendum sit, incertum est an reapse ad Psalterium spectet.

183. XV (?) s., Dubašnicae Vegien.

Presbyter Petrus Bogović, litteras fundationales ecclesiae S. Georgii apud Dobrinje in insula Veglae 30 Decembris 1230, glagolitice transcribit.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 5.

184. XV (?) s., Omišalj Veglen.

Presbyter Antonius Martinović notarius publicus confinationem Murlachorum 10 Novenbris anni 1465 glagolitice confectam (N. 60) exemplat.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 244 s.

185. XV (?) s., Resnik Zagrabien.

Missale Glagoliticum, cuius fragmenta in archivo parochiali in Resnik Zagrabiensis dioeceseos asservantur, describitur.

Tkalčić, in ephemeride Katolički List, 1902, N. 36.

ADDENDA.

14 a. 1439, Klanae prope a Castua Polen.

Epigraphe glagolitica sacristiae castri diruti Klanae prope a Castua affixa:

1439 to pisa . . .

Ex apographo Jacobi Volčić in Collectione Špinčićiana.

15 a. 1442, 15 Julii, Jadrae.

Presbyter Radmil altare portatile ligneum a se sculptum, reliquiis ss. Stephani, Martini et Joannis Chrysostomi in eodem reconditis, con secrandum curat; quae insctiptione glagolitica margini anteriori et posteriori eiusdem altaris incisa, memoriae consignat.

✠ Va ime B(og)a lêt' G(ospodnj)ih č. u. k. h. to dêlo stvori Radmil |pop to'tu poči'še mošti Stipana, Mart(i)na, Ivana zlatousta| Ukršten ·di. dan juleja.

Altare portatile ex ligno elicis 80×20×0.305 cm.; rotae marmoreae, Agnum crucem gestantem praeseferentis, diametron 117 mm., circa quam concentrica decoratio a presbytero Radmil incisa; quod apud Jadrensem familiam C. Bianchi asservatum in Bibliothecam Civicam Jadrensem anno 1904 transiit; et dono eiusdem in Musaeum Civicum S. Donati, ubi sub N. 5. servatur.

54 a. 1461, Lokae Tergestin.

Aedificatio ecclesiae parochialis Lokae prope ab Hospo Tergestinae dioeceseos, inscriptione glagolitica muro ad laevam eiusdem ecclesiae affixa, memoriae consignatur.

č. u. m. d. Va vrime počtovanoga oca i gospodlna gospodina Antona Gopa biskupa i kneza Tržačkoga i gospodina pre Mihla plovana te cerkve i pre Pavla nega vikarina i konestabla Lukeža Spotpeča i Tonca Bridna i Pročeh Deželan stoj fare moistar Jakše i Benko is Sčerge. Jezus uspomagaj. Amin. Štefan.

Ex apographo Josephi Sancin anni 1887, in Collectione Špinčićiana.

63 a. 1466, Lauranae Polen.

Registrum Capituli ruralis Lauranensis inde ab anno 1466 characteribus glagoliticis conficitur.

Incipit: Na sedan Aprila 1466 kade buduće skupno častni kapitul od Lovrana va sakreste: pop Nikula Franko, pop Ivan Valento, pop Anton Stanić, pop Luka Mohor, i na pomanjkanje od pok. popa Stepana Antončića smo zibrali popa Ivana Kerula.

Apographum in Collectione clarissimi A. Špinčić, continens adnotationes glagoliticas annorum 1526, 1530, 1538, 1548, 1564, 1576, 1577. 1578, 1633, 1639.

63 b. 1466, Lokae Tergestin.

Erectio altaris maioris ecclesiae parochialis Lokae prope ab Hospo Tergestinae dioeceseos, inscriptione glagolitica lateri laevo eiusdem altari affixa, memoriae consignatur.

Let gospodnjih 1466. v to vrime, ko biše gospodin pri Mihel plovan i gospodin Vid is Merge farman.

Ex apographo Josephi Sancin anni 1887, in Collectione Špinčićiana.

Ad 75. 1473, 10 Maji, Castuae Polen.

Statutum Capituli ruralis Castuanensis a notario Paulo Kapitanić canonico S. Helenae in Castua characteribus glagoliticis conscribitur.

Zakon kapitula Kastva, pisao let Gospodnjih 1473 maja meseca 10. dan Paval Kapitanić nodar budući kanonik svete Jeleni u Kastve.

Authenticum in Archivo parochiali Castuae, ex apographo Špinčićiano.

79 a. 1480, Lauranae Polen.

Statuta capituli Lauranensis Polensis dioeceseos, quibus iura et officia Capituli ruralis eiusdem ecclesiae determinantur, characteribus glagoliticis conficiuntur.

Incipit: 1480. 1. To je kvaderna kapitula Lovranskoga. To je zdola popisano ča sliši popom rečenoga kapitola.

Apographum in Collectione Clarissimi A. Špinčić, continens adnotationes annorum 1480, 15. 4, 1601.

Ad N. 82. 1482, 26 Junii, Insulae Justinopolitan.

Georgius clericus de Roč, in postremo folio Missalis Glagolitici anni 1368, in Caes. Aulica Bibliotheca Vindobonensi N. 8. asservati [Fontes XIV s., N. 12], ad editionem typographica arte Missalis Glagolitici excusam alludens, haec characteribus glagoliticis adnotat:

Vita vita štampa naša gori gre, tako ja oću da naša gori gre. 1482 m(êse)ca ijuna 20 i 6 dni te bê pisano v grade Izule, to pisa Juraj Žakan iz Roča.

Ex apographo Crnčićiano anni 1880, in Collectione Špinčićiana.

117 a. 1492, Justinopoli.

Fr. Petrus Vranković Jadrensis Tertii Ord. S. Francisci erectionem conventus S. Gregorii eiusdem ordinis, liturgia Glagolito-Romana utentis, in urbe Justinopoli, adnotatione glagolitica memoriae consignat.

č . u . z . b. Kada umri kralj Matijaš ugarski dobri gospodin i vitez i tada Cokolanti pridoše u Kopar.

Adnotatio characteribus glagoliticis in Actis N. 855 Archivi C. R. Inspectoratus Superioris Finantiarum Justinopoli; ex apographo Spinčićiano, ubi animadvertitur: Iz rukopisa oca fra Petra Vrankovića Zadranina 3.ega reda svetoga Oca Franciska pisana lita č. f. z. b (1592) miseca Juleja.

117 b. 1492, Čepić prope a Keršano Polen.

Epigraphe sepulcralis glagolitica muro ecclesiae dirutae monasterii ad lacum Čepić immissa, anno 1492 confecta.

Ex adnotatione Špinčićiana.

119 a. 1493, 13 Martii, Venetiis.

Altera editio Breviarii Glagolitici (cfr. N. 114) imprimitur.

Explicit:

Svršenie Brevieli hrvackih, stampani v Bnecih, po mêštre Andrêe Torižanê iz Ašulê. Koreženi po pre Blaži Baromići kanonigi crikve Sen'ske, na dni 13 miseca marča 1493.

Jagić, Ein weiter Beitrag zur südslav. Bibliographie, — idem, Ein dritter Beitrag etc. in Anzeiger Accademiae Vindobonensis N. VII et X (1895).

119 b. 1494, 7 Augusti, Segnae.

Altera editio (Cfr. N. 84) Missalis Glagolitici imprimitur.

1494. Miseca avgusta dan 7 ovi misali biše početi i svršeni v Seni, kraljujući tada svitlomu kralju ugrskomu Ladislavu, i sideći tada na prestolê apustolskom svetemu otcu Aleksandru papi šestem. A biše stampani s dopuštenem i volju gospodina Boga od domina Blaža Baroncia i domina Salvestra Bedričića i žakna Gašpara Turčića. Bog nas spasi amen.

Asboth, Das zu Zengg im Jahre 1594 gedrukte glagolitische Missale, in Archiv für slavische Philologie XIX (1897), 214.

127 a. 1499(?) mense Maii, Segnae.

Aedificatio domus presbyteri Jacobi, inscriptione glagolitica tabulae calcareae ad viam, quae a Segna ad Novi ducit, sculpta, memoriae consignatur.

Kukuljević, Nadpisi u Hrvatskoj i Slavoniji, Zagreb 1891, N. 796, p. 239.

186. XV s., Janigrad Tergestin.

Aedificatio operis publici (ecclesiastici?) a communitate Zažić-Zvonigrad, inscriptione latina et glagolitica, memoriae consignatur.

Hoc opus fecit comunitas Zvonigradi et Laridi.
Delo to dovršila je soseska Zažička Zvonigradška.

Ex apographo Josephi Sancin anni 1887, in Collectione Špinčićiana; ubi adnotatur: »u Janigradu na vratmi vrtnega stolpa«.

187. XV s., Belgradi Serbiae.

Missa Glagolito-Romana Belgradi Serbiensis in usu est; teste Bertrandone de la Broquière, qui tempore Paschali Belgradi degens, narrat: »la messe en langaige esclavonien et etait de l' obeissance de Rome, et leurs ceremonies de l' eglise sont telles que les nostres«.

Cfr. Marković in Rad Jugosl. Akademije XLII.

188. XV s., Višnjaui Parentin.

In cappella coemeteriali Višnjani, usque ad annum 1882 plures inscriptiones glagoliticae legebantur; inter quas:

Pop Pilip č. u. n. e. (= 1476).
To pisa žakan Andre.

Juxta adnotationem Špinčićianam.

CORRIGENDA.

Pag. 13, *N. 15*, l. 4.a: conscribitur.
» 15, » *55, 1463, 4 Augusti, Modrusciae.*
» 16, » *58. 1463, Pazini Tergestin.*
» 22, » *82*, l. 3.a: (Cfr. XIV s. N. 12.)
» 22, » *84, 1483, 12 Januarii, Venetiis.*
» 28, » *119. 1494, (Jadrae).*
» 39, » *169*, l. 4.a: Dalmatiam transeuntes
» 42, » *184*, l. 3. a et 4.a: 10 Novembris anni 1465 glagolitice confectam (cfr. N. 60) exemplat.

FONTES LITURGIAE GLAGOLITO-ROMANAE XVI SAECULI

1. 1499 — 1500, Odra Zagrabien.

Mathia parochus Odrae, glagolita, Confraternitati Praebendariorum Zagrabiensium quatuor solidos donat.

Tkalčić in ephemeride Katolički List, 1883, N 30.

2. 1501, Sečenica (Bulgariae?)

Chronicon Secenicense ad annum 852:

v*b* lêto, dzt (ξ), napisaše se naša slovesa svet*b*im*b* Kurillom*b* Filosófom*b* i učiteljem*b* Bl*b*garskago jez*b*ika.

Šafarik, Památky drev. pis. Jihoslovanuv, Pragae 1851.

3. 1501, Bosiljevo Zagrabien.

Parochus Laurentius in Bosiljevo glagolita.

Lopašić, Oko Kupe i Korane, Zagrabiae 1895, 70.

4. 1501, Kravarsko Zagrabien.

»Andreas plebanus sancte Katerine glagolita.«

Acta antiqua Capituli Zagrabiensis, Fasc. 67, N. 6; Cfr. Starine IV, 206.

5. 1501, Dragalin Zagrabien.

Jacobus glagolita capellanus de Dragalin in archidiaconatu Praepositi Chasmensis.

Registrum plebanorum ann. 1501. Acta antiqua Capituli Zagrabiensis, Fasc. 67, N. 6; Cfr. Starine Jugosl. Akad. IV, 206.

6, 1501, Novi Modruscien-Corbavien.

Aedificatio incoepta ecclesiae SS. Fabiani et Sebastiani in Novi Modrusciensis dioeceseos inscriptione glagolitica, muro eiusdem ecclesiae immissa, testatur.

Kukuljević, Acta croatica, Zagrabiae 1863, p. 321.

7. 1502, 20. Junii, Novi Modruscen.-Corbavien.

Philippus Milutinović, capellanus ss. Philippi et Jacobi in Novi, presbyter Modrusciensis dioeceseos, notarius publicus, litteras glagolitice 15 Septembris 1475 in Otočac confectas, quibus comes Martinus Frankapan Heremitis S. Pauli monasterii S. Mariae in Crikvenica villam Črmanj donavit, exemplat.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 278 s.

8. 1502. Prinč apud Fazinum Parentin.

Presbyter Jacobus Križanić de Barbara auctoritate publica notarius, instrumentum confinationis inter terras patriarchatus Aquileiensis, Comitis Pisinensis, Communis Pisinensis, possessiones Dominii Venetici et aliorum nobilium Istrianorum, anno 1275 a notario presbytero Nicolao plebano in Gola Gorica glagoliticis characteribus confectum, exemplat.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 73.

9. 1503. 10. Januari, Rocii Tergestin.

Elias Pečarić sacerdos capituli ruralis Rocii apud Pinguentum dioeceseos Tergestinae primam visitationem ecclesiae parochialis S. Bartholomaei ab episcopo Tergestensi Petro de Bonhom peractam characteribus glagoliticis in Breviario Viti Omišaljensis (Cfr. XIV s. N 28) memoriae consignat.

Kukuljević, Acta croatica, Zagrabiae 1863, p. 181.

10. 1504, Petrovina (Velika Gorica) Zagrabien.

Joannes ex Steničnjak parochus S. Petri in Petrovina, glagolita; Petrus eius capellanus glagolita.

Collectio Tkalčiciana; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae 1904, 76.

11. 1505, 18 Martii, Venetiis.

Antonius Suriano patriarcha Venetiarum ad petitionem Prioris S. Joannis de Templo Confraternitati SS. Georgii et Tryphonis Slavonorum usum linguae slavicae in sacris in domo Prioratus Venetici de Templo interdicit.

Antonius Suriano miseratione divina patriarcha Venetiarum Dalmatiaeque primas. Per el tenor della presente segnificamo a Vui gastaldo, et compagni della schuola di Schiavoni appresso san Zuane

del Tempio, come habbiamo inteso à querimonia del Reverendo missielo Prior de ditta Giesia, che da certo tempo in qua senza sua licentia ne altra legitima auttorità, fatte cantar messa et offitii alla lingua Schiavona in quella scuola, dove etiam se administra sacramenti, come è confessar et comunicar, et altri etiam riti, al tutto prohibiti sel non intervien el conssentimento di superiori in spiritual, et non senza grande desplicentia et offension del ditto Reverendo missier lo Prior. Pertanto ve comandemo in virtute sanctae obedientiae, che al tutto debiate disister da tal innovation in cantar dette messe et offitii, et delle administration de sacramento alcuno ecclesiastico; et se di questo vi sentisti agravadi debbiate comparer davanti de mi, che vi faremo justitia. Datum in Nostro Patriarcali Pallatio die dccimooctavo Martii, Millesimo quingentesimo quinto.

Catastico della Scuola dei SS. Giorgio e Triffone della Nation Dalmatina, Mss. saec. XVI ss. in Archivo omonimae Confraternitatis Venetiis, f. 25 v. Cfr. infra N. 25.

12. 1505, 2 Novembris, S. Maria sub Okić Zagrabien.

Paulus plebanus S. Mariae sub Okić instrumentum emptionis glagolitice rogat.

Kukuljević, Acta croatica I, Zagrabiae 1863, 189.

13. 1505, Verbenici Veglen.

Erectio ecclesiae parochialis B. V. Mariae Verbenici in dioecesi Veglensi inscriptione glagolitica, capellae eiusdem ecclesiae immissa, significatur.

Kukuljević, Acta croatica. Zagrabiae 1863, p. 189.

14. 1507, 27 Augusti, Segnae.

Typographus Gregorius Segnensis Rituale Glagoliticum (Naručnik plebanušev), ex latino opere de Monte Rotherii »Manipulus Curatorum« ab Urbano de Otočac et Thoma canonico diacono Segnensi versum cura, auctoritate et typis glagoliticis Vicarii ac Archidiaconi Segnensis Sylvestri Bedričić, imprimit; cuius exemplar I. Berčić in ecclesia Birbiniensi Jadrensis dioeceseos anno 1849 adinvenit; alterum exemplar in Bibliotheca Aulica Vindobonensi asservatur.

Ljubić, Ogledalo književne povjesti jugoslavenske Rieka 1864, I, 37 s. I. Berčić, Čitanka staroslov. jezika, Prag 1864 p. XV et 76 s. Cfr. Rad Jugosl. Akad. LIX (1881), 167.

15. 1507, Sušnjevicae Tergenstin.

Ecclesia S. Quirini in Jesenovik prope Sušnjevicam in dioecesi

Tergestina absoluta est, inscriptione glagolitica fragmentaria, eidem ecclesiae immissa, hoc testante.

Kukuljević, Acta croatica, Zagrabiae 1863, p. 190.

16. 1507. Segnae.

Miracula B. V. Mariae croatica lingua, tipys ac auctoritate Segnen sis Vicarii archidiaconi Silvestri Bedričić, characteribus glagoliticis, im primuntur.

I. Berčić, Rad Jugosl. Akad. LIX (1881), 169 Cfr. Jagić, Archiv für slavische Philol. VI, 428; Starine Jugosl. Akad. XXIII (1890), 36.

17. 1508, Ragusii.

Nicolaus Ranjina Lectionarium, excerpta varia ex Missali continens, (vulgo »Schiavetto«), lingua croatica vulgari conscribit.

M. Rešetar, Zadarski i Ranjinin Lekcionar Zagreb 1894, IX ss.

18. 1508, Segnae.

Quadragesimale a presbytero Petro Janković et a Silvestro Bedričić ex latino conversum, Urbani de Otočac et Thomae Diaconi Segnensium Canonicorum cura, typis Segnensis Vicarii ac Archidiaconi Silvestri Bedričić, characteribus glagoliticis imprimitur.

Iv. Brčić, Rad Jugosl. Akad. LIX (1881) 167 s.

19. 1508, Segnae.

Rituale Glagoliticum typis et auctoritate Segnensis Vicarii ac Archidiaconi Silvestri Bedričić imprimitur.

I. Berčić, Rad Jngosl. Akad. LIX (1881), 168 s.

20. 1508, Segnae.

Transitus S. Hieronymi Urbani de Otočac et Thomae Diaconi Segnensium Canonicorum cura, typis et auctoritate Vicarii Segnensis ac Archidiaconi Silvestri Bedričić imprimitur.

Iv. Berčic, Rad Jugosl. Akad. LIX (1881), 167 s.

21. 1509, 12 Decembris, Veglen.

Rituale Glagoliticum pro usu Tertii Ordinis S. Francisci in insula Veglensi a fratre Simeon Klemeneovič alias Klimantović, conscribitur.

I. Berčić, Rad Jugosl. Akad. LIX (1881). 164. Exemplar eiusdem operis apud Sac. V. Premuda Bescae in insula Veglensi asservatur.

22. 1509, mense Martii, Segnae.

Missale Glagoliticum typis et auctoritate Segnensis Vicarii, ac Archidiaconi Silvestri Bedričić imprimitur.

I. Berčić, Čitanka starosl. Jezika, Prag 1864, XV et 77; Rad Jugosl. Akad. LIX (1881), 169 s., 175.

23. 1509, Archidiaconatus Gora Zagrabien.

In registro decimarum archidiaconatus Gora Zagrabiensis dioeceseos presbyter Georgius glagolitice subcribitur.

Tkalčič in ephemeride Katolički List. 1883, N. 33.

24. 1510, 20 Januarii, Lukorani Jadren.

Inscriptione glagolitica basi turris campanariae insculpta, reaedificatio ecclesiae olim parochialis SS. Trinitatis Lukorani, nunc vero coemeterialis, Jadrensis dioeceseos, memoriae commendatur.

Ex nostro apographo anni 1904.

25. 1510, 3 Decembris, Venetiis.

Antonius Contareno patriarcha Venetiarum ad appellationem contra decretum praedecessoris (Cfr. N. 11) Confraternitati SS. Georgii et Tryphonis Nationis Dalmaticae longae et antiquae consuetudini inhaerens, facultatem perpetuam missam Glagolito-Romanam in domo Prioratus Venetici de Templo celebrandi approbat.

Antonius Contareno miseratione Divina Patriarcha Venetiarum, Dalmatiaeque Primas Reverendo Patri Domino Priori Sancti Joannis a Templo Venetiarum nec non vobis venerabili viro Domino Plebano Ecclesiae sancti Antonini praesentium scire notificamus, qualiter ad supplicationem, et instantiam Guardiani, et confraternitatis scollae et confraternitatis sanctorum Georgii, et Triphonis Nationis Dalmatiae, inhaerentes Nos longae et antiquae consuetudini dictae confraternitatis, licentiam concedimus et per presentes concedimus, et in perpetuum dictae confraternitati possendi cellebrari facere in loco scollae dictae confraternitatis, in parochia vestri Domini Plebani existentis, singulis diebus Dominicis et festivis unam missam parvam aut Latino sermone aut Dalmato prout antea a multo tempore facere consueverunt. Si ex hoc reverenda Paternitas vestri Domini Prioris sive vestri Domini plebani senseritis vos gravatos, coram Nobis comparere debeatis, citato dicto Gastaldione

debitum justitiae recepturis. Datum in Nostro Patriarchali Pallatio die tertio Decembris, millesimo quingentesimo decimo.

Catastico della Scuola dei SS. Giorgio e Triffone della Nation Dalmatina, Ms. saec. XVI ss. in Archivo omonimae Confraternitatis Venetiis, f. 24 v.

26. 1510, Dobrinii Veglen.

Ecclesia parochialis Dobrinii in dioecesi Veglensi absoluta est, inscriptione glagolitica eidem immissa, hoc testante.

Kukuljević, Acta croatica, Zagabriae 1863, p. 197.

27. 1511, Spalati.

Decretum Archiepiscopi Spalatensis Bernardi Zane, quo errores non tantum typographici et versionis, sed etiam doctrinarii in Breviario Glagolitico perstringuntur.

Memoratur in epistola P. Raphaelis Levaković 24 Decembris 1631 ad S. Congr. Prop. Fidei datam; Cfr. Fermedžin, Starine Jugosl. Akad. XXIV, 24.

28. 1511, Novi Modruscien.-Corbavien.

Aedificatio absoluta ecclesiae SS. Fabiani et Sebastiani in Novi Modrusciensis dioeceseos inscriptione glagolitica eidem immissa, memoriae consignatur.

Kukuljević, Acta croatica, Zagabriae 1869, p. 198.

29. 1511, Venetiis.

Breviarium latinum Geznensis dioeceseos, cum Officio Proprio SS. Cyrilli et Methodii sub die 14 Februarii, Lectiones »Quemadmodum — hymnizari« continente, imprimitur.

I. Berčić, Dvie službe rimskoga obreda za svetkovinu sv. Cirila i Metuda, Zagrabiae 1870, 19,

30. 1511 c., Venetiis.

Confraternitas SS. Georgii et Tryphonis Nationis Dalmaticae S. Sedem supplicat, ut sibi consuetudinem missae Glagolito-Romanae, secundum divi Hieronymi Ritum, iam ab Antonio Contareno Venetiarum patriarcha approbatam (Cfr. N. 25) confirmare velit.

Beatissime Pater. Humiliter supplicatur Beatitudini vestrae nomine Scollae et Confraternitatis sanctorum Georgii et Triphonis Nationis Dalmaticae de Parochia sancti Ioannis à Templo Venetiarum, et sancti Anto-

nini; Cum longa et antiqua dictae confraternitatis consuetudo fuerit, possendi celebrari facere in loco Scollae dictae Confraternitatis singulis diebus Dominicis et festivis, unam missam parvam Latino sermone aut Dalmato, secundum Divi Hieronymi Ritum atque institutionem: maximo utique devotionis ardore, ac venerationis affectu, quem ipsi Dalmatae ibi abstantes habent in audiendo missam in idiomate et lingua sua Illirica: quae quidem consuetudo laudabilis per literas, et mandata R^mi in Christo Patris Domini Antonii Contareno Patriachae Venetiarum dignissimi approbata comendataque extitit. Et cupiens Confraternitas ipsa quod consuetudo praedicta perfectius decoretur et laudabilius muniatur, et in ea quoque augumentatur divinius(?): Idcirco Beatitudini Vestrae humiliter, ac pie nomine dictae Scollae supplicatur ut sanctam, longam, inveteratam, laudabilemque consuetudinem approbare confirmareque velit.

Catastico della Scuola dei SS. Giorgio e Triffone della Nation Dalmatina. Mss. saec. XVI ss. in Archivo omonimae Confraternitatis Venetiis, f. 3 c. Annus eruitur ex diplomate Antonii Contareni patriarchae Venetiarum N. 25.

31. 1512, 3 Februarii, in Dalmatia.

Fr. Simeon Klemenović alias Klimantović, Lukorani Jadrensis dioeceseos natus, Minister Provincialis, Provinciae Illyricae S. Francisci, Doctrinam Christianam, Regulas Tertii Ord. S. Francisci, caeteraque liturgica ac moralia pro usu eiusdem Ordinis lingua croatica; necnon Rituale Romanum lingua veteroslovenica; omnia vero characteribus glagoliticis; quae anno 1501 in conventu S. Mariae in Campo Martii Arbii incoeperat, in conventu S. Michaelis Zaglavae Jadrensis dioeceseos conscribere absolvit.

I. Berčić, Čitanka starosl. jezika, Prag 1864; XV s. et 79; Rad Jugosl. Akad. LIX (1881), 161 s.

32. 1514, 10 Januarii, Rhodi.

Fabritius de Caretto magister Militiae de Templo Confraternitati SS. Georgii et Tryphonis Nationis Dalmaticae ad instantiam ipsius et relationem, ius sacra persolvendi iuxta liturgiam Glagolito-Romanam iam antea contestatum (Cfr. N 11, 25), in domo Prioratus Venetici, recognoscit.

Dilecti Nobis in Christo salutem. Noi havemo recepute vostre letere, et visto quanto scrivette sopra il celebrare della messa in lingua Dalmata in la scola sive compagnia Vostra, situata in le case del Nostro Priorato del Templo de Venetia, quale dicete essere stata instituta ad spirituale consolatione della Nation Dalmata inexperta della lingua Latina, circa la qualle dal Venerando Priore del ditto nostro Priorato è facta alcuna difficultate. Noi stimando, che sia il Dalmato et Latino uno medesmo rito, et approbato dalla santta Madre Ecclesia Romana,

et che solumodo distet in Idiomate, scrivemo al ditto venerendo Priore la alligata, per la quale ordinamo, che lasse a voi fare le vostre devotione, in lo gremio et unione della ditta Santta Madre Ecclesia, acciò di quella ne resultino le bone opere, quali a Noi scrivete. Valete. Datum Rhodi Die X.mo Januarii 1514. Frater Fabritius De Carretto Magister Rhodi.

Catastico della scuala dei SS. Giorgio e Triffone della Nation Dalmatina, Mss. saec. XVI ss. in Archivo omonimae Confraternitatis Venetiis, f. 26.

33. 1514, 6 Junii Omišalji Veglen.

Presbyter Petrus Petrić litteras comitis Joannis Frankapan Veglensis et quibus Marino Gujašić factori suo ecclesiam S. Joannis in Sužane apud Omišalja donat, 15 Augusti anni 1464 glagolitice confectas, exemplat.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 240 ss.

34. 1514, 12 Septembris, in Conventu S. Mariae Glavotok, Veglensis dioeceseos.

Frater Simeon Klemenović alias Klimantović Rituale Glagoliticum pro ecclesia parochiali S. Mariae Sale, Jadrensis dioeceseos conscribit.

I. Brčič Rad Jugosl. Akad. LIX (1881), 164.

35. 1514, Bogovići Veglen.

Aedificatio ecclesiae B. V. Mariae de Carmelo Bogovići in insula Veglae, inscriptione glagolitica eidem ecclesiae immissa, memoriae consignatur.

Kukuljević, Acta croatica, Zagrabiae 1869, p. 205.

36. 1514, Dubašnicae Veglen.

Aedificatio ecclesiae B. V. Mariae de Carmelo Dubašnicae in insula Veglae inscriptione glagolitica altari maiori eiusdem ecclesiae immissa, memoriae consignatur.

Kukuljević, Acta croatica, Zagrabiae 1869, p. 206.

37. 1514, Bucari Modruscien.

Aedificatio domus parochialis Bucari in Dioecesi Modrusciensi inscriptione glagolitica fenestrae immissa, memoriae consignatur.

Kukuljević, Acta croatica, Zagrabiae 1869, p. 321.

38. 1516, 24 Martii, Pod Novi Modruscien.

Frater Gregorius, Vicarius monasterii S. Michaelis in Gvozd Modrusciensis dioeceseos, Provincialis et Visitator Apostolicus Heremitarum Croatorum ordinis S. Augustini in Litorali et Istria, litteris glagoliticis characteribus conscriptis, magistro Valenti unam domum in emphitheusin haereditariam concedit.

Kukuljević, Acta croatica. Zagrabiae 1869, 206.

39. 1501—1516, Trg (Ozalj) Zagrabien.

Plebanus OO. Sanctorum apud Ozalj, Benedictus Jakovčić glagolita, supra sepulchrum epigraphen glagoliticam ponit.

Collectio Lopašićiana: Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae 1904, 76.

40. 1517, 28 Aprilis, Tkon Jadren.

Restauratio refectorii abbatiae SS. Cosmae et Damiani Or. S. Benedicti in monte Tkonensi Jadrensis dioeceseos, expensis prioris Antonii Bogdanić et aliorum monachorum peracta, inscriptione glagolitica architravo portae eiusdem refectorii insculpta memoriae comendatur.

Jelić, Tkonski samostan in ephemeride Viestnik hrv. archeol. dr. N. III. (1898). 105.

41. 1517, Resnik Zagrabien.

Canonicus Petrus Ripač, parochiam Resnik Zagrabiensis dioeceseos, hucusque a glagolitis rectam et ob renunciationem plebani Martini vacantem, a Capitulo Zagrabiensi accipit cum conditione: »capellanu mydoneum de littera latina in eadem plebania tenere promitto«.

Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae 1904, 76.

42. 1518, 21 Junii, Segnae.

Capitulum ecclesiae cathedralis Segnensis litteras testimoniales glagoliticis characteribus conscriptas, in materia judiciaria officio loci credibilis fungens, emittit.

Kukuljević, Acta croatica, Zagabriae 1869, 206 s.

43. 1518, 5 Maji, Venetiis.

Coram Petro Floriano plebano SS. Apostolorum et Francisco de Donatis plebano S. Trinitatis, specialibus delegatis S. Sedis litteris Leo-

nis pape X 11 Februarii 1518 datis ad diffiniendam controvversiam inter Priorem conventus S. Joannis de Templo ex una et Gastaldum, confratres sodalitatis SS. Georgii et Tryphonis Slavonorum, concordium inter partes de usu linguae slavicae in sacris in domo eiusdem conventus Templi statuitur:

»Item suprascriptus Reverendus Dominus Prior concessit facultatem et libertatem dictis Confratribus cellebrari faciendi in dicta schola unam missam in lingua seu sermone Sclavo ad satisffactionam dictorum hominum Scholae praedictae, omni prima Dominica cuiuslibet mensis, et intelligatur missa parva, et ultra hoc non possint fieri in dicta Schola alia officia vel aliae Cirimoniae nisi tantum celebrantes missarum eisdem concessarum«.

Catastico della Scuola dei SS. Giorgio e Triffone della Nation Dalmatina. Mss. saec. XVI ss. in Archivo omonimae Confraternitatis Venetiis, f. 33.

44. 1518, Staništćani Segnen.

Liber Glagoliticus »Antonin« id est »doctrina pro Confessario et pro poenitente« a Broz Cjatlić in Staništćani (Staništće) Segnensis dioeceseos pro Broz Kazitić describi inchoatur, ut patet ex pluribus adnotationibus latinis et glagoliticis.

Kukuljević, Arkiv za povjestnicu jugoslav. IV, Zagrabiae 1857, p. 374, et alias adnotationes referens. —

45. 1520, Novi Modruscien.

Aedificatio absoluta sanctuarii ecclesiae maioris in Novi Vinodolensi Modrusciensis dioeceseos latinis ac glagoliticis numeris, memoriae consignatur.

Kukuljević, Acta croatica. Zagrabiae 1869, 321.

46. 1521, 13 Martii, Segnae.

Capitulum ecclesiae cathedralis Segnensis litteras testimoniales glagoliticis characteribus conscriptas, in materia judiciaria officio loci credibilis fungens, emittit.

Kukuljević, Acta croatica. Zagrabiae 1869, 207.

47. 1521, 18 Aprilis, in Monasterio S. Salvatoris Modruscien.

Frater Thomas Vicarius monasterii S. Nicolai in Gvozd Modrusciensis dioeceseos, Provincialis et Visitator Apostolicus Heremitarum Croatorum in Litorali et Istria, litteris glagoliticis characteribus cons-

criptis terram iu emphitheusin haereditariam Paolo Gržić et Mauro Zoričić concedit.

Eodem anno idem Bartholomaeo Pavizić.

Kukuljević, Acta croatica 1969, 209 et 211.

48. 1521, 3 Julii, Segnae.

Capitulum ecclesiae cathedralis litteras testimoniales glagoliticis charactaribus conscriptas, in materia judiciaria officio loci credibilis fungens concedit.

Kukuljević, Acta croatica, Zagrabiae 1869, 209.

49. 1521, Mošćenice Polen.

Documenta, quae in archivo Kraj, parochiae Mošćenice Polensis dioeceseos asservantur, characteribus glagoliticis conficiuntur.

A. Klodić, Slavische Sprache und Litteratur (in Istrien); in opere Die oesterreichische Monarchie in Wort und Bild, Bd. Küstenland, 242.

50. 1523, 20 Julii, Rocii Tergestin.

Fratres Ordinis S. Benedicti expensas pro ecclesia S. Bartholomaei Ročii in dioecesi Tergestina characteribus glagoliticis conscribunt.

Kukuljević, Acta croatica, Zagrabiae 1869, 321.

51. 1524, 16 Maii, Segnae.

Capitulum ecclesiae cathedralis Segnensis concordium inter Gregorium Orlovčić et Petrum Kružić initum, officio loci credibilis fungens, characteribus glagoliticis transcribendo registrat.

Kukuljević, Acta croatica, Zagrabiae 1869, 212.

52. 1524, 14 Junii, Omišalji Veglen.

Presbyter Juranić plebanus in Omišalj Veglensis Dioeceseos, litteras donationales comitis Joannis Frankapan 15 Augusti anni 1464. glagolitice confectas et 1514 exemplatas (Cfr. N. 33) iterum exemplat.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 242.

53. 1524, Bribirii Modruscien.

Restauratio ecclesiae parochialis Bribirensis in Modrusciensi dioe-

cesi inscrlptione glagolitica supra portam eiusdem ecclesiae immissa, memoriae consignatur.

Kukuljević, Acta croatica, Zagrabiae 1869, 213.

54. 1524, Flanonae Polen.

Aedificatio ecclesiae S. Georgii Flanonae (Plomin) in Polensi dioecesi numeris glagoliticis eidem ecclesiae ac statuae ex petra immisis memoriae consignatur.

Kukuljević. Acta croatica, Zagrabiae 1869, 322. Cfr. Šurmin Acta croatica, I. Zagraciae 1898, 390.

55. 1525, 25 Novembris, Chersi Absoren.

In consecratione ecclesiae S. Hieronymi conventus Ordinis S. Francisci in Vier, adest Spalatinus patria, »minister Reverendus frater Matthaeus de Littera Slava», provincialis Tertii Ordinis et eiusdem conventus rector.

Petris, Spoglio dei libri consigli della città di Cherso, nota 2.

56. 1525, Omišalji Veglen.

Aedificatio capellae ecclesiae B. V. Mariae Assumptae Omišalji (Castelmuschio in insula Veglensi) inscriptione glagolitica muro post altare laterale eiusdem ecclesiae immissa, memoriae consignatur.

Kukuljević, Acta croatica, Zagrabiae, 1869. 215.

57. 1527, mense Maii, Verbeneci Veglen.

Aedificatio turris campanariae apud ecclesiam parochialem Verbenicensem in insula Veglae, inscriptione glagolitica muro eiusdem turris immissa, memoriae consignatur.

Kukuljević, Acta croatica, Zagreb 1869, 223.

58. 1527, 30 Novembris, Veglen.

Iuxta relationem officialem Gubernii Venetici, in insula Veglensi plusquam 300 presbyteri glagolitae adsunt.

Mss. in Archivo Dominii Venetici, Codici Brera Registro I, N. 197, 87. Cfr. Kobler, Memorie per la storia della liburnica città di Fiume, Fiume 1898, I, 190.

59. 1527, 28 Decembris, Strigonii.

Ferdinandus rex Ungariae, Boemiae etc. diplomate glagoliticis cha-

racteribus conscripto, Capitulo Segnensi ius eligendi canonicos concedit.

Authenticum in Archivo Capitulari Segnensi; Cfr. Kukuljević, Acta Croatica, Zagrabiae 1869, 232.

60. 1528, apud Bindoni et Pasini Venetiis.

Opera Fr. Pauli de Modrussa Ordinis Minorum Conventualium Missale Glagoliticum typis imprimitur.

Assemani, Kal. Un. Eccl. IV c. IV. §. 6; Ljubić, Ogledalo književne povjesti jugoslavenske, Rieka 1864, I, 38; I. Berčić, Čitanka staroslov. jezika Prag 1864 p. XVI et 78.

61. 1528, Visinadae Parentin.

Liber Indulgentiarum a Gregorio papa IX usque ad Sixtum V. Regularibus concessarum, lingua croatica characteribus glagoliticis a fratre Petro Milutinić Tertii Ord. S. Francisci, in conventu S. Mariae de Campo Parentinae dioeceseos, conscribitur.

I. Brčić, Rad Jugosl. Akad. LIX (1881). 165.

62. 1529, Justinopoli in Conventu S. Mariae Magdalenae.

Regulae Tertii Ord. S. Francisci a fratre Andraea Čukovič Tertii Ord. S. Francisci, quas I. Brčić Žmani Jadrensis dioeceseos adinvenit, conscribuntur.

I. Brčić, Rad Jugosl. Akad. LIX (1881). 165.

63. 1529, Mahićno Zagrabien.

Jacobus Šarac plebanus s. Mariae in Mahićno Zagrabiensis dioececeos, glagolita.

Collectio Lopašiciana; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae 1904, 76.

64. 1530, Verbenici Veglen.

Absolutio operis sanctuarii ecclesiae maioris Verbenicensis in dioecesi Veglensi inscriptione glagolitica ex parte septentrionali muro immissa, memoriae consignatur.

Kukuljević, Acta croatica, Zagrabiae 1869, 322.

65. 1530 vel 1531, Flumine Polen.

Officium B. V. Mariae secundum Ritum Romanum nec non alia

Liturgica ac devotionalia cura Simeonis Kozičić Begna Modruscensis episcopi in linguam veteroslovenicam conversa, in suis aedibus suisque sumptibus characteribus glagoliticis imprimitur.

I. Brčić, Rad Jugosl. Akad. LIX (1881), 171 ss.

66. 1531, Castro S. Viti Flumine Polen.

Simeon Kozičić Begna episcopus Modrusciensis, Jadertinus patria, Missale Glagolito-Romanum fr. Pauli de Modrussa Venetiis anno 1528 editum in suis aedibus suisque sumptibus iterum typis imprimit.

Assemani, Kal. Un. Eccl. IV, cap. IV. §. 7. Ljubić, Ogledalo književne povjesti jugoslavenske Rieka 1864, I, 38; I. Berčić, Čitanka staroslov, jezika Prag 1864. p. XVI et 79 s.

67. 1531, Tkon Jadren.

Epitaphium Antonii Bogdanić prioris abbatiae SS. Cosmae et Damiani in monte Tkonensi Jadrensis dioeceseos, mensae altaris lateralis meridionalis eiusdem ecclesiae immissum, characteribus glagoliticis conscribitur.

Jelić, Thonski samostan in ephemeride Viestnik hrv. arheol. dr. N. S. III. (1898), 105.

68. 1533, mense Martii, Omišalj Veglen.

Aedificatio incoepta turris campanariae ecclesiae B. V. Mariae Assumptae Omišalji (Castelmuschio in Veglensi dioecesi) inscriptione glagolitica muro eiusdem ecclesiae immissa, memoriae consignatur,

Kukuljević, Acta croatica, Zagrabiae 1869. 322.

69. 1533, Šipak Zagrabien.

Paulus Biličić plebanus in Šipak Zagrabiensis dioeceseos glagolita.

Collectio Lopašićiana; Cfr. Tkalkić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj Zagrabiae 1904, 76.

70. 1535, Omišalji Veglen.

Presbyter Bernadus Pancijuš ex Gervad notarius publicus, confinationem Murlacorum 10 Novembris 1465 glagolitice confectam (XV s. N 60), exemplat.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 244 s.

71. 1536, mense Maii, Omišalj Veglen.

Absolutio aedificationis turris campanariae ecclesiae B. M. Virginis Assumptae Omišalji (Castelmuschio in dioecesi Veglensi), inscriptione glagolitica muro eiusdem turris immissa, memoriae consignatur.

Kukuljević. Acta croatica, Zagrabiae 1869, 338.

72. 1538, Jastrekarsko Zagrabien.

Presbyter Marcus, capellanus S. Georgii in Jastrebarsko Zagrabiensis dioeceseos glagolita, testis.

Kukuljević, Acta croatica I, Zagrabiae 1863, 238.

73. 1540, in castro S. Viti Flumine Polen.

Curante episcopo Segnensi Joanne IV de Dominis Missale et Breviarium Glagolito-Romanum imprimitur.

Ljubić, Ogledalo književne povjesti jugoslavenske Rieka, 1864, I, 38.

74. 1541, Pinquenti Tergestin.

Opus campanae pro parochia Pinquenti (Buzet) Tergestinae dioeceseos, inscriptione glagolitica eidem campanae insculpta, memoriae consignatur:

»č. f. k. a«

Ex apographo A. Kalac decani Pinquentini.

75. 1542, 22 Maii, Verbenici Veglen.

Aedificatio capellae B. V. Mariae (S. Francisci) in agro Verbenicensi Veglensis dioeceseos, inscriptione glagolitica, quae in ruderibus capellae S. Francisci videtur, memoriae consignatur.

Kukuljević, Acta croatica, Zagrabiae 1869, 241.

76. 1542, Zlat Zagrabien.

Presbyter Thomas plebanus in Slat, glagolita.

Collectio Lopašiciana; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae 1904, 77.

77. 1542, Vukmanić Zagrabien.

Presbyter Jurko plebanus in Fuč Zagrabiensis dioeceseos, glagolita,

Collectio Lopašiciana; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae 1904, 77.

78. 1532—1542, Krašići Zagrabien.

Lucas Novaković plebanus SS. Trinitatis in Krašići glagolita; plurima calligraphice descripta documenta glagolitica ab ipso confecta sunt.

Collectio Lopašiciana; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae 1904, 76.

79. 1543, Venetiis.

Lectionarium fratris Bernardini Spalatensis Minoritae lingua croatica vulgari (»Schiavetto«), iam anno 1495 impressum (Cfr. Fontes XV s. N 223), sumptu Melchioris Sesse apud I. A. et P. fratres de Nicolinis, iterum imprimitur.

Cfr. T. Maretić, Lekcionarij Bernardina Spljećanina, Zagrabiae 1885, in Praefatione.

80. 1544, Segniae.

Inscriptione glagolitica in fronte ecclesiae cathedralis Segnensis, restauratio eiusdem ecclesiae memoriae consignata videtur.

Kukuljević, Acta croatica, Zagrabiae 1869, 244.

81. 1544, Zagrabiae.

Capitulum ecclesiae cathedralis Zagrabiensis, officio loci credibilis fungens, litteras donationales comitis Bernardini Frankopan, ob merita, Valentino Hotković 1497, 5 Januarii Modruscae characteribus glagoliticis conscriptas, transcribendo registrat.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 369 s.

82. 1545, 28 Maii, Roč Tergestin.

Elias Pečarić sacerdos capituli ruralis Rocii decanatus Pinquentini in dioecesi Tergestina, gesta episcopi Petri de Bonhom, characteribus glagoliticis in Breviario Viti Omišaljensis (XIV s. N.28) memoriae consignat.

Kukuljević, Acta croatica, Zagrabiae 1869, 245.

83. 1545, 28. Junii, Veglae.

Christophorus Tolović Arbensis canonicus, Vicarius Generalis Veglensis, omnibus parochis Veglensis dioeceseos Visitationem Canonicam, litteris characteribus glagoliticis conscriptis, notificat

Kukuljević, Acta croatica, Zagrabiae 1869, 245.

84. 1545, 13 Septembris, Veglae.

Christophorus Tolović Arbensis canonicus, Vicarius Generalis Veglensis, omnibus parochis huius dioeceseos decreto characteribus glagoliticis conscripto, de clericis ante ordinationem ad sui praesentiam constituendis, mandat.

Kukuljević, Acta croatica, Zagrabiae 1869, 246.

85. 1548, Dolinae Tergestin.

Dolinae in dioecesi Tergestina urbarium ecclesiae S. Antonii characteribus glagolicis conficitur.

A. Klodić, Slavische Sprache und Literatur (in Istrien); in opere Die oesterreichische Monarchie in Wort und Bild, Bd. Küstenland, 243,

86. 1550, Svetice Zagrabien.

»Catherina Tersachki (soror comitis Stephani Frankapani, uxor bani Nicolai comitis Zrinski) fundaverat ibi (Svetice) beneficium pro ecclesiasticis, qui vulgari sclavonica divina peragerent, vocati ideo Glagolitae.«

Krčelić, Notitiae praeliminares (Corollaria ad opus de regnis Dalmatiae Croatiae et Slavoniae) Mss. XVIII s ; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj Zagrabiae 1904, 77. Lopašić, Oko Kupe i Korane, Zagrabiae 1895, 296: beneficium a Catharina banissa fundatum, ex villa Breznik, duodecim sedibus colonorum et nemore Bukov vrh constabat.

87. 1550 c., Barbanae Polen.

Testamentum Georgii Bedrinić parochi Barbanensis Polensis dioeceseos, quod in archivo eiusdem parochiae asservatur, characteribus glagoliticis conficitur.

A. Klodić, Slavische Sprache und Litteratur (in Istrien); in opere Oesterreichische Monarchie in Wort und Bild; Bd. Küstenland, 242.

88. 1550, Jesenik in Istria.

Incriptione glagolitica memoriae consignatur, quod aedificatio

capellae S. Quirini in Jesenik in Istria usque ad fenestram, iuxta quam eadem inscriptio muro immissa est, absoluta est.

Kukuljević, Acta croatica, Zagrabiae 1869, 322.

89. 1527, Boljuni Tergestin.

Aedificatio altaris ecclesiae S. Georgi Boljuni Tergestinae dioeceseos, inscriptione glagolitica eidem altari immissa, memoriae consignatur.

1550. Juna dan 13. V to vreme Župa Jure . . . Mat. Kanonik Prijor M. žtu Matjasić pop Vinc. . . . . Ferlanić plovan Boljunski.

G. Kobler, Memorie per la storia della liburnica città di Fiume, Fiume 1898, I, 192.

90. 1150 c., Olomucii.

Testimomium Ioannis Dubravii, Olomucensis patria ac episcopi de obitu et sepulchro S. Methodii Romae.

»Quum Svatoplukus rex in clerum saeviret omnibusque sceleribus et vitiis homo sanguinarius flagraret, beatus Methodius gregis sui perditionem ferre non valens, Romam iterum redierit, atque illic ex hac luce migraverit, in ecclesia S. Clementis sepultus.

Obierunt tunc Romae ambo Moraviae praesules Cyrillus et Methodius, claraque in obitu et post eum sanctitatis addiderunt miracula«

I. Dubravius († 1553), Historia Bohemiae, L. II, 28 cfr. Bartolini, Memorie storico-archeologiche dei Santi Cirillo e Metodio, Roma 1881, 192; Brčić, Dvie službe, Zagrabiae 1870, 11.

91. 1551, Rakalj Parentin.

Testamentum olographum parochi Rakaljensis Parentinae dioeceseos quod in archivo eiusdem parochiae asservatur, characteribus glagoliticis conficitur.

A Klodić, Slavische Sprache und Litteratur (in Istrien), in opere Oesterreichische Monarchie in Wort und Bild, Bd. Küsterland, 242.

92. 1552, Hutina Zagrabien.

Presbyter Georgius plebanus in Hutin Zagrabiensis dioeceseos, glagolita.

Kukuljević, Acta croatica I, Zagrabiae 1863, 335.

93. 1552, Samobor Zagrabien.

Presbyter Vincentius, capellanus in Samobor, glagolita, testamentum glagolitice conficit.

Kukuljević, Acta croatica I, Zagrabiae 1863, 77.

94. 1552, Hum Tergestin.

Aedificatio turris campanariae ecclesiae parochialis Hum (Colmo) Tergestinae dioeceseos, numeris glagoliticis eidem turri insculptis, memoriae consignatur.

č. f. l. b.
mis(e)ca Marča
va vr(i)me žup
Gržinić
pop N(a)tal Crvić sa(gradi?)

Ex apographo A. Kalac decani Pinquentini.

95. 1553, in terris Carantanis Labacen. et Aquilejen.

Propagator Pseudoreformationis Lutherianae in terris Slovenicis, Primus Trubar vulgarem linguam slovenicam cum characteribus latinis in libros Sacros, glagoliticos characteres hucusque communiter adhibitos expellendo, introducit.

»Lubi Slovenci! Vom inu nom je vejedoč, de le ta naša slovenska beseda do seh mal se nej z latinskími temuč le ta krovaška s krovaškimi puhštabi (i. e. characteribus glagoliticis) pisala«.

Primus Trubar in Praefatiane ad versionem slovenam Evangelii S. Matthaei.

»Man hat sich in diesen Ländern vor dem allein der Glagolitischen Schrift gebraucht, bis der gelehrte Lutheriche Predicant (oder Prediger) Primus Truber die erste Invention gemacht, mit Lateinischen Buchstaben Crainerisch oder Sclavonisch zu schreiben. Zum ersten mal hat er damit einen Versuch an der Bibel gethan, und das neue Testament mit Latheinischen Buchstaben geschrieben. Hernach ward von Georgio Dalmatino, auch einen evangelischen (oder Lutheranischen) Prediger das alte Testament gleichfalls mit Latheinischer Schrifft dazu verfertigt und in Druck gegeben. — Anjetzo setzen die Crabaten und Dalmatiner ihre Schrifft meistentheils mit Lathenischen Littern.«

I. W. von Valvasor, Die Ehre des Herzogthums Krain, VI, Buch Von der Crainerisch — Sclavonischen Sprache. Cap. I, Laibach — Nürnberg 1689; Rudolfswerth 1877, II. 274. VII, Buch. Von der Religion; ed. cit. 434.

96. 1555, Pinquenti Tergestin.

Aedificatio ecclesiae S. Joannis Baptistae in Mali Mlun, filialis parochiae Pinquentinae (Buzet) Tergestinae dioeceseos, inscriptione glagolitica eidem ecclesiae immissa, memoriae consignatur.

č. f. l. d.
Starešina
Jakov Vrne
tić va to vr
eme.

Ex apographo A. Kalac decani Piquentini.

97. 1555, Hum Tergestin.

Aedificatio ecclesiae S. Matthaei in parochia Hum (Colmo) decanatus Pinquentini Tergestinae dioeceseos, numeris glagoliticis basi fornicis gothicae presbyterii insculptis, memoriae consignatur.

č. f. l. d.

Ex apographo A. Kalac decani Pinquentini.

98. 1520—1555, Hrnetić Zagrabien.

Petrus Škrlac plebanus in Hrnetići Zagrabiensis dioeceseos, glagolita.

Collectio Lopašiciana; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae 1904, 76.

99. 1556, Boljuni Tergestin.

Inscriptione glagolitica Boljuni Tergestinae dioeceseos plebanus Georgius Mihesić glagolita memoratur.

Va to vreme bi Plovan Jure Mihesić Boljunski 1556.

G. Kobler, Memorie per la storia della liburnica città di Fiume, Fiume 1898, I, 192.

100. 1556, in Dalmatia.

Frater Paulus Milutinić Arbensis, Tertii Ord. S. Francisci, Moralia quaedam ac Rituala characteribus glagoliticis conscribit.

I. Brčić, Rad Jugosl. Akad LIX (1881), 165 s.

101. 1556, Vrh Tergestin.

Perfectio pilae pro aqua benedicta in ecclesia Vrh decanatus Pinquentini Tergestinae dioeceseos, numeris glagoliticis basi eiusdem pilae insculptis, memoriae consignatur.

č. f.
l. e.

Ex apographo A. Kalac decani Pinquentini.

102. 1557, Sovinjak Tergestin.

Aedificatio turris campanariae ecclesiae parochialis Sovinjak, decanatus Pinquentini Tergestinae dioeceseos, inscriptione glagolitica eidem turri immissa, memoriae consignatur.

č. f. d. ž. Va vrime žu
pana Kirina Sirotića
ki je i starešin
a crkveni in
i veće sused.

Ex apographo A. Kalac decani Pinquentini.

103. 1558, c., Belgradi Modruscien.

Liber Discipuli (Knjige Discipula), a presbytero Michaele plebano Belgradi Modrusciensis Dioeceseos, lingua vulgari croatica characteribus vero glagoliticis, conscribitur.

Milčetić in Archiv für slavische Philologie, VIII, 2 et Glagolaši, osobito krčki u prošlosti hrvatskoj in ephemeride Grlović. Smotra Zagrabiae 1887, 351. Exemplar Omišaljense a. 1558; alterum Kukuljevićianum a. 1600.

104. 1559, Ozalj Zagrabien.

Stephanus Stipanić parochus in Ozalj Zagrabiensis dioeceseos, glagolita.

Lopašić, Oko Kupe i Korane, Zagrabiae 1895. 193, 246.

105. 1559, S. Križ Završje Zagrabien.

Joannes Kolonić capellanus S. Crucis in Završje Zagrabiensis dioeceseos, glagolita.

Lopašić, Oko Kupe i Korane, Zagrabiae 1895, 246.

106. 1527—1560, Gaza (Karlovac) Zagrabien.

Georgius Mikanović plebanus S. Jacobi in Gaza Zagrabiensis dioeceseos »nobilis presbyter Glagolita«.

Collectio Lopašiciana; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae 1904, 76.

107. 1560, 30. Aprilis, Borut Petenen.

Erectio ac dotatio altaris B. V. Mariae in ecclesia parochiali S. Michaelis Borut Petenensis dioeceseos, Antonio Kurelić plebano Borutensi a

Vito Vitulović peracta, inscriptione glagolitica eidem altari affixa, memoriae consignatur.

1560. Avrila dan 30. U ime Božje i Dive Marije. Amen. Ja Vid Vitulović ordinavam mojim sinom i po njih svemu mojemu rodu, da governaju oltar sv. Marije u crkvi sv. Mihovila Arhangjela, ki ote držat moje blago. Biše meštar Griščić Tomo, Župan Jakov Zgoršić. U to vreme biše Pr. Anton Kurelić plovan.

G. Kobler, Momorie per la storia della liburnica città di Fiume, Fiume 1898, I, 192.

108. 1553—1561, Gaza Zagrabien.

Paulus Kapusović, primum capellanus deinde plebanus s. Jacobi in Gaza apud Karlovac, glagolita.

Collectio Lopašiciana; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae 1904, 77.

109. 1561, mense Martii, Venetiis.

Breviarium Glagoliticum una cum Missae Canone, nec non Missa pro defunctis, atque Rituali Glagolitico, a Nicolao Brozić plebano Ecclesiae Omišalji Veglensis dioeceseos apud filios Joannis Francisci Turresani, imprimitur.

Le Long, Bibliotheca Sacra I, artic. 6. p. 486. Assemani, Kal. Un. Eccl. IV. cap. IV. § 7. Ljubić, Ogledalo književne povjesti jugoslavenske, Rieka 1864, I, 37, 40; I. Berčić, Citanka staroslav. jezika Prag 1864. p. XVI. et 81 s.; Rad Jugosl. Akad. LIX (1881), 166.

110. 1562, Tridenti.

Stanislaus Hosius Polonus, episcopus Ermlaudensis et Cardinalis S. R. E. theologus celeberrimus, Legatus S. Sedis ad concilium Tridentinum, et praeses Sessionibus XXI—XXII, in quibus actum est de Sacrificio Missae anno 1562—3, proponit, quod si lingua polonica libri liturgici vertendi essent, potius huius vice usus liturgiae Glagolito-Romanae in Dalmatia vigentis, etiam apud Polonos adoptaretur, quum lingua glagolito-dalmatica caeteris Slavicis elegantior ac mater sit.

»Quamlibet autem nos ipsos amemus, tamen fateamur illud necesse est, Sclavorum, aut Dalmatarum linguam elegantiorem esse, quam sit nostra (Polona); et si praecationes et sacras lectiones in vernaculam transferri linguam oporteret, in eam potissimum transferendae sint, a qua nostra (Polona) duxit originem, quae praestat etiam ceteris elegantia; cum praesertim Dalmatica lingua sacros libros Hieronymum vertisse constet.«

Cardinalis Hosius Polonus, Dialogus de communione Eucharistiae sub utraque specie; de conjugio sacerdotum et Sacro in vulgari lingua celebrando; Opera, Parisiis 1562; Antverpiae 1571; Coloniae 1567; Cfr. Starine XVIII, (1886), 101 n. 68.

III. 1562, 19 Julii — 17 Septembris, Tridenti.

Liturgia Glagolito-Romana ac usus linguae croaticae vulgaris in missa latina a SS. Concilio Tridentino tacito consensu approbatur.

Acta SS. Oecumenici Concili Tridentini post Sessionem XXI (V), ab Angelo Massarello ex actis authenticis excerpta.

A) Die 19 Julii 1562 propositi sunt examinandi et discutiendi articuli super ipso Sacrificio missae.

B) Doctrina de Sacrificio Missae proposita examinanda Patribus die 6 Augusti 1562.

Caput IV. De ritibus et cerimoniis quae in missae celebratione adhibentur.

Lingua etiam latina, qua Missae in Occidentali ecclesia celebrantur, maxime congruit; siquidem ea pluribus nationibus communis est, neque videtur esse dubitandum, quin si Missae vulgari cujusque gentis idiomate peragerentur, divina mysteria minori reverentia colerentur. Esset etiam magnopere periculosum, ne varii in multis translationibus errores enascerentur, qui facerent, ut fidei nostrae mysteria, quae simplicia sunt, viderentur esse diversa. Cum autem in missa quaedam sint, quae ab omnibus debeant intelligi, veluti lectiones et evangelia, ea per illos, qui curam animarum exercent, saltem domicis aliisque festis diebus populo declarentur, ut in illis omnibus ecclesiis fieri consuevit, in quibus earum pastores officio suo non desunt.

Canones de Sacrificio Missae propositi examinandi eadem die 6 Augusti.

X. Si quis dixerit, Missam non nisi in lingua vulgari celebrari debere: anathema sit.

C) Congregationes Generales IX. Incipit examinari doctrina cum canonibus de Sacrificio Missae.

Die 11. ejusdem mensis augusti, hora 11. habetur congregatio generalis, in qua patres coeperunt dicere sententias supra doctrina et canonibus et Sacrificio missae.

— — — Jadrensi (archiepiscopo Mutio Calino) canones placent. Missa enim verum est sacrificium — — — — et Canon retinendus, et non alta voce recitandus neque lingua vulgari celebranda missa.

Congregatio Generalis 18 Augusti, hora 12—15.

— — Vegliensis (episcopus Fr. Albertus Duymius de Glyricis O. S. Domenici Catharensis) — — In capite IV ratio, quare missae sacrificium latina lingua celebranda sit, non videtur bona; neque damnandi qui vulgari lingua celebrant: et in ecclesia Hierosolymitana S. Sepulchri celebrant missam qualibet lingua, quae est sub coelo. Canones reformentur quomodo dixit (patriarcha) Venetus.

Congregatio Generalis 19 Augusti hora 12—15. — — Calamonensis (episcopus) — — Canones placent cum notatis Hierosolymitani et Veneti circa ordinem; neque damnandi sunt qui alta voce canonem proferent, vel missam lingua vulgari celebrarent.

Congregatio Generalis 21 Augusti, hora 12—15. — — Asaphensis (episcopus) — — Neque ratio de lingua vulgari damnanda videtur bona: et ibi, non debent omnia intelligi, videtur falsum quia evangelia et multa alia debent a populo intelligi.

Congregatio Generalis 24 Augusti, hora 20—23. — — Nemausensis (episcopus) — — Canon X. non est anathemate damnadus: et exprimatur, quod missa sola lingua latina celebranda sit, praesertim in Italia, Gallia, Hispania.

Brixiensis (episcopus) — — in IV. cum fide dicatur, cum signo fidei; et rationes, quae adducuntur pro lingua latina etc. non videntur bonae, dicatur, justis de causis.

Calaguritanus (episcopus) — —; et in IV capite de lingua latina et submissa voce, melius consideretur.

D) Doctrina et Canones de Sacrificio Missae reformati juxta censuras patrum, et proposita iterum examinanda die 5 Septembris 1562, et coepta examinari die 7.

Doctrina de Sacrificio Missae. Prooemium. — — Cap. VIII. Etsi Missa magnam contineat populis fideli eruditionem, non tamen expedire visum est patribus, ut vulgari passim lingua celebraretur. Quamobrem, retento ubique cujusque ecclesiae antiquo, et a S. Romana Ecclesia probato ritu, ne oves Christi esuriant, ne parvuli panem petant et non sit qui frangat eis, mandat S. Synodus pastoribus — — — ut frequenter inter missarum celebrationem ex his, quae in missa leguntur, aliquid exponant, atque inter caetera sanctissimi Sacrificii mysterium aliquod declarent, diebus praesertim dominicis et festis.

Canones de Sacrificio Missae.

IX. Si quis dixerit, ecclesiae romanae ritum, quo submissa voce verba consecrationis proferuntur, damnandum esse; aut lingua tantum vulgari missas celebrari debere; aut aquam non miscendam esse vino in calice, eo quod sit contra Christi institutionem: anathena sit.

F) Congregatio Generalis 7 Septembris 1562, hora 12—15 dictis sententiis super doctrina et canonibus reformatis de Sacrificio missae, praesentibus 139 Patribus, per placet 79 Patrum, eadem approbat. In Sessione XXII publica VI, die 17 Septembris 1562 Decreta et canones publicati sunt.

Acta Genuina SS. Concilii Tridentini, edita ab A. Theiner, Zagrabiae 1874, II, 58—132.

112. 1562, 6 Augusti — 5 Septembris, Tridenti.

Usus linguae croaticae vulgaris in missa latina a SS. Concilio Tridentino tacite approbatur.

Acta SS. Oecumenici Concilii Tridentini a Gabriele Cardinale Paleotto archiepiscopo Bononiensi conscripta.

Acta Sessionis VI. Doctrina de Sacrificio Missae proposita examinanda die 6 Augusti 1562 etc. Canones etc. (Cfr. N. 111.)

His ita peractis, cum die 11 Augusti sententiae Patrum in concione negari coeptae essent, ea primum inter eos exorta fuit dubitatio, essetne doctrina plenior aliqua, aut praefatio tantum, aut nihil potius Canonibus praeponendum.

Secundam opinionem primus Jadrensis (archiepiscopus Mutius Calinus) visus est probare, videlicet ut Canonibus brevis narratio quaedam praeponatur, quae nostra potius explicare, quam rationibus confirmare, aut aliena refellere videatur. Post hanc disputationem, quae plurimam concionum partem occupavit, fuerunt et nonnulla alia in doctrina, sed brevius adnotata. Nam, quod ad Missam prohibendam, ne vulgari sermone habeatur, Jadrensis (archiepiscopus Mutius Calinus) dixit sibi minime improbandum videri morem in Dalmatia, ut post latinum evangelium vulgare etiam subjiciatur, quo nationes illae magis instruantur. Omnes tamen patres, cum canonem quo missa lingua vulgari prohibetur, valde commendarent, Nimosiensis id se expertum in diocesi sua cum haereticis affirmavit; qui bona ecclesiae occupata, quibusdam conditionibus restituere cum pollicerentur, inter eas praecipua haec erat, ut liceret eis Missam vulgari lingua celebrare, quod tamen eis semper interdixit. Unde rursus delectis negotium datum fuit illius emendandae et in breviorem formulam contrahendae, quod cum ab illis non multo post — — praestitum esset, tum rursus omnibus patribus examinanda eduntur, quae erant hujusmodi.

Doctrina et Canones sacramentorum propositi iterum examinandi die 5 Septembris 1562. (Cfr. N. 111.)

A. Theiner, Acta Genuina SS. Concilii Tridentini, Zagrabiae 1874, II. 572-576.

113. 1563, Tridenti.

Usus linguae croaticae vulgaris in Evangelio missa latina durante, a SS. Concilio Tridentino tacite approbatur.

In Congregatione Generali S. Concilii de S. Missae Sacrificio, referente archiepiscopo Jadrensi Mutio Callino, quod in Dalmatia post lectionem latinam Epistolae et Evangelii eadem slavico vulgari sermone ad populi instructionem legantur, S. Consessui hoc non damnosum visum est; qui usus ergo »tacito consensu« S. Concilii confirmatus est.

»Si trattò degli altri capi, e specialmente intorno alla celebrazione delle messe in lingue popolari. V' ebbe chi disse, non parergli dannevole l'uso della Dalmazia, ove appresso del Vangelo latino leggesi lo stesso nell'idioma schiavone per ammaestramento dei popoli«.

Cardinale Sforza Pallavicino, Storia del Concilio di Trento Tomo, III. cap. 18. (ed Roma 1846, Tomo III p. 63); ubi citatur epistola archiepiscopi Mutii Calini 24 Augusti 1562.

114. 1562, Dubovac Zagrabien.

Michael plebanus in Dubovac Zagrabiensis dioeceseos, glagolita.

Collectio Lopašiciana: Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae 1904, 77.

115. 1563, Tridenti.

Mutius Callinus archiepiscopus Jadrensis Cardinalem Camerlengum S. Sedis certiorem reddit, de comuni et universali consuetudine antiquissima in tota provincia Dalmatiae, omnia officia sacra lingua Slavica celebrandi, cui ille derogandi nec cogitaverit quidem, cum hoc impossibile foret; animadvertens insimul, quod iuxta responsum Cardinalis Praefecti S. Inquisitionis usum Evangeliarii in lingua Slavica vulgari missa latina durante in urbe Jadrensi, iam a se prohibitum, ad petitionem confraternitatum restituerit.

»Informazione di Mons. di Zara per Mons. Illmo. Alessandrino dell' a. 1563. Ma non fù però impedito, che secondo l' antico uso, ed universale di quella Provincia (di Dalmazia) si potessero celebrare fuori della città per la Diocesi le messe e gli uffizi divini nella lingua Schiava antica; si perchè giudicai, che l' Indice de' Libri Proibiti non valesse alterare questa comune consuetudine, il che sarebbe impossibile, si ancora perchè detta lingua schiava antica non è la volgare, e materna di quei popoli, anzi è loro così oscura, come quasi a nostri idioti Italiani la Latina. Quando mi venni a Roma diedi conto di tutto ciò a Monsignor Illustrissimo Cardinale Alessandrino, il quale comandò questi ordini. Ma perchè il mio popolo desiderava infinitamente, che nelle chiese di certe confraternite (della città di Zara) alla messa Latina fosse restituito l' uso di quelle Epistoli ed Evangeli in lingua Schiava, supplicai Sua Signoria Illustrissima, che si degnasse come Supremo Inquisitore concedere loro questa grazia, e alla mia instanza si contentó di ordinare per sua lettera al mio Vicario nel modo, che alla sua prudenza parve a proposito, che fossero consolati«.

Lettere CCXXXXV scritte da Trento dalli 3 Ottobre 1561. fino alli 6 di Decembre 1563 a Roma, al Cardinale Luigi Cornaro Camerlengo, da Monsignor Muzio Calino Gentiluomo Bresciano Arcivescovo di Zara; Mss. XVI vel XVII saec. apud K. Hiersemann Bibliopolam Lipsiensem f. 172 ss.

116. 1563, Vrhovci Zagrabien.

Martinus Šimković plebanus in Vrhovci Zagrabiensis dioeceseos, glagolita.

Kukuljević, Acta croatica I, Zagrabiae 1863, 328.

117. 1563, Gaza (Karlovac) Zagrabien.

Petrus Žalković capellanus S. Jacobi in Gaza Zagrabiensis dioeceseos, glagolita.

Collectio Lopašiciana; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj Zagrabiae 1904, 77.

118. 1566, Jadrae.

Synodus dioecesana Jadrensis, tempore Mutii Callini archiepiscopi, decretum synodi dioecesanae anni 1460, quoad celebrationem missae sacerdotum Glagolitarum in civitate Jadrae (XV. s. N. 53), renovat:

»I sacerdoti illirici, a tenore delle antiche consuetudini di questa chiesa, comandiamo che inviolabilmente osservino, che a nessuno di loro è lecito di celebrare senza il nostro permesso o quello del vicario, in nessuna chiesa della città di Zara; tuttavia sia loro permesso nella chiesa della S. Trinità e di S. Maria de' Preti al tempo delle indulgenze, e nelle altre chiese in occasione di qualche esequie, quando fossero chiamati a celebrare in quel giorno, in cui il cadavere venisse sepolto; ma in nessun luogo e mai in altre occasioni«.

B. G. Zanotti Tauzlinger Ms. a. 1682: Compendium materiarum ex constitutionibus synodalibus Eccl. Metropol. Jadrensis in Archivo Guberniali Jadrensi,

119. 1568, 9 Julii, Romae.

Pius papa V., Bulla »Quod a nobis«, significat, ex decreto S. Concilii Tridentini, causam edendi Breviarii Romani reformati, nempe ad tollendam orandi varietatem; abolet omnia Breviaria Latina, quae ex institutione vel consuetudine legitima non superant ducentos annos, permittit tamen ut antiquiora ducentis annis possint mutari in Breviarium Romanum reformatum in toto Orbe, cum exceptione 200 annorum de qua supra. Quae exceptio favet Breviario Glagolitico, quum idem 200 annis antiquius fuerit, ac in nonnullis regionibus iuxta Ritum Ecclesiae Aquileiensis, id est iuxta Ritum Patriarchinum.

»Ac etiam abolemus quaecumque alia Breviaria, vel antiquiora, vel quovis privilegio munita, vel ab Episcopis in suis dioecesibus pervulgata, omnemque illorum usum de omnibus Orbis Ecclesiis, Monasteriis, Conventibus, Militiis, Ordinibus, et locis virorum et mulierum, etiam exemptis, in quibus alias officium divinum Romanae Ecclesiae ritu consuevit, aut debet: Illis tamen exceptis, quae ab ipsa prima institutione, a Sede Apostolica approbata, vel consuetudine, quae vel ipsa institutio, ducentos annos antecedat, alliis certis Breviariis usa fuisse constiterit: quibus ut inveteratum illud jus dicendi et psallendi suum officium non

adimimus, sic eisdem, si forte hoc nostrum, quod modo pervulgatum est, magis placeat dummodo Episcopus, et universum Capitulum in eo consentiant, ut id in Choro dicere et psallere possint, permittimus. — Omni itaque alio usu quibuslibet, ut dictum est, interdicto, hoc nostrum Breviarium ac precandi psallendique formulam in omnibus universis Orbis Ecclesiis, Monasteriis, Ordinibus, et locis etiam exemptis, in quibus officium ex more et ritu dictae Romanae Ecclesiae dici debet, aut consuevit, salva praedicta institutione, vel consuetudine praedictos ducentos annos superante, praecipimus observari — — Datum Romae apud S. Petrum, anno Inc. Dom. MDLXVIII, septimo Idus Julii, Pontificatus anno tertio«.

In fronte editiones typicae Breviarii Romani reformati.

120. 1568, Castuae Polen.

Aedificatio domus parochialis Castuae in dioecesi Polensi, numeris glagoliticis inscriptione eidem domui immissa, memoriae consignatur.

Kukuljević, Acta croatica, Zagrabiae 1869, 263.

121. 1569, Lipnik Zagrabien.

Nicolaus Vasčić parochus in Lipnik, glagolita.

Lopašić, Oko Kupe i Korane, Zagrabiae 1895, 232.

122. 1569, Venetiis.

Psalterium Graeco-Slavicum a J. Zagurović Venetiis typis impressum, sub die 14 Februarii de S. Cyrillo haec habet; ». d i . (Fevruarii) prêpodob'nago ot'ca našego Aksentïa i svetago Kurila Filosofa učitelja sloven'skago«.

I. Berčić, Dvie službe rimskoga obreda za svetkovinu sv. Ćirila i Metuda, Zagrabiae 1870, 6.

123. 1570, 14 Julii, Romae.

Pius papa V, Bulla »Quo primum«, significat, ex decreto S. Concilii Tridentini, causam edendi Missalis Romani reformati, nempe ut Breviario Romano iam anno 1568 reformato, etiam Missale responderet, et unum Missae celebrandae ritum esse maxime deceat; abolet omnia alia Missalia Latina prout iam anno 1568 (Cfr. N. 119) et Breviaria Latina, quaecumque

»nisi ab ipsa prima institutione a Sede Apostolica

approbata, vel consuetudine, quae vel ipsa institutio super ducentos annos Missarum celebrandarum in eisdem Ecclesiis assidue observata sit; a quibus, ut praefatam celebrandi constitutionem, vel consuetudinem nequaquam auferimus; sic si Missale hoc, quod nunc in lucem edi curavimus, iisdem magis placeret, de Episcopi, vel Praelati, Capitulique universi consensu, ut, quibusvis non obstantibus, juxta illud Missas celebrare possint, permittimus. — Atque ut hoc ipsum in Missa decantanda, aut recitanda in quibusvis Ecclesiis — tenore praesentium — statuimus et declaramus. Non obstantibus praemissis, ac constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, ac in Provincialibus, et Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non Ecclesiarum praedictarum usu, longissima et immemorabili praescriptione, non tamen supra ducentos annos, roborato, statutis et consuetudinibus contrariis quibuscumque. — Datum Romae apud S. Petrum, anno Inc. Dom. MDLXX pridie Idus Julii, Pontificatus nostri anno quinto«.

In fronte editionis typicae Missalis Romani reformati. — Exceptio haec favet Missali Glagolitico, quum idem 200 annis antiquius fuerit, ac in nonnulis regionibus iuxta Ritum Aquileiensis Ecclesiae, id est iuxta Ritum Patriarchinum.

124. 1570, Zagrabiae in ecclesia cathedrali.

In Synodo diocesana Zagrabiensi missa Glagolito - Romana canitur.

Ordo servandus in synodo, quae dominica Reminiscere proxima in hac alma ecclesia (cathedrali Zagrabiensi) habebitur:

Primo die agenda. Die dominico Reminiscere in ipsa aurora ad matutinam missam pulsabitur, qua finita croatica lingua ad summum altare de sanctissima Trinitate missa decantabitur . . .

Secundo die. Summo mane, ut die praecedenti ad missam matutinam pulsabitur, qua finita, missa de patrono huius ecclesiae croatica lingua cantabitur.

Acta antiqua Capituli Zagrabiensis, Fasc. 95, N. 16. cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae 1904, 77 s.

125. 1570, Petrovina (Velika gorica) Zagrabien.

»Plebanus in Petrowyna vacat. Quidam Gregorius glagolitha ibidem«.

Acta antiqua Capituli Zagrabiensis Fasc. 67, N. 6; Cf. Starine IV, 210.

126. 1572, Grobnik Modruscien.

Initium aedificationis turris campanariae ecclesiae parochialis SS. Philippi et Jacobi in Grobnik Modrusciensis dioeceseos, inscriptione gla-

golitica ad portam meridionalem muro eiusdem ecclesiae immissa, memoriae consignatur.

Kukuljević, Acta croatica, Zagrabiae 1869, 271.

127. 1573, 21 Decembris, Mošćenicae Polen.

Erectio ecclesiae S. Petri, filialis parochiae Mošćenicae Polensis dioeceseos, inscriptione glagolitica pilae aquae benedictae insculpta, memoriae consignatur.

1573 Decembra 21 dan.

G. Kobler, Memorie per la storia della liburnica città di Fiume, Fiume 1898. I, 192.

128. 1573, Glaglitica Petenen.

Fusio campanae ecclesiae parochialis S. Petri Golagoricae Petensis dioeceseos inscriptione glagolitica anno »1573« notatur.

G. Kobler, Memorie per la storia della liburnica citta di Fiume, Fiume 1898, I, 192.

129. 1574, 8 Martii, Zagrabiae.

Glagolitae qui synodo dioecesanae interfuerant.

Ordo et Series Cleri dioecesis Zagrabiensis die 8 Martii 1574. Sub episcopo Georgio Draskovith synodus celebrata, cui personae interessentes intus annotatae sunt:

Plebanus ecclesiae in Zelyna, Vinczek glagolita.
Plebanus in Granosina, Joannes glagolita.
Capellae B. V. Mariae in Narth administrator, Joannes glagolita.
Plebanus ecclesiae s. Petri in Petronyna, Mathias Dalmata.
Plebanus in Goricza, Joannes glagolita.
Plebanus in Veteri Chyche, Vincentius Dalmata.
Plebanus in Vukovina, Georgius Dalmata.
Plebanus sub Okich, Joannes dalmata.
Plebanus s. Clarae ad Zavum, Gregorius glagolita.
Plebanus s. Marci in Spinis, Mathias Dalmata.
Plebanus s. Georgii in Marusowez, glagolita.

Archivium Archiepiscopale Zagrabiense, Ecclesiastica; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj. Zagrabiae 1904, 78.

130. 1574, Bosiljevo Zagrabien.

Presbyter Radić parochus in Bosiljevo Zagrabiensis dioeceseos glagolita.

Lopašić, Oko Kupe i Korane, Zagrabiae 1895, 70.

131. 1574, Veprinac Polen.

Numeris glagoliticis supra portam mediam ecclesiae parochialis in Veprinac Polensis dioeceseos, aedificationis opus iam incoeptum, memoriae consignatur.

Kukuljević, Acta croatica, Zagrabiae 1869, 274.

132. 1574, Lauranae Polen.

Inventarium Capituli ruralis Lauranensis Polensis dioeceseos, quod in archivo parochiali Lauranensi asservatur, characteribus glagoliticis conficitur.

A. Klodić, Slavische Sprache und Litteratur (in Istrien), in opere Die oesterreichische Monarchie in Wort und Bild, Bd. Küstenland, 242.

133. 1576, 10 Junii, Dobrinii Veglen.

Aedificatio ex fundamento ecclesiae B. V. Mariae Angelorum Dobrinii in Veglensi dioecesi, nunc dirutae, inscriptione glagolitica muro eiusdem ecclesiae immissa, memoriae consignatur.

Kukuljević, Acta croatica, Zagrabiae 1869, 276.

134. 1576, Dolinae Tergestin.

Boljuncii Dolinensis parochiae in dioecesi Tergestina urbarium ecclesiae filialis S. Joannis Bapt. characteribus glagoliticis conficitur.

A. Klodić, Slavische Sprache und Litteratur (in Istrien); in opere Die oesterreichische Monarchie in Wort und Bild; Bd. Küstenland, 243.

135. 1577, Bosiljevo Zagrabien.

Stephanus Lukačić parochus in Bosiljevo Zagrabiensis dioeceseos glagolita.

Lopašić, Oko Kupe i Korane, Zagrabiae 1895, 70.

136. 1579, Jadrae.

Statuta in Concilio provinciarum Jadrensis et Spalatensis, praesentibus archiepiscopis Jadrensi et Spalatensi, episcopo Veglensi, Absorensi, Sibenicensi, Phariensi, Nonensi et Catharensi, a Visitatore et Reformatore Apostolico Augustino Valerio episcopo Veronensi promulgata et a S. Sede confirmata, quoad usum linguae Slavicae in Sacris:

»Cum praecipuum sit munus Episcopi docere, in tanta penuria magistrorum, qua laborat Dalmatia — — inter Missarum solemnia sermonem ad populum habeant, linguam Illirycam, nisi eam norint, studeant ediscere pro salute animarum pretioso Christi sanguine redemptarum.

De iis quae ad Parochos pertinent. Ad Parochorum usum, qui non satis Latinis litteris instructi videbuntur, S. Antonini Summa italice pro imperitis Sacerdotibus edita, aut aliqua alia Summa in Illyricam linguam vertatur.

De iis quae ad Moniales pertinent. Moniales saepe visitent Episcopi, suaque praesentia, sermonibus etiam, si modo Illyricam linguam sciant, consolentur. — In choro sacras horas canonicas persolvant, silentium servent, libros SS. Patrum, et S. Bernardi ad Sororem aut S. Ambrosii de Virginitate in Illyricam linguam conversos legant. — Curent Episcopi ut Illyrica lingua verbum Dei moniales audiant.

Curent etiam Episcopi ut Regula S. Benedicti et S. Francisci, quam professae sunt, in Illyricam linguam vertatur«.

Farlati, Illyricum Sacrum, V, 132, 136, 138.

137. 1579, Grižane Modruscien.

Aedificatio ecclesiae parochialis in Grižani Modrusciensis dioeceseos, inscriptione glagolitica Fonti Baptisimali insculpta, memoriae consignatur.

Kukuljević, Acta croatica, Zagrabiae 1869, 281.

138. 1580, 29. Octobris, Romae.

Quum Gregorius papa XIII certior factus esset, quod Clerus Glagolita in Dalmatia correctionem Breviarii Romani, a Pio papa V ex Concilii Tridentini decreto curatam (Cfr N. 119) in Breviarium Glagoliticum, generaliter in eadem provincia adhibitum, adhuc non receperit, mediante Cardinale Ptolomaeo Gallo ab archiepiscopo Jadrensi Natale Venerio, quid expediens ipsi videatur hac in re, sequenti epistola expostulat.

Molto Reverendo Monsignore come fratello. Nostro Signore è informato che in Dalmatia si recita da li Preti generalmente il Breviario antico et non quello che è stato riformato dopo il Concilio Tridentino, et publicato da la Sede Apostolica; et che la causa di ciò è, perchè essendo quel Breviario antico tradoto in lingua Schiavona, quei preti che non intendono latino, seguitano di dirlo come prima; et però è stato ricordato di far similmente tradurre questo nuovo in lingua Schiavona, sperandosi che a questo modo si ridurrebbe quel Clero à l' ubidienza, et si cavarebbe de le censure, dove tuttavia per tal causa

stanno. Pertanto Sua Santità ha voluto, che io scriva a Vostra Signoria quanto è detto, acciochè avvisi qua tutto quello, che potrà intendere et sapere di questo fatto, et insieme dica quel che a Lei parrebbe espediente. Il che sarà contenta di far quanto prima. Et non essendo questa per altro, resto offerendomi a Lei di buon core, et desiderandole ogni piena prosperità. — Di Roma a XXIX. di Ottobre MDLXXX. Di Vostra Signoria Reverendissima Come Fratello Tholomeo Cardinal di Como.

Farlati, Illyricum. Sacrum, V. 614.

139. 1580, 12 Novembris, Pragae (Olumucen.).

Rudolfus Imperator Romanus, Hungariae, Boemiae et Croatiae rex, Gregorio P. XIII. petitionem Stanislavi Paulovii Olomucensis archiepiscopi pro reliquiis de ossibus SS. Cyrilli et Methodii, quae Romae delitescere dicuntur, commendat.

Beatissimo in Christo Patri, Domino Gregorio decimotertio, divina providentia, Sanctae Romanae ac Universalis Ecclesiae Summo Pontifici, Domino reverendissimo.

Beatissime in Christo Pater et Domine reverendissime. Post humilem commendationem filialis observantiae continuum incrementum Sanctitati Vestrae inprimis optamus. Ossa divorum Cyrilli et Methodii episcoporum sacra, qui fidem catholicam in marchionatu nostro Moraviae docuerunt, Romae delitescere accepimus. Ea ossa reverendus, devotus, fidelis nobis dilectus Stanislaus Paulovius, episcopus Olomucensis, cuius in dioecesi colitur et celebratur quotannis horum Sanctorum memoria, ad ornamentum et thesaurum ecclesiae suae valde expetit, eaque de re litteras ad Sanctitatem Vestram dare constituit. Cum itaque eius episcopi in Deum et in veram religionem catholicam, quam afflictis his temporibus pro virili (viribus?) tueri et propagare contendit, ardens studium et in Sanctitatem Vestram pietatem singularem esploratum habeamus, volumus ut is Sanctitati Vestrae hoc nomine tanto magis commendaretur. Ac propterea rogamus Sanctitatem Vestram peramanter, ut eius petitioni pro sua praestanti bonitate annuat et ossa nominata ad aedeficationem populi Moravici et maiorem eius in Deum cultum illi concedat. Erit haec Sanctitatis Vestrae benignitas et propensio ipsi Deo in primis grato, nobis vero, qui Sanctitati Vestrae omnia prospera evenire et animo cupimus, perquam accepta.

Praga nostra regia XII. Novembris, anno domini Servatoris nostri (millesimo) octuagesimo regnorum nostrorum Romani et Imperii sexto, Hungariae nono, Bohemiae vero sexto.

Obsequens filius Rudolfus m. p.
Wratislaus a Pernestan
Supremus Regni Boemiae Cancellarius.

28; Archivum Secretum Vaticanum, Sectio Litterae Principum, vol. XXXV, N. Cfr. Th. Wiezzlovski in periodico polonico Atheneum IX (1881) t. III.

140. 1580, Posedarje Jadren.

In pixide argentea ecclesiae parochialis B. V. Mariae de Rosario Posedarje olim Nonensis, nunc Jadrensis dioeceseos, inscriptio glagolitica una cum stemmate nobilis cuiusdam, probabiliter ex familia comitum Posedariensium, in memoriam perfecti vel restaurati operis legitur.

Ex ectypo nostro anni 1896.

141. 1580, Dolinae Tergestin.

Prebenskii Dolinensis parochiae in dioecesi Tergestina urbarium S. Antonii Abbatis characteribus glagoliticis conficitur.

Mss. originale in archivo parochiali Dolinensi asservatur.

142. 1581, 22 Januari, Bačve Parentin.

In ecclesia S. Mariae de Carmelo in rure Bačve, inter Poriečje et Višnjan Parentinae dioeceseos, characteribus glagoliticis dies mortis parochi Stephani Deković inscribitur, ut patet in lapide sepulchrali, serius muro ecclesiae immisso.

Kukuljević, Acta croatica, Zagrabiae 1869, 282.

143. 1581, Sale Jadren.

Aedificatio navis transversalis ecclesiae parochialis B. V. Mariae Sale Jadrensis dioeceseos, inscriptione glagolitica, architravo portae lateralis septemtrionalis insculpta, memoriae commendatur.

Juxta apographum sac. A. Banić.

144. 1582, 2 Junii, Ždrenj Tergestin.

Inscriptione glagolitica Joannes Štobrović memoriae tradit, quod ecclesiam Sdregnae (Ždrenj) Tergestinae dioecesis edificaverit.

Kukuljević, Acta croatica, Zagrabiae 1869, 285.

145, 1583, Dolinae Tergestin.

Urbarium ecclesiae San Servuli Dolinensis parochiae Tergestinae dioeceseos, characteribus glagoliticis conficitur.

A. Klodić, Slavische Sprache und Litteratur (in Istrien), in opere Die oesterreichische Monarchie in Wort und Bild; Bd. Küstenland, 243.

146. 1583, Hrnetići Zagrabien.

Gregorius Janković plebanus in Hrnetići Zagrabiensis Dioeceseos, glagolita.

Collectio Lopašiciana; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae 1904. 78.

147. 1580, Griže Modruscien.

Luka Mavrić capellanus s. Martini in Griže Modrusciensis dioeceseos instrumentum compositionis iudicialis inter Grižanos, Biogradinos et Driveničanos, glagolitice 1 Decembris 1449 confectum, exemplat.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 181 ss.

148. 1584, Lipnik Zagrabien.

Stephanus Matašić parochus in Lipnik Zagrabiensis dioeceseos, glagolita.

Lopašić, Oko Kupe i Korane, Zagrabiae 1895, 232

149. 1585, 15. Aprilis, Verbenici Veglen.

Opus incoeptum aedificationis ecclesiae parochialis Verbenicensis Veglensis dioeceseos, inscriptione glagolitica muro eiusdem ecclesiae immissa, memoriae consignatur.

Kukuljević, Acta croatica, Zagrabiae 1869, 286.

150. 1585. Romae.

Martyrologii Romani restituti ac Caesaris Baronii testimonium de die natali, sepulchro ac reliquiis SS. Cyrilli et Methodii in basilica Romana S. Clementis.

Septimo Idus Martii — In Moravia sanctorum Episcoporum Cyrilli et Methodii, qui multas illarum regionum gentes cum eorum regibus ad fidem Christi perduxerunt. Porro iidem (SS. Cyriilus et Methodius) Romae morientes miraculis clari sepulti sunt, quorum sacras reliquias nuper sub altari ejusdem ecclesiae (S. Clementis) sacello pervetusto repertas esse accepi.

Martyrologium Romanum restitutum Gregorii P. XIII iussu editum, auctore Caesaro Baronio Sorano, Romae, 1585, 145 s.

151. 1585, Olib Jadren.

Reaedificatio ecclesiae parochialis Olibensis Jadrensis dioeceseos, inscriptione glagolitica fronti eiusdem ecclesiae immissa, memoriae consignatur.

Inscriptio lapidea in domo parochiali Olibensi Jadrensis dioeceseos asservata.

152. 1586, Venetiis.

Lectionarium fratris Bernardini Spalatensis Minoritae lingua croatica vulgari (»Schiavetto«), iam anno 1495 impressum (Cfr. Fontes XV s. N. 123), tertio imprimitur.

T. Maretić, Lekcionarij Bernardina Spljećanina, Zagrabiae 1885, in Praefatione.

153. 1588, Cerovlje Petenen.

Aedificatio ecclesiae parochialis (nunc filialis) SS. Trinitatis in Cerovlje Petenensis dioeceseos, a plebano Joanne Babić perfecta, inscriptione glagolitica eidem ecclesiae affixa, memoriae consignatur.

1588. Pop Ivan Babić plovan. P. h. b. p.

G. Kobler, Memorie per la storia della liburnica città di Fiume, Fiume 1898, I, 192.

154. 1588, Romae.

Testimonium Pomponii Ugonii de corpore S. Cyrilli in basilica romana S. Clementis.

»Il corpo del Beato Cirillo Apostolo di Moravi, Schiavoni, Boemi, ê sotto l' altare della Cappella appresso la Sacristia.«

Pomponio Ugonio, Chiese stazionali di Roma, 1588; cfr. Bartolini, Memorie storico-archeologiche dei Santi Cirillo e Metodio, Roma 1881, 188.

155. 1590, mense Junii, Boljuni Polen.

Opus incoeptum aedificationis S. Georgii Boljuni Polensis dioeceseos, inscriptione glagolitica memoriae consignatur; opus vero absolutum 1641. glagoliticis et latinis characteribus indicatur; ut lapis in facie externa Sanctuarii eiusdem ecclesiae habet.

Kukuljević, Acta croatica, Zagrabiae 1869, 292.

156. 1589—90, Romae.

Testimonium Fr. Angeli Rocca Sacrarii Apostolici Praefecti de se-

pulchro ac reliquiis SS. Cyrilli et Methodii in basilica Romana S. Clementis; ac de frustrata traslatione corporis S. Cyrilli in ecclesiam S. Hieronymi Slavonorum de Urbe.

»De iis, qui varios idiomatum characteres variaque disciplinarum genera invenerunt. — Eadem in ecclesia S. Clementis Cyrillus et Methodius Slavorum episcopi miraculis clari sepulti sunt: quorum sacras Reliquias sub altari in ejusdem ecclesiae sacello pervetusto repertas fuisse constat; nunc vero Sixtus V Pontifex Maximus ejusdem Sancti Cyrilli corpus in ecclesiam Sancti Hieronymi Illyricorum ab eodem Pontefice constructam transferendum mandavit«.

Fr. Angeli Rocca, Apostolici Sacrarii Praefecti, Opera omnia, Romae 1719, T. II. Tempus eruitur ex bulla fundationali Capituli S. Hieronymi Illyricorum anno 1589 data, et anno obitus Sixti V., qui fuit 1590.

157. 1591, Contovelli Justinolitan.

Inscriptio glagolitica Andreae clerici Rubinensis in muro ecclesiae B. V. Mariae in Moncolano, vulgo della Salvia, parochiae Contovelli in dioecesi Justinopolitana, characteribus glagoliticis conscribitur. Haec, ut etiam aliae eisdem characteribus conscriptae inscriptiones, nunc calce obductae sunt.

Ex apographo A. Kalac decani Pinquentini.

158. 1592, 15. Maii, Phariae.

Petrus Cedulinus Pharensis episcopus patria Jadertinus, pontifici Clementi VIII. de illius in pontificatum assumptione gratulatur, eidemque nationem Slavicam, cujus amplitudinem depraedicat, commendat.

Phariae 15 Maii 1592.

Beatissime Pater! — — Praecipuam tamen atque propriam gaudendi causam gens mea et lingua habet Illyrica, quod Tu praecipue pontifex maximus sis declaratus, qui nuper — — provinciarum linguae Illyricae amplitudinem et calamitatem simul satis edoctus, eius restituendae et sublevandae Te studiosissimum ostendisti. Unde magna spe erecti sumus, quandoquidem — — hanc Illyrici maximam Europae plagam Italiae adiacentem, partim a Turca occupatam, partim a S. Matris Ecclesiae sinu divulsam, Te pontifice sartam iri, cuius, Tu, rei superioribus annis legatus, compositis inter Polonos et Austriae principes dissidiis, fundamenta iecisti; et ipso initio pontificatus Tui signa dedisti, legatione scilicet ad eosdem populos atque principes cognatione atque foedere iungendos expedisti atque Illyrici Collegii ab Aede Lauretana in Urbem translatione designata. Neque sit dubitandum, Te, qui optime agnoscis totius ecclesiae statum inde pendere, ut ab idoneis episcopis et cardinalibus admini-

stretur atque regatur, Illyricis ecclesiis non alienos sed eiusdem generis et linguae viros praefuturum; atque eorum in promovendis ex omni natione christiani orbis cardinalibus, iuxta Patrum Tridentini Concilii monita et Sixti V, celeberrimi pontificis, progenitoris Tui, rationem habiturum. — — Tresdecim enim regna vel provincias latissimas lingua Illyrica possidet. Thraciam, Mysiam, Macedoniam, Bosnam, olim proprie Illyricum, Daciam, immensam illam camporum plagam, quae inter Istrum et Boristhenem fluvios iacet, Pannonias, Croatiam, Istriam, Carniam, Bohemiam, Poloniam, Rusciam et vastum Ruthenorum imperium, Noricum omne, quod nunc Austria dicitur, et quicquid inter Alpes et Danubium usque ad ipsius fontem et ad mare Adriaticum porrigitur ad cuius oram Dalmatia est, duorum Romanorum imperatorum ac totidem Summorum Pontificum procreatione, sed ante omnia divi Hieronymi natali solo clara cuius provinciae insignior metropolis Jadera, et patria mea, pastore orbata; Pharia autem insula ad eandem provinciam pertinet, cuius ego ecclesia curam gero; — — Ergo vero, dum communi omnium gentium laetitia mihi liceat praesenti frui, pedesque deosculari, gentem Illyricam, meque ipsum Tuae Sanctitati commendo. Vale, Idibus Maii MDXCII, Phariae. Beatitudinis Tuae servus humillimus ac deditissimus Petrus Cedulinus, Phariae episcopus.

Theiner, Mon. Slavorum Merid. II, 83 ss.

159. 1592, 22 Maii, Romae,

Clemens papa VIII. Congregationi linguae Illyricae in Ragusina et Catharensi ditione, a piis viris ex utroque Clero ad Religionem Catholicam tuendam ac propagandam apud gentes Infideles (Turcas) institutae, commendatitias et indulgentias impertitur.

Clemens Papa VIII. Universis etc. Cum nonnulli Christi fideles Presbyteri et Clerici »tam Saeculares quam Regulares, Ragusini, Ascrivienses, et aliorum locorum linguae illyricae, Christianae fidei et pietatis juvandae, et conservandae studio promoti et animarum salutis zelo accensi, ad partes Infidelium voluntarie accedere intendant; Nos — —« eos Ordinariis locorum ad curam animarum et Sacramentorum administrationem commendat, eisque eam peccatorum indulgentiam, quae proficiscentibus in Terram Sanctam concedi consuevit, impertitur.

Farlati, Illyricum Sacrum VI, 257.

160. 1592, 8 Octobris, Parentin.

Caesar de Nores episcopus Parentinus in relatione Visitationis ad Limina Apostolorum S. Congregationem Concilii de statu dioeceseos certiorem reddens, refert:

»Porro in Diocesi, quae persatis ampla est, et in qua multae

sunt Collegiatae ecclesiae, plures Parochiales, nullus ex Canonicis neque Parochis deest, omnes suo funguntur munere; atque scio neminem, qui scandalum aliquod praebeat, quinimo et verbo et exemplo omnibus prosunt, atque praelucent. Unum tantum est, quod maiores profectus impedit atque retardat. Nam cum omnes Illyrica utantur lingua, vix Breviarium aut Missale vetus cum quodam parvo Manipulo apud illos reperitur, ob quod incomodum in maxima optimorum librorum inopia versantur. Pluries de hac re ad Summos Pontifices scripsit Episcopus, pluries etiam fuit illi, spes data, quod quam primum imprimerentur; nihil, tamen hactenus majoribus negotiis impeditis, morteque praeventis effectum est. Vestrum erit Illustrissimi Domini in re admodum Cultui Dei necessaria, nedum huic Dioecesi, sed et toti Istriae et Dalmatiae, reliquisque Provinciis, quae idiomate Illyrico utuntur providere. Nihil enim Deo gratius, nihil acceptius ac populo toti necessarium praestare poterunt. — Dum vero in pristinum restauratur Seminarium, supliciter petit (Episcopus), cum omnes fere in hac Dioecesi Iliyrica lingua utantur, ut quatuor ex clericis ad Collegium Lauretanum, qui huic miserae provinciae auxilium aliquod affere possint, mittere permittantur. — Verum cum multi in eo Collegio educati in Dalmatia reperiantur, qui cum beneficiis careant, paupertate aducti variis in provinciis vagantur, si necessitas tulerit, cum in maxima ministrorum penuria constituti simus, episcopo facultas concedatur, ut aliquos ex illis in suae Dioecesis subsidium accersire possit, ac eo praecipue, quod ad gentem hanc, quae Illirica lingua utitur, instruendam, institutum sit Collegium, quae frequentissima est in his partibus; atque hoc praesertim tempore, cum non paucae a Serenissimo DD. Venetorum dominio ex Turcarum confinibus in Istria deductae sint familiae.«

Authenticum in Archivo S. Congr. Concilii in Tabulario Vaticano; juxta excerptum Crncicianum anni 1892.

161. 1593, 21 Aprilis, Flumine Polen.

Quum Polensis episcopus Claudius Sozomeno Capitulum Collegiatum parochialis ecclesiae S. Mariae Fluminis liturgiae Glagolito-Romanae vice Latinam substituere iussisset, Comune Fluminense tam apud eundem episcopum, quam apud idem Capitulum Collegiatum raepristinationem liturgiae Glagolito-Romanae urget.

Die Mercurii 21 Aprilis 1593, in Sala Palatij Communis Fluminis. Congregato Consilio minore et maiore more solito ad sonum campanae, ubi interfuerunt consiliarii n.° 34, computata persona magnifici D. Ber.ni Barbi locumtenentis huius Terrae.

Illirice officietur in ecclesia maiori. Item cum uocati fuissent in consilio RR. DD. Archidiaconus, Plebanus, et ceteri sacerdotes capituli huius Terae, et requisiti nomine Communitatis, ut iuxta alias requisita et instita apud Reverendissimum D.m D. Episcopum, et eius R. vicarium

Generalem restitueretur in pristinum officiatura in nostra Parochiali Ecclesia illirice nostra materna lingua, et cum omnes R. D. Sacerdotes, se libenter facturos obtulissent, solus D. Archidiaconus se excusasset super hoc negotio non posse resolutionem facere, absque scitu, et licentia eius superioris, dicens sibi dari terminum ad faciendam resolutionem, nam et ipse uoti Communitatis compartem esse se obtulit, et velle scribere R. Vicario Generali, ut detur satisfactio praedicta huic Communitati, fuit rogatus, quod in termino octo vel decem dierum dictam resolutionem dare vellet, prout dictus R. Archidiaconus promisit se facturum.

Archivum Historicum Communitatis Fluminis in Palatio Municipali. Mss. Protocollum Capitanale B. 1593—1607, f. 5 v. 6. Commune Fluminis iam antea a procedendi modo episcopi Claudii Sozomeni gravatum, sequens decretum condiderat: »Die Martis 16 Martij 1593, in Sala Palatij Communis Fluminis Congregato Consilio minore et maiore more solito ad sonum campanae — — Sp. D. Franciscus Veslarich Judex proposuit, quod cum Episcopus Polensis sub cujus Diocesi sumus, querat in dies praeiudicare, et praeiuditium afert immunitatibus Communitatis, et Ecclesiae nostrae, quia benecfiia ad libitum dispensare vult — — — propterea proposuit an sit supplicandum apud S. S. Archiducem, ut nos (s)ubijciat alicui Episcopo, eius status, nec permittat dominari a d. Polensi, cum sit subditus Venetiarum; super qua proposita datis suffragijs fuit obtentum per ballotas 33 fauorabiles, quod supplicetur prout D. Judex proposuit, contrafuit una« L. c. f. 3.

162. 1593, 10 Maji, Petenen.

Georgius Reitgartler episcopus Petenensis in relatione Visitationis ad Limina S. Congregationem Concilii de statu dioeceseos certiorem reddens, refert:

»In ipsa dioecesi, ut plurimum sunt sacerdotes Illyrici, sacra eadem quoque lingua et officium celebrantes, linguae Latinae prorsus ignari, nullosque libros fere praeter Breviarium et Missale habentes. Ea de causa indigent libris, maximo eorum periculo cura animarum exercetur. Admittuntur autem ad animarum curam maxima necessitate ipsi praelati quam saepissime compulsi.«

Authenticum in Archivo S. Congr. Concilii in Tabulario Vaticano; juxta excerptum Crncicianum anni 1892.

163. 1593, 13 Maji, Flumine Polen.

Commune Fluminense Capitulo Collegiato ecclesiae parochialis S. Mariae Fluminis, eo quod iussu Polensis episcopi Claudii Sozomeni ab usu antiquissimo Liturgiae Glagolito-Romanae cessasset (Cfr. N. 161), subtractionem emolumentorum urbanorum, nisi liturgiam Glagolito-Romanam raepristinasset, minatur.

Textus decreti ob cassationem 9 Aprilis 1594 deletus est; Cfr. infra N. 167

164. 1593, 26 Augusti, Flumine Polen.

Quum Polensis episcopus Claudius Sozomeno decretum Communis

Fluminis 13 Maji 1593 (Cfr. N. 163) de raepristinatione liturgiae Glagolito-Romanae in ecclesia parochiali Fluminensi contra libertatem Ecclesiae actum haberet, et ut cassetur sub excommunicationis poena iuberet, Commune Fluminense respondet, se contra libertatem Ecclesiae non egisse, finemque controversiae raepristinatione liturgiae Glagolito-Romanae episcopo ponere placeat.

Die Jouis, 26 Augusti 1593 in Sala Palatij Communis Fluminis, Officietur Illyrice in Ecclesia Maiori. Congregato Consilio minore. et maiore more solito ad sonum campanae, ubi interfuerunt Consiliarij numero 26, computata persona Excellentissimi Domini Vicarij subsistuti a Clarissimo D. Locumtenente. Ibique lectae fuerunt litterae Reverendissimi D. Episcopi Polensis, datae Albonae nudius quartus praesentibus missis Consilio directis, quibus Dominatio Sua Reverendissima magna cum ira arguit hanc Communitatem, quod contra libertatem Ecclesiae se opposuerit, cogeritque R. D. Canonicos officiare in Ecclesia maiore lingua illyrica; illisque mature consideratis fuit conclusum, respondeatur dicto Reverendissimo D. Episcopo, nos contra libertatem Ecclesiae nequaquam se opposuisse nec quicquam in illius spretum fecisse, sed quicquid in hoc facto actum fuit, bona cum voluntate fuit officio (?) dicantur in dicta responsione. Et postremo rogetur Dominatio Sua Reverendissima, quod huic controversiae finem ponere dignetur, nec quicquam innovetur contra antiquas laudabiles et ab ecclesia permissas consuetudines, ac ordinationes.

Archivum Historicum Communitatis Fluminis in Palatio Municipali, Mss. Protocollum Capitanale B. 15, 93—1607; f. 10.

165. 1593, 6 Septembris, Flumine Polen.

Commune Fluminis duos legatos ad Polensem episcopum Claudium Sozomeno, pro raepristinatione liturgiae Glagolito-Romanae in ecclesia parochiali S. Mariae (Cfr. N. 161 — 164), mittit.

Die Lunae, 6 Septembris 1593, in Sala Palatij Comunis Fluminis. Officiando Illyrice.

Congregato Consilio minore et maiore more solito, ubi interfuerunt consiliarii numero 31, computata persona Excellentissimi D. Vicarij loco Clarissimi D. Locumtenentis modo in Arce existentis. Ibique in executionem consilii 26 Augusti proximi praeteriti, submissae scriptae fuerunt litterae ad Reverendissimum Episcopum Polae, in illisque multae rationes aductae, quibus ostenditur Communitatem in aliquo non iuisse contra libertatem ecclesiasticam officiare faciendi in hac nostra Ecclesia nostra Materna Lingua, sed ad illius praeces R. Capitulum totum sua sponte, et uoluntate ita officiare cepisse, humiliterque in dictis nostris litteris rogatur dictus Reverendissimus Episcopus, ut acquiesci dignetur in hoc negotio permittendo sic illyrice officiare in dicta Ecclesia prout ab antiquo, et semper officiatum fuit; et si tandem uideatur Reueren-

dissimae Dominationi Suae Communitatem in aliquo errasse, sicut ipsa non intendit, ipsi Communitati parcere dignetur; quia dicti erroris, talis, qualis sit, venia et remissio humiliter postulatur. In superdictis litteris declaratum est, quod consilium et pars capta diei 13 Maij, qua dictus Reuerendissimus Episcopus intendit contrauentum fuisse libertati Ecclesiasticae, pro nullo nulliusque valoris haberi, et multae aliae satisfactiones christianae datae sunt, ut ex ipsis uidetur, quae toto consilio ibidem lectae fuerunt, illisque non obstantibus dictus Reuerendissimus Episcopus stando in eodem eius proposito, scripsit litteras Reverendo Capitulo, ut statim illis acceptis sub excommunicationis paena, et aliis censuris grauibus incipiatur officiare in dicta Ecclesia latina lingua donec, et quousque haec Communitas publico consilio retractet dictam partem captam in consilio 13 Maij, illiusque Reuerendissimae Dominationi Suae transmittatur autentica copia; et iam hoc mane R. D. Sacerdotes prae timore dictarum cominationum latine officiare coeperunt, ut eis mandatur. Quibus consultis, et diligenter consideratis fuit per balotas 29 fauorabiles, contrafuerunt 2, conclusum, quod transmitatur Polam D. Mattheus Segotta, cum R. Presbytero Michaele Condich cum litteris Communitatis, qui Segotta praesentatis litteris Communitatis nomine, et totius huius populi, oretenus exponat, quo dolore, et perturbatione effectus est populus pro hac novitate oficiandi latine, ex quo potius scandalum, quam optima religio in populo efficitur rogetque summisse ipsum Reuerendissimum D. Episcopum, ut iam tandem, post tot tantisque nostris humilibus intercessionibus dignetur huius Ciuitatis uoto et desiderio annuere, restituendo ei officiaturam in lingua illyrica materna, eo magis quod mandato Reuerendissimae Dominationis Suae hoc mane ceptum est officiare latine, nec a Communitate quicquam innovatum in offensam Ecclesiae, ut fortasse suspicatur fieret in executionem consilii 13 Maij, quod ut iam significatum fuit Reuerendissimae Dominationi Suae pro nullo habetur, sed si ipse Reuerendissimus Dominus Episcopus populo in hoc gratificare dignabitur ex ipsius mera gratia, et Ecclesiae libertate consequetur. Simili modo dictus Presbyter Michael nomine Reuerendi Capituli faciat, prout uocati in praesenti consilio RR. D. Archidiaconus et caeteri sacerdotes dicto Presbytero Michaeli mandaturos spoponderunt, ut tanto magis Civitas tale desiderium consequatur, et postremo nisi ipse Reverendissimus Dominus Episcopus contentari uoluerit, detur dicto Segotte in scriptis protestatio praestanda Reverendissimae Dominationi Suae de omni scandalo, et errore, quod hac de causa oriri posset, nam sic populus uim patitur, et non licet his nouitatibus contra antiquum et ab Ecclesia laudabilem, et concessum morem ire, et religionem a populo amoueri.

Archivum Historicum Communitatis Fluminis in Palatio Municipali, Mss. Protocollum Capitanale B. 1593—1607, f. 11 s.

166. 1593, 19 Septembris, Flumine Polen.

Ordinariatus Polensis, ad instantias Communis Fluminis pro raepri-

stinatione liturgiae Glagolito-Romanae, ut cassetur ante omnia decretum Communis 13 Maji 1593 (N. 163) exigit, quo facto tantum petitum concedetur; quare Commune Fluminense oratorem suum ad. Sedem mittere decernit.

Die Dominico 19 Septembris 1593, in Sala Palatij Communis Fluminis.

Mittatur orator in Urbem pro officiando illyrice in ecclesia maiori huius civitatis.

Congregato consilio minore et maiore more solito, ubi interfuerunt consiliarii numero 30, computata persona Clarissimi Domini Locumtenentis. Ibique D. Mattheus Segotta consiliarius noster, nouissime missus in executionem consilii 6. instantis, cum litteris huius Magnificae Communitatis eiusdem diei ad Reverendissimum Episcopum occasione officiaturae illyrica nostra Materna Lingua in hac nostra Eccleria maiore, retulit: se exequendo mandata dicti consilii praesentasse et oretenus exposuisse desiderium, ac preces huius Ciuitatis, cui post tot, tantisque triplicatis intercessionibus, ac praecibus, dominus Reverendus Vicarius respondit, nisi retractetur consilium 13 Maij publice per eundem consilium sibique afferatur publica, et authentica copia, preces Communitatis non audientur, nec officiatura in illyrica lingua concedetur; cumque pluries praedicto Reverendissimo Episcopo scriptum fuisset, consilium praedictum 13 Maij amotum fuisse et nullius apud hanc Magnificam Communitatem roboris, et considerationis esse, quod ad omnimodam Reverendissimae Dominationis Suae satisfactionem esse deberet, uideaturque sic agendo, illusam fuisse Communitatem, fuit conclusum per omnes balotas praeter unam, quod ego Ludovicus Ceccolinus Vice Cancellarius et consiliarius transmittar ad aliquem iurisperitum consulendi causam hanc, quod si opus erit Romam Apostolicam Curiam adire, non praetermittatur, ut nobis restituatur mos antiquus officiandi illyrice.

Archivum Historicum Communitatis Fluminis in Palatio Municipali, Mss. Protocollum Capitanale B. 1593—1607, f. 11 v, 12.

167. 1594, 9 Aprilis, Flumine Folen.

Commune Fluminis, ad vitandas ulteriores colluctationes cum episcopo Polensi Claudio Sozomeno ob raepristinationem liturgiae Glagolito-Romanae in ecclesia parochiali S. Mariae, et ut hac conditione ab eodem episcopo proposita, usus liturgiae Glagolito-Romanae in eadem ecclesia restitueretur, cassat ac irritat decretum suum 13 Maji 1593 (N. 163.) Hac satisfactione peracta, usus liturgiae Glagolito-Romanae in ecclesia S. Mariae raepristinatus est.

Die Sabbati 9 Aprilis 1594, in sala Palatij Communis Fluminis.

Consilium 13 Maij 1593, comburatur, et deleatur.

Congregato consilio minore et maiore, more solito, nullo tamen

praemisso sonu campanae cum hoc sacro tempore non pulsentur, ubi interfuerunt consiliarii numero 36, computata persona Excellentissimi Domini Aureli Barbarae Vice N. Domini Archiducis Vicarii et substituti a Clarissimo D. Locumtenentis. Ibique, cum sub die 13 Maij anni superioris initum fuisset consilium, et capta pars, quod R. D. Sacerdotibus Capituli huius Terrae prohibeantur Decimae, et alij prouentus quousque huic populo restituantur officia in nostra Materna lingua illyrica, ut antiquitus fuit in hac nostra Ecclesia Parochiali, Reverendissimusque D. Episcopus noster Polensis intendat parte praedicta libertatem ecclesiasticam offensam fuisse, et propterea non vult restituere dicta officia, donec ipsa pars retractetur, et quum absit hanc Communitatem contra Ecclesiasticam libertatem ire, ac pro danda satisfactione Ecclesiae nec non conscientijs nostris quatenus dicta parte illos offendissemus, Spectabiles DD. Judices proposuerunt, quod dictum consilium die 13 Maij cassetur, deleatur, et ad nihilum reducatur, igneque comburatur maxime, quod adhuc in libro consiliorum non fuit registratum, magis quia iure merito, et forma hac nullum redatur, quia plenum non fuit non excedente numerum 32, et quia haec pars sit citra praeiudicium querendi debitis et permissis medijs, ut officietur dicta nostra Materna lingua in predicta nostra Ecclesia Maiore. Vnde datis suffragijs per omnes fauorabiles, nullo penitus discrepante, fuit cassum, irritum, nullumque effectum dictum consilium diei 13 Maij ac mandatum igne comburi. Et sic fuit dimissum consilium.

Archivum Historicum Communitatis Fluminis in Palatio Municipali, Mss. Protocollum Capitanale B. 1593—1607, f. 22.

168. 1594, 30 Octobris, Romae.

Cardinalis Mattei Praefectus S. Congregationis Concilii, ad relationem episcopi Justinopolitani Joannis Ingenerii, quoad parochos Glagolitas eiusdem dioeceseos respondit: »Parochos illos lingua Illyrica celebrantes, quos (Amplitudo Tua) asserit correctione indigere, pro suo munere corrigat.«

Archivum episcopale Justinopolitanum, Acta episcopi Ingenerii Ms. vol. II, p. 181; Cfr. Pesante, La liturgia slava, 113.

169. 1594, 30 Octobris, Petenen.

Synodus dioecesana Petenensis in Istria capite 38 decernit:

Sacerdotes Illyrici sive Croatae symbolum Apostolicum more antiquo juxta Romanum ritum »Deum de Deo, lumen de lumine etc.« cantabunt.

Constitutiones synodi dioecesanae Petenensis in Istria 30 Octobris anni 1594 pie et foeliciter ab episcopo Georgio Reitgartler celebratae (in Relatione Visitationis ad Limina Apostolorum eiusdem episcopi). Authenticum in Archivo S. Congr. Concilii; juxta excerptum Crncicianum anni 1892.

170. 1594, Bosiljevo Zagrabien.

Nicolaus Kargačin plebanus in Bosiljevo, glagolita.

Lopašić, Oko Kupe i Korane, Zagrabiae 1895. 232.

171. 1594, Moravče Zagrabien.

Valens Vokšinić plebanus s. Joannis in Moravča Zagrabiensis dioeceseos, glagolita.

Kukuljević, Acta croatica I. Zagrabiae 1863, 79.

172. 1595, Lauranae Polen.

Epitaphium glagoliticum plebani Lauranensis Gaspar Bekarić in ecclesia Lauranensi Polensis dioeceseos.

1595. Gaspar Bekarić Plovan Lovranski tu leži.

G. Kobler, Memorie per la storia della liburnica città di Fiume, Fiume 1898. I, 192.

173. 1595 c., Justinopoli.

Synodus dioecesana Justinopolitana tempore episcopi Joannis Ingenerii, statuit:

»Non vi sia per le nostre chiese altri Breviarii e Messali che novi Debbino tutti i parochiani (parochi) il giorno delle feste comandate doppo disnar insegnar nella chiesa la dottrina christiana et amaestrar i figlioli a portar reverentia a Dio N. S. et obedir al padre et alla madre, et faranno l' istesso i curati delle ville, havuta che abbiano, secondo l' ordine nostro dato, la dottrina christiana stampata in schiavo (Slavo.)«

Archivum episcopale Justinopolitanum, Mss. Cat. Ingenerii II, in Ephemeride Curia episc. Tergest.-justinop. a 1866; Pesante, La liturgia slava, 130 s.

174. 1596, 6 Maji, Parentii.

Cesar de Nores episcopus Parentinus in relatione Visitationis ad Limina Apostolorum S. Congregationem Concilii de statu dioeceseos certiorem reddens, refert:

»Unum solum adjiciam, quod etiam superioribus annis S. D. N. significatum est per episcopum, nedum Istriam, et omnes fere provincias, quae Illyrico sermone utuntur, in maxima Illyricorum librorum penuria versari. Quibus si provisum fuerit, nihil utilius, nihil Deo magis gratum atque acceptum a Sanctitate Sua effici poterit; sed cum de hac re alias actum sit Amplitudini Tuae molestus non ero.«

Authenticum in Archivo S. Congr. Concilii in Tabulario Vaticano; juxta excerptum Crncicianum anni 1892.

175. 1596. Aquileiae.

Decreta Concilii Provincialis sub patriarcha Francisco Barbaro celebrati, quoad liturgiam Glagoliticam et linguam slavicam vulgarem in eadem provincia.

»Sanctam Romanam Ecclesiam magistram et matrem agnoscimus: hanc ut in reliquis, etiam ritu et ministerio ecclesiastico modo sequimur. — Decernimus igitur, ut in tota Aquileiensi Provincia, in Ecclesiis Cathedralibus Collegiatis Parochialibus et aliis quibuscumque seu publice quam privatim in posterum Horae canonicae ex Breviario romano sub Pio V edito recitentur. — Quod item decernimus in Missali, Rituali Sacramentorum et in aliis observandum. — Sacramenta omnia ex Romano Rituali ministrentur.

Qui Illyricam oram colunt, Episcopi, in qua Breviarium et Missale lingua illyrica in usu habentur, ut illa diligenter adhibitis doctis, et piis viris, qui linguam illam callent, revideantur et emendentur. Optandum tamen esset, ut Episcoporum Illyricorum diligentia sensim Romani Breviarii usus cum Missali item Romano et Rituali Sacramentorum introducatur; quod efficere pro eorum pietate ac prudentia non erit summopere difficile, si juniores Clericos. et ex Seminarii scholis selectos, qui studio et ingenio magis proficiunt exercere sensim coeperint, et ad opus hoc pium studiose promoverint, haec in optatis; executio praescribi non potest, praescribet autem prudentia illorum ac singularis in Deum pietas. Satis erit, si sibi persuaserint, quod passim experimur, in librorum Latinorum et Italicorum lectione, illos libros mendis scatere, multo vero plures probabili conjectura errores esse in illis, quam in nostris, quos quamplurimi legunt, et iidem emendant; illos autem pauci et illitterati, qui corrigenda dijudicare non norunt.

Quod autem de Breviario, Missali et Rituali Sacramentorum statuimus, in eam volumus partem accipi, ut non comprehendant Cathechismum Romanum in illyricam linguam Gregorii XIII jussu (quod est ad nos per certos homines allatum) conversum: quem cupimus a Clero Illyrico frequenter tractari et legi, ut sit hic materna lingua Sacerdotibus Illyriae in promptu, ad populos docendos quae ad salutem necessaria sunt. Curent tamen Episcopi, ut exemplar aliquod ejusdem Catechismi emendatissimum in Archivio Episcopali reponatur, ac cuius praescriptum emendatio recognosci, et approbari in futurum tempus possit cum illa, quae Catechismo comprehenduntur, ubi de articulis fidei ac de Sacramentis tractatur periculose alterius linguae ignoratione, seu impressorum vitio pateant; periculosius vero nequitia haereticorum, quorum corruptio nisi ab Episcopis, qui Provinciae illius linguam non norunt, parato remedio convinci possit, largius dimanabit.

Ut autem Illyricis populis prospiciendum est, ut verbi Dei pabulum quod ex praedicto Catechismo Curati haurient, habere possint, ita etiam curandum, ut caput primum »De Reformatione Matrimonii« ex Concilio Tridentino cum impedimentis Matrimonii, declaratione temporum, quibus nuptiae prohibentur, habeant in linguam Illyricam conver-

sum; idemque semel in mense promulgare, et declarare populo Dominicis diebus post praedicationem verbi Dei Parochi curent. Item de Doctrina Christiana illis gentibus tradenda omnino statuimus: quod Episcoporum vigilantiae et religioni serio committimus et commendamus.

Concilium Provinciale Aquileiense Primum celebratum anno Domini 1596, Utini Natolini 1598. Cap. De Divinis Officiis cap. 13, 21 ss.

176. 1596, Januario et Februario, Archidiaconatus Gorica Zagrabien.

Litterae circulares 22 Januarii 1596 publicatae Zagrabiae, quibus Baldasar Naplwy seu Dvorničić canonicus Zagrabiensis ac Archidiaconus districtus Goricae, de Visitatione Canonica clerum sibi subjectum certiorem reddit, subscribuntur:

latine et glagolitice a Paulo Vranšić parocho de Petrowyna;
latine a Michaele Hranilović plebano de Mahichno;
latine a Johanne Nedilich plebano de Sypech;
latine a Petro Gostyeh plebano de Harnetye;
glagolitice a Lukša Fabić plebano de Novigrad;
» a Nicolao Kargačić plebano s. Mauri de Bosilevo;
» a Vincentio Chiolich plebano s. Eliae de Ribnik;
» a Gasparo Grahovacz plebano s. Vidi sub Ozalj;
latine a Mathia presbitero de Werhowach;
glagolitice a Paulo Mawrowych parocho de Krasciche;
» a Laurentio Dyakowych plebano S. Syxti de Prybyche;
latine a Johanne Vritio plebano s. Annae in Prygorye;
glagolitice a Vito parocho S. Georgii in Prylypye.

Acta non registrata Capituli Zagrabiensis; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae 1904, 79 s.

177. 1596, Trg Zagrabien.

Mathias Maričić plebanus OO. Sanctorum in Trg Zagrabiensis dioeceseos, glagolita.

Collectio Lopašiciana; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae 1904, 79.

178. 1572—1596, Novigrad (Karlovac) Zagrabien.

Lucas Fabić plebanus in Novigrad prope Karlovac Zagrabiensis dioeceseos, glagolita.

Lopašić, Oko Kupe i Korane, Zagrabiae 1895, 183.

179. 1597, 21 Octobris, Parentin.

Nuntius Vindobonensis episcopus Carolus Caraffa Cardinalem Praefectum S. Congregationis Propaganda Fidei certiorem reddit, quod typi slavici Flumen iam missi, quibus ob defectum pecuniarum P. Franciscus Glavinić uti non potuit, ac partes Graecii relictae, tradendi P. Guardiano Capucinorum Flumine sint, ad dispositionem eiusdem S. Congregationis Propagandae Fidei.

Archivum S. Congreg. Prop. Fidei Ms. Vol. 66, f. 13; Fermedžin, Starine XXIV, 5.

50. 1625, 24 Decembris, Vindobonae.

Nuntius episcopus Carolus Cardinali Praefecto S. Congregationis Prop. Fidei typos slavicos Flumine Romam transferendos proponit.

Archivum S. Congr. Prop. Fidei, Ms. citato N. 49, f. 38; Fermedžin, Starine XXIV, 5 s.

51. 1626, 11 Januarii, Tarsati prope Flumen.

P. Franciscus Glavinić Cardinalem Praefectum S. Congregationis Prop. Fidei certiorem reddit:

„Nella Illirica ovvero Slava — lingua si celebra la Messa, dicono li divini officij, et si amministrano li santissimi Sacramenti per Dalmatia, Croatia, Slavonia, Liburnia, Isole e luochi marittimi dell'Adriatico in parte però et per tutto il Vinodol esclusivamente; perchè sono scorsi già anni 96 che quelli Messali et Breviarij non sono stati reformati ne restampati, il che fu avanti Concilii molto tempo, siche contengono errori essentiali et mancamenti di rubriche, et altre agiunte necessarie. Stante questo già tre anni sono in circa, che quelli Religiosi et fedeli dell'Illirico mi pregarono, acciò prendessi io questo assonto di reformarli — —".

Inter varias animadversiones de nova editione, ut Glagolica Hieronymiana non rejiciatur totaliter, quomodo aliquis optaret „poichè se bene egli è antico, è però misterioso"; et quia in terris catholicis in sacris adhibetur, dum Cirilica in liberculis tantum devotionalibus per Bosniam, Bulgariam et Ditionem Turcicam, perorat; tandem ut reformatio fiat Flumine ubi adhuc typi slavici inveniuntur.

Archivum S. Congr. Prop. Fidei Ms. citato N. 49; Fermedžin, Starine XXIV, 10 s.

52. 1626, 28 Januarii, Vindobonae.

Nuntius episcopus Carolus Caraffa Cardinalem Praefectum S. Congregationis Prop. Fidei typos slavicos iam Guardiano Capucinorum Flumime traditos ac P. Francisco Glavinić de ipsis typis relationem acclusam notificat.

Archivum S. Cong. Prop. Fidei, Ms. citato N. 49; Fermedžin, Starine XXIV, 6.

53. 1626, 4 Februarii, Vindobonae.

Nuntius episcopus Carolus Caraffa Cardinali Praefecto S. Congregationis Prop. Fidei de Canonico Zagabriensi Athanasio Georgiceo Dalmatino patria linguarunque slavicarum interprete admirabili ab episcopo Tergestensi certior factus, ipsum ad reformationem librorum slavicorum proponit.

Archivum S. Congr. Prop. Fidei Ms. citato N. 49; Fermedžin, Starine XXIV, 61.

54. 1626, 1 Aprilis, Vindobonae.

Nuntius episcopus Carolus Caraffa Cardinali Praesidi S. Congregationis Prop. Fidei scribit, de transferendis typis slavicis Anconam Romamque; ac de certioratione facta P. Francisco Glavinić, quod iubente eadem S. Congregatione Romam una cum Missalibus ac Breviaris Slavicis emendatis, Romam se conferat.

Archivum S. Congr. Prop. Fidei, Ms. citato N. 49, f. 98; Fermendžin, Starine XXIV, 7 s.

„Eos (typos glagoliticos) obtimi gratiosissime a Caesare dono dandos Sacrae Congregationi, quos Ferdinandus Primus posuerat Gretzii, ex qua civitate ad castrum Fluminis in Dalmatia, inde per mare Adriaticum ad Anconam transmittendos curavi, qui integri Romam pervenerunt."

Carolus Caraffa, Commentaria de Germania Sacra, Francofordii 1641, 147 s.

55. 1626, 10 Aprilis, Flumine.

P. Franciscus Glavinić Cardinali Praefecto S. Congregationis Prop. Fidei de reformationis librorum liturgicorum difficultatibus animadversiones subjicit; non recusans laborem, si tres coadjutores, idest: Croatam, Liburnum et Istrianum vel Slovenum, Romam secum conducere fas erit.

Archivum S. Congr. Prop. Fidei, Ms. citato N. 49; Fermedžin, Starine XXIV, 12 s.

56. 1626, Spalati.

Excerpta ex epistola archiepiscopi Spalatensis Sfortiae Ponzoni quoad impressionem Missalis ac Breviarii Illyrici; praecipue quod; 1) Adoptanda ultima editio Fluminensis anni sit; 2) Committatur cura Spalatensi Archiepiscopo „che lui deputasse il suo Vicario Latino insieme all' Illirico con appresso due o quattro Teologi — — perchè nella sua Diocesi si trovarà più preti Illirici di quello che si trovarà in qualsivoglia altra, perchè vi saranno incirca duecento tra sacerdoti, diaconi, suddiaconi et chierici, lasciando i Latini; 3) neccessarium etiam Rituale Romanum eddatur.

Archivum S. Congr. Prop. Fidei Ms. citato N. 49; Fermedžin, Starine XXIV, 9 s.

57. 1626, Romae.

Joannes Tomko Marnavić Sibenicensis patria S. Congregationi Prop. Fidei animadversiones de editione Breviarii et Missalis Slavici: 1) reformanda Officia Sanctorum antiquiora reformatione Pii V abolita; 2) reformatio committenda viro linguis slavicis peritissimo, quatuor consultoribus, Dalmatino, Bosnese, Macedone ac Serviano coadjuvantibus; 3) reformatio in terra Slavica facienda; 4) adhibitis libris antiquioribus; 5) expensae necessariae introitibus ex glagolitica Tkonensi Jadrensis dioeceseos Ordinis S. Benedicti et ex alia abbatia Sibenicensis dioeceseos, quae a Commendatariis possidentur, summa annuali 700 ducatorum Veneticorum; vel censu biennali omnium abbatiarum Dalmatinarum; vel tanden tertia parte fructuum mensae episcopalis Sibenicensis vel Pharensis; nec non redditibus Societatis Jesu Reipublicae Veneticae;

Archivum S. Congr. Prop. Fidei, Ms. citato N. 49; Fermedžin, Starine XXIV, 9.

58. 1626—7, Romae.

Joannes Tomko Marnavić S. Congregationi Prop. Fidei offert, se erga remunerationem 800 scutatorum suis expensis 1300 Missalia et Breviaria Illyrica a se etiam reformata typis eiusdem S. Congregationis edditurum.

Archivum S. Congreg. Prop. Fidei, Ms. citato N. 49; Fermedžin, Starine XXIV, 14.

59. 1626, Romae.

Testimonium de obitu, sepulchro ac reliquiis SS. Cyrilli et Methodii in basilica Romana S. Clementis.

„(S. Metodio ritornato anche egli in Roma, vi morì con) S. Cirillo fratello suo, e con miracoli furono ambedue illustrati da Dio, e de' loro sacri corpi n' è questa chiesa (di S. Clemente) partecipe, celebrando il giorno festivo a' 9 di Marzo." — In Indice Reliquiarum: „Cirillo e Metodio vescovi, i corpi in S. Clemente".

Ottavio Panciroli, Tesori nascosti nella città di Roma, 1626; Cfr. Bartolini, Memorie storico-archeologiche dei Santi Cirillo e Metodio, Roma 1881, 193.

60. 1627, 27 Februarii et 6 Martii, Venetiis.

Typographus Veneticus Marcus Ginami, S. Congregationi Prop. Fidei, collatis consiliis cum Definitore Ordinis S. Francisci provinciae Bosnensis P. Vincentio, cum P. Raphaele Levaković Croata Ordinis S. Francisci, ac cum Nuntio Apostolico Venetico, libros liturgicos Slavicos Venetiis eddendos ac seipsum ad hoc opus commendans proponit.

— 8 Martii, Venetiis. Nuntius Apostolicus Veneticus S. Congregationen Prop. Fidei de eadem se certioren reddens, libros eosden Glagolica Hieronymiana, habito respectu ad Bosnensem dialectum, qua iam unum Missale editum fuerat, et subsidio 500 ducatorum typographo Marco Ginamo, proponit.

Idem tipographus Ginami alias rationes pro sua propositione fulcienda subjicit.

Archivum S. Congr. Prop. Fidei, Ms. Vol. 3 fol. 315, 385, 387, Vol. 387 f. 391; Fermedžin, Starine XXIV, 14 s. 19 s.

61. 1627, 16 Aprilis, Romae.

S. Congregatio Propagandae Fidei ad petitionen Joannis Tomko Marnavić, quum libri liturgici Illyrici ab ipso reformati non eddendi sint, ob propositionem S. Congregationis de cautione praestanda pro expensis post annum restituendis, licentia se trasferendi ad Archidiaconatum cum cura animarum Zagabriae ipsi collatum concedatur, censuit oratori iniungendum, ut discessum differat, donec aliud decernatur.

— — 9 Octobris, Marnavić accedit.

Archivum S. Congr. Prop. Fidei, Ms. vol. 387 f. 134, 134, 345, 346, 391; Fermedžin, Starine XXIV, 14, 19, 20.

62. 1627, 1 Junii, Romae.

Erectio Collegii Illyrici in urbe Lauretana a Gregorio XIII instituti et ab Urbano VIII restituti et aucti; pro clericis Nationis Illyricae linguae ac litteraturae quoque pro posse peritis.

„Urbanus episcopus etc. — — Zelo domus etc. Illyricae linguae gentis, majoren Europae et maximam Asiae portionen incolentis — —

nunc vero maxima ex parte sub impia Turcarum tirannide gementis schimaticorum orientalium, haeresumque septentrionalium venenis per partes infectae, pro debito Nostri pastoralis officij necessitatibus spiritualibus succurrere cogimur, et admonemur.

§ 1. Gregorius XIII fundavit collegium Illyricum Laureti proventibus Sacrosanctae Domus. Cum itaque — — Gregorius Papa XIII — miseratione tantae gentis Collegium Illyricanae iuventutis in civitate Lauretana — — provincias Illyricas, presertim littoralem Dalmatiam — — ad verae pietatis media excitaverit — —

§ 2. Collegium Illyricum Laureti extinctum, Urbanus VIII de novo illud Laureti fundat et erigit. Numerus alumnorum eorumque sustentatio. Disciplinae ac studia alumnorum. Nos — — ad — — praecipuam Illyricae gentis salutem et commodum in civitate Lauretana praefata dictum Collegium, Illyricum appellandun, in quo in posterum prior adolescentium numerus, triginta sex videlicet — — in bonis ecclesiasticis moribus, nec non in gramaticae, philosophiae, et theologiae, ac sacrorum canonum, aliarumque facultatum, necessitates Illyricas concernentium, disciplinis ac studiis instrui — —.

§. 3. Distributio, et assignatio locorum ecclesijs Illyricis. Nimirum ut Spalatensis, Ragusiensis, Jadrensis, et Antibarensis, ecclesiae metropolitanae, singulae unum semper alumnum, seu unicus alumni locum habeant. Similiter Sibenicensis, Vegliensis, Pharensis sive Lesinensis, Ausserensis, Catharensisque ecclesijs singulis locus unius alumni competat. — Denique ecclesiae Curzolensi cum Stagnensi unum alternatim; Traguriensis et Nonensis itidem, sicuti et Arbensis et Segnensis unum alternatim habere debeant. — —

§. 4. Si praelati neglexerint mittere alumnos, quid servandum. — —

§. 5. Quid agendum cum praesentibus alumnis. — —

§. 6. Modus admittendi Alumnos ad Collegium. Ut autem admissio et receptio directorum alumnorum debito ordine procedat, ut nemo intra eorum numerum in praefato collegio acceptetur, qui — — — parentibus Illyricis Illyricaeque linguae, et si fieri poterit, litteraturaeque quoque Illyricae peritus — — ad effectum ut euadat utilis operarius in cultura Illyricanae ecclesiae. — —

Datum Romae apud S. Mariam Majorem anno — 1627, kalendis Junii, Pontificatus Nostri anno quarto".

Theiner, Mon. Slavorum Meridionalium, II, 124—128.

63. 1627, Svetice, Zagrabien.

„Petrus Domitrovich episcopus Zagrabiensis, qua tutor Nicolai et Petri Zrinii, anno 1627 ecclesiastico illo beneficio (idest glagolitarum in Svetice), ex tutellatorum substantia Paulinos in Sveticze fundavit".

Krčelić, Notitiae praeliminares, Ms. XVIII s. f. 325; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae 1904, 87.

64. 1627, 5 Junii, Romae.

Quidam Anonymus (Ragusinus?) cum Cardinali Barberini Praefecto S. Congregatione Prop. Fidei communicat, resolutionem edendorum librorum liturgicorum slavicorum magnis laudibus a slavicis nationibus exceptam fuisse; disserens de linguae slavicae amplitudine; de utroque alphabeto Bucuizza [Glagolica] et Chiuriliza [Cyrilliana], ac de reformatione ipsorum librorum, pro qua duos Franciscanos in conventu Araecoelitano degentes et Petrum Benessa proponit; alphabetum Cyrillianum, a schismaticis adhibitam commendans subjingit:

A questo [carattere chiurilizo] ebbe riguardo la santa memoria di Gregorio XIII che fece stampare qui in Roma il catechismo e Canisio, e la felice memoria del Cardinale di S. Severino si hebbe particolare cura e premura molto in questo negotio e fu causa della salute di molti.

Archivum S. Congregationis Propagandae Fidei, Ms. vol. 387, Fermedžin, Starine XXIII, 17 s.

65. 13 Novembris, Venetiis.

Archiepiscopus Jadrensis Octavianus Garzadori Cardinali Praefecto S. Congregationis Propag. Fidei se archiepiscopo Spalatensi scripsisse notificat, ut versionem slavicam Missalis et Breviarii quondam patris Doctoris Alberti Spalatensis mittat.

Archivum S. Congr. Prop. Fidei, Ms. vol. 147, f. 107; Fermedžin, Starine XXIV, 20 s.

66. 1627, Zagrabien.

„Petrus Domitrovich episcopus Zagabriensis, qua tutor Nicolai et Petri Zrinii anno 1627 ecclesiastico illo beneficio [Glagolitanem in Svetice] suppresso, ex tutelatorem substantia Paulinos [latinos] in Svetice fundavit.“

Krčelić Not. Praeliminares p. 325.

67. 1627, Bribir, Segnen.

Georgius Čermić Bribiriensis patria parochus Ledenicae Segnen.-Corbaviensis dioeceseos, characteribus glagoliticis semicursivis opus „Postilla“ ad instructionem fidelium, conficit; cuius manuscriptus originale in Bibliotheca Lyceali Labacensi Collectione Zoiss N. 166 asservatur.

Jagić, Ein fünfter bibliographischer Beitrag. Slavica der Laibacher Lyceal-bibliothek (Aus dem Anzeiger der philos.-hist. Cl. 1898, N. XX), 12.

68. 1628, 26 Novembris, Petenae.

Pompeus Coronini episcopus Petenensis in relatione Visitationis ad Limina Apostolorum S. Congr. Concilii de statu dioeceseos certiorem reddens, refert:

„Parochi omnes callent Latinam linguam, et more Romano sua munia obeunt, tribus exceptis, qui cum uno cooperatore lingua Latina destituti Illyrice cuncta persolvunt. Populus Illirica lingua utitur, quam Croatam vulgo appellant, aliqui pauci etiam Italicam callent."

Autenticum in Archivo S. Congr. Concilii in Tabulario Vaticano; juxta excerptum Crncicianum anni 1892.

69. 1628, apud Slavos Orientalis.

Tabulae Graeco-Slavicae Bollandianae sub die 14 Februarii imaginem una cum inscriptione S. Cyrilli Filosophi et Slovenorum Apostoli exhibent.

Assemani, Kal. Eccl. Univ. T. I, X 7.

70. 1629, Romae.

Typographia S. Congregationis Propagandae Fidei fit tertia editio Breviarii Glagolito-Romani caeterorumque librorum iam anno 1621 ab ipsa typographia editorum [N.], 80.

Le Long, Bibliotheca Sacra I, art. 6 p. 436; Assemani Kal. Un. Eccl. IV, cap. IV, § 7. Ljubić, Ogledalo književne povjesti jugoslavenske, Rieka 1864, I, 41 in dubium ponit notitiam Le Longii, cui Innocentius X epistola 22 Martii 1648 contradicere videtur.

71. 1629. Vrhovac, Krašić, Kupinac Zagrabien.

In Vrhovac, Krašić et Kupinac Zagrabiensis dioeceseos Martinus Juretić plebanus glagolita.

Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae 1904, 81.

72. 1630, 15 Aprilis, Romae.

S. Congregatio Prop. Fidei decernit P. Raphaëlo Levaković correctori Missalis Glagolitici scuta 12 pro habitu, nam quarto abhinc anno impressioni eiusdem Missalis incumbit „rivede il messale illirico e lo corregge et insieme compone la stampa e la corregge", et Provinciali Bosnae-Croatiae scribit, ut mittat Romam fratrem Danielem Grozdem laicum eidem P. Rafaeli Croato prosocio „essendo stato richiamato in Bulgaria dal vescovo di Soffia il padre [Pietro Bogdaro Bakić] compagno, che haveva e l' aiutava a scriver et a compore il messale".

Archivum S. Congr. Prop. Fidei, Ms. vol. 390 f. 156, 223; Fermedžin, Starine XXIV, 21 s.

73. 1630, Romae.

P. Raphaël Levaković S. Congregationi suadet modum

„aciò non si perda il tempo nello spacciarli (il Messale Illirico che fra sette mesi sarà compito), ma aciò con medemo denaro si possi proseguire il Breviario; per tanto supplica, che SS. Loro Illustrissime e Reverendissime dessero li ordini di far scrivere all' arcivescovo di Zara et alli altri vescovi delle provincie, nelle quali questo Messale s' adopererà, ed anco al Ministro Provinciale del Terzo ordine di S. Francesco Becanti in Dalmatia, aciò ogni chiesia et ogni sacerdote apparechi il danaro per comprarsi il detto Messale".

Archivum S. Congr. Prop. Fidei; Ms. vol. 390, f. 3; Fermedžin, Starine XXIV, 22.

74. 1630, Romae.

Natio slavica in aede S. Hieronymi Slavonorum de Urbe monumentali epigraphe merita Urbani papae VIII de se et liturgia Glagolitico-Romana celebrat:

Urbano VIII. P. O. M. — Quod affectu complexus Nationem Illyricam — A CC annis in hoc templo, postea a Sixto V a fundamentis — Extructo congregatam — Eidem Congregationi tranquillitate reddita — Domo S. Caii PP. M. Illyrici a fundamento excitata — Baptisterio Constantini Imperatoris Illyrici illustrato — Sacrorum Mysteriorum libris Illyricis purgatis — Alumnis Illyricis Lauretano Collegio restitutis — Immortalibus beneficiis affecerit — Alexandro S. R. E. Cardinali Protectore — Eadem Natio grati animi hoc Monumentum PP. — Anno Domini MDCXXX.

Farlati, Illyricum Sacrum, IV, 139. Epigraphes extat hodiedum in ecclesia S. Hieronymi Slavonorum de Urbe.

75. 1630, Makarskae.

Bartolomaeus Kadčić episcopus Makarskensis et Dumnensis in relatione ad S. Sedem de statu dioeceseos inter alia refert:

„Ecclesia Macariensis est sub dominio Turcanem in partibus Dalmatiae, et Arciducatu S. Sabbae, sita iuxta litus maris Adriatici. — Dioecesis haec quatuor monasteria Fratum S. Francisci Minorum de Observantia complectitur. — Ultra has parochias, quas tenent Fratres, sunt aliae tres, quas administrant Presbyteri in Illyrico idiomate sacra facientes; quarum prima est Podgora, ubi sunt duae ecclesiae, prima Omnium Sanctorum, secunda S. Theclae. Secunda est Zagvozd, in qua est ecclesia S. Mariae aedificata annis praeteritis. Tertia Brehli [Brela], in qua sunt ecclesiae duae, videlicet S. Nicolai et S. Stephani."

Farlati, Illyricum Sacrum, IV, 195.

76. 1630.

Testimonium P. Theodori Mureti de ossi brachii S. Cyrilli e. de corpore S. Methodii in ecclesia Brunensi SS. Petri et Pauli asservatis

„Nuper visitabam ecclesiam Collegiatam Brunensem S. Petri, ubi in thesauro ejusdem ecclesiae S Cyrilli episcopi, et cum S. Methodio Apostolo Moraviae, os brachii integrum mihi ostensum est in antiquissima argentea theca inclusum".

Th. Muretis apud Bolland. Acta SS. Martii vol I.; Cfr. Bartolini, Memorie storico-archeologiche dei Santi Cirillo e Metodio, Roma 1881, 198.

77. 1630, Brezovica Zagrabien.

„Ecclesia s. Mariae in Brezovicza. Parochus Vincentius Jellichich, glagolita".

Visitatio can. Archid. Cathedralis Zagrabiensis; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae 1904, 82.

78. 1630, Okić s. Martinus Zagrabien.

„Nicolaus Stipanich parochus s. Martini sub Okich, glagolita".

Visitatio can. Archid. Cathedralis Zagrabiensis, Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae 1904, 82.

79. 1630, Lipnik Zagrabien.

In Lipnik Zagrabiensis dioeceseos parochus Gaspar Mikuličić glagolita.

Lopašić, Oko Kupe i Korane, Zagrabiae 18 . . , 232.

79. 1630, Kupinac Zagrabien.

„Ecclesia s. Mariae in Kupinacz. (Parochus) Martinus Juretich, glagolita. Zumich Petrus, glagolita, capellanus".

Visitatio can. Archid. Cathedralis Zagrabiensis, Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae, 1904, 82.

80. 1630, Okić s. Maria Zagrabien.

„Ecclesia s. Mariae sub Okich. (Parochus) Nicolaus Boszanich, glagolita".

Visitatio can. Archid. Cathedralis Zagrabiensis, Cfr. Ttkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae 1904, 82.

81. 1630, Turnavae.

Quum Concilium Provinciale Hungaricum Secundum, omnibus episcopis suffraganeis, Ritum Romanum recipere iussisset, Benedictus

Vinković, praepositus Zagrabiensis, in eodem Concilio delegati munere tam episcopi Zagrabiensis Francisci Ergelj quam Capituli Zagrabiensi fungeus, contra dictum decretum, nomine Zagrabiensis dioeceseos, quae proprio peculiari Ritu liturgico a quattuor et amplius saeculis observato utebatur testatus est.

Farlati, Illyricum Sacrum V, 265., Cfr. Tkalčić, Stari bogoslužni obred u stolnoj crkvi Zagrebačkoj, in ephemeride Katolički List 1895, N. 23—27. Ritus ecclesiae Zagrabiensis, antiquor XIV s., Farlati, o. c. 340, 268 deserobitur.

82. 1619—1631. Krašići et Šipak Zagrabien.

Gregorius Žižanić plebanus in Krašići deinde in Šipak Zagrabiensis dioeceseos, Glagolita erat.

Documenta in Collectione Lopašiciana; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslušje u Hrvatskoj, Zagrabiae 1904, 81.

83. 1631, 29 Julii, Romae.

P. Raphaëli Levaković, quum iam fere impressionem Missalis Illyrici reformati absolvisset, et „Vocabularium Ecclesiasticum Slavicorum“ necnon „Grammaticam Slavicam“ et alia similia juxta praeceptum S. Congregationis Prop. Fidei praepararet, scuta duodecim decernantur ab eadem S. Congregatione.

Archivum S. Congr. Prop. Fidei, Ms. vol. 391, f. 330; Fermedžin, Starine XXIV, 23.

84. 1631, 5 Decembris Romae.

Joannis Tomko Marnavić, qui ad propositionem S. Congregationis Prop. Fidei 28 Martii eiusdem anni episcopus Bosnensis creatus est, facultates anno 1630 episcopo Scardonensi datae conceduntur, et scutala 164 pro stipendio annorum 1628 et 1629 „particolarmente nel aiutar la riforma del Breviario Illyrico, che la Santità V. ha di già commandata“ et ad alia negotia ecclesiastica in futuro gratis obeunda, elargiuntur.

Archivum S. Congr. Prop. Fidei, Ms. vol. 391, f, 138., Fermedžin, Starine XXIV, 24.

85. 1631, 24 Decembris, Romae.

P. Raphaël Levaković S. Congregationi Prop. Fidei, quum impressionem Missalis Illyrici ad finem penduxisset „espone — che per la necessità della chiesa Illyrica vi restano da farsi il Breviario e Rituale Romano et almeno qualche casista nel medesimo linguaggio, che

è stato fatto il Messale. — — Del Rituale nulla o poco hanno. Il Casista non hanno altro, che quel poco „Manipulus Curatorum", e quello pieno di errori. „Quae omnia ut perficere possit pro sua persona aliquas facilitationes petit."

Archivum S. Congr. Prop. Fidei, Ms. vol. 391, f. 444; Fermedžin, Starine XXIV, 24 s.

86. 1631, 18 Novembris, Albonae.

Synodus dioecesana Polensis ab episcopo Julio Soraceno habita, Capite 13. statuit:

„Et essendo non solamente ragionevole, ma anco necessario che tutti li Confessori convengano nella stessa forma di parole nel dare l' assolutione, il che si è osservato fin' hora egualmente da quelli della lingua latina et dagl' illirici, habbiamo per maggior sicurezza risoluto di registrare quì sotto, conforme al Rituale Romano, tutte le parole formali, le quali dovranno dirsi dalli Latini, con obbligo a quelli della lingua illirica di recitare le medesime nel suo idioma secondo la forma, che daremo loro in iscritto.

Sinodo diocesano di Pola dell' anno 1631, Venezia 1632; Pesante, La liturgia slava 147, 148.

87. 1631, 29 Aprilis, Romae.

Urbanus papa VIII approbat reformationem typicam Missalis Glagolito-Romani a R. Levaković peractam et a S. Congregatione Propagandae Fidei editam, ad usum Ecclesiarum Slavorum Meridionalium.

Ecclesia catholica, cui divina favente clementia, nullo meritorum nostrorum suffragio, praesidemus, sicuti una est, ita requirit nostrae pastoralis vigilantiae sollicitudo, ut Christifideles idipsum non solum sapiant sed etiam quantum possibile est, omnes etiam unanimes uno ore, in orationibus et sacrificiis honorificent Deum. Quum itaque, sicut accepimus, Missale idiomate Slavonico olim a fel. rec. Joanne VIII. praedecessore nostro concessum, a centum circiter annis typis editum non fuerit, atque inde acciderit, ut Slavonum Ecclesiae Missalium inopia adeo laboraverint, ut plerisque in locis, nec Sacerdotes sacrosanctae Missae sacrificium offerre, nec populi Ecclesiae praecepto de illo audiendo satisfacere comode potuerint: nos Missalium inopiae hujusmodi ad divini nominis laudem et gloriam, animarumque Christifidelium illarum partium salutem occurrere volentes, venerabilibus Fratribus nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus negotio fidei in universum Orbem propagandae praepositis, injunximus, ut quamplura Missalia, Slavonico conscripta idiomate, a Provincia Dalmatiae Roman jussu nostro afferri, iisque per nonnullos linguae Slavonicae peritos, juxta emendationes a fel. etiam rec. Pio V. et Clemente VIII

Romanis Pontificibus, similiter praedecessoribus nostris, factas, et eorum literis Apostolicis approbatas, correctis, Missale, quod Romano prorsus conforme esset, componi, illudque praefato idiomate slavonico, ad usum et commodum eorumdem Christifidelium Ecclesiarum, locorum et provinciarum, ubi hactenus praefato idiomate celebratum fuit, imprim, curarent. Quae omnia quum praefati Cardinales diligenter praestiterinti eadem per praefatos Cardinales, et pie et accurate in praemissis ordinata et gesta approbantes, ac praefatum Missale antiquum abrogantes, motu proprio, et ex certa scientia ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, antiquorum Missalium Slavonici idiomatis tam impressorum quam manuscriptorum usum, tenore praesentium, sub indignationis nostrae, ac aliis arbitrii nostri, imo iis etiam poenis, quae oerumdem Pii et Clementis praedecessorum nostrorum literis continentur, tenore praesentium, penitus et omnino interdicimus. Praeterea sub eisdem poenis eo ipso absque aliqua declaratione incurrendis, Apostolica auctoritate earumdem tenore praesentium prohibemus omnibus et singulis Presbyteris et Clericis, tam Saecularibus, quam cujusvis Ordinis, Congregationis, Societatis et Instituti, etiam speciali nota dignis Regularibus, earundem Ecclesiarum, locorum et provinciarum, ubi hactenus, ut praefertur praefato idiomate Slavonico celebratum fuit, ne elapsis octo mensibus a die publicationis praesentium in Urbe, alio, quam hujsmodi novo Missali, nisi maluerint Latino, utantor. Romae apud Sanctam Mariam Majorem die 29. Aprilis 1631, Pontificatus nostri anno octavo.

Missale Romanum slavonico idiomate jussu SS. D. N. Papae Urbani VIII editum, typis S. Congregationis Propagandae Fidei, Romae 1631; Cfr. Assemani, Kal, Eccl. Univ., I, Romae 1755, 116.

88. 1632, 22 Novembris, Romae.

In congreqatione 169.a S. Congregationis Prop. Fidei perlegitur epistola cuiusdom Anonymi [Ragusini in Urbe commorantis], qua nova editio Epistolarii Slavici vulgaris suadetur, iam ob archiepiscopo Ragusiensi in Visitatione ad Limina proposita propter Slavos catholicos in Oriente et in Levante sub Dominio Turcarum inter schismaticos degentes.

„Eminentissimi e Reverendissimi Signori!

Essendo per antica traditione stato concesso alla natione Illyrica di dichiarare li Evangeli e le Epistole nel loro idioma, poichè pochissimi intendono latino, et essendosi dall' antichità del tempo adalterate le reali e sincere dichiarazioni, era introdotto, che li sacerdoti ancora che ignoranti ex tempore dichiaravano detti Evangeli et Epistole con corruptele vane, ridicole, e quasi heretiche interpretationi. L' arcivescovo moderno di Ragusa per rimediare a questo abuso per dritto publico prohibì, che nessun sacerdote potesse dichiarare detta Scrittura se prima non fosse rivista et approvata e ne diede conto alla Sacra Congregatione de Propaganda Fide, la quale li ordinò, che de-

putasse alcuni sacerdott qualificati in canoni et teologia e nella lingua di tutti quei paesi a tale effetto, e così fu fatto, poichè da sei persone teologi e canoniste e naturali di quei luoghi per spatio di tre anni si è continoamente travagliato in ciò; e così finita detta opera si è mandata a Roma d' ordine pure di detta Sacra Congregatione; ma perchè alcuni, a quali fù commessa la revisione di detta opera, per vedere se ci era cosa contra fidem o bonos mores, dissero, che era opera buttata, perchè non era carattere di S. Girolamo o di S. Cirillo, fù messa a parte. Però con la venuta di detto arcivescovo ad limina, quale ha presentato, che detta lingua è universale per tutto l' Oriente e Levante, e particolarmente per quei paesi del Turco, dove si conservano ancora molti fideli cattolici, intesa e parlata, si è fatta instanza a riassumerla, rivederla, e stamparla, perchè altrimenti si darà campo ad infinite persone christiane sotto detto Dominio Ottomano di udir le dichiarationi de scismatici, che ne sono pieni quei paesi, quali vanno sporgendo falsi dogmi et errori pieni d' eresia; et è stato necessitato detto arcivescovo dar licenza ad alcuni parochi ben fondati di far detta dichiaratione, ma ad tempus et in iscriptis, e tutto a fine di quietar l' universale sentimento. — Lectum die 22 Novembris 1632. Congregatio 169".

Archivum S. Congr. Prop. Fidei, Ms. vol. 392 f. 21; Fermedžin Starine XXIV, 25 s.

89. 1630—1632, Kravarsko Zagrabien.

„Ecclesia S. Crucis in Kravarska. Nicolaus Ninian, (parochus) glagolita".

Visitatîo can. Archid. Cathedralis Zagrabiensis; Cfr. Tkalčić Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae 1904, 82.

90. 1633, Decembris, Justinopoli.

Petrus Moeavia episcopus Justinopolitanus in relatione Visitationis ad Limina Apostolorum S. Congregationem Concilii de statu Dioeceseos certiorem reddens, refert:

„Sex sunt in civitate (Justinopoli) conventus Regularium: — S. Francisci Conventualium de Observantia, Tertii Ordinis, qui linguae Illyricae sunt — — In insula quoque est alia terra dioecesis Justinopolitanae, quae olim. Alieto vocabatur, habet ad mille cives. — Adsunt quoque duae domus, seu conventus, scilicet Conventualium S. Francisci et Servorum B. Mariae, in quibus tamen unus, vel duo inhabitant. — Dioecesis tota ruralis dividitur in quindecim parochiis, quae per rectores, plebanos nuncupatas, partim titulares et perpetuos, partim amovibiles, omnes vero pauperes, gubernatur. Incolae omnes sunct linguae Illyricae, in eoque idiomate celebratur; ob id eorum rectores linguam illam callere debent, quam non discant nisi villici. Ideo major par seorum ignari et parum sufficientes ad regimen animarum.

Authenticam in Archivo S. Congr. Concilio in Tabulario Vaticano; juxta apographum Crncicianum anni 1892.

91. 1630—1634, Peščenica Zagrabien.

„S. Mariae in Peshchcnicza. (Parochus) Thomas Viteszich glagolita, senex — — diligens in officio.“ Matricula Matrimoniorum et Baptizatorum anni 1630 glagolitice descripta.

Visitatio can. Archid. Cathedralis Zagrabiensis; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae 1904, 82.

92. 1634, Zelina Zagrabien.

„Ecclesiae S. Nicolai in Zelina (Parochus) Nicolaus Ninianin, glagolita“.

Visitatio can. Archid. Cathedralis Zagrabiensis, Cfr. Tkalčić, slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae 1904, 82.

93. 1634, Brezovica Zagrabien.

„Ecclesia S. Mariae in Brezovicza. (Parochus) Mathias Saballia, glagolita“.

Visitatio can. Archid. Cathedralis Zagrabiensis; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae 1904, 82.

94. 1634, Kubinae Zagrabien.

„Ecclesia S. Mariae in Kupinacz, (Parochus) Joannes Leprencich, glagolita“.

Visitatio can. Archid Cathedralis Zagrabiensis, Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, 1904, 82.

95. 1634, Okić s. Maria Zagrabien.

„Ecclesia s. Mariae sub Okich. (Parochus) Joannes Juchich, glagolita“.

Visitatio can. Archid. Cathedralis Zagrabiensis; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae 1904, 82.

96. 1634, Jamnica Zagrabien.

„Ecclesia S. Martini in Jamnicza. (Parochus) Petrus Semichenich, glagolita“.

Visitatio can. Archid. Cathedralis Zagrabiensis; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae 1904, 82.

97. 1635, 2 Maji, Crikvenicae Segnen.

Presbyter Joannes Mužinić catasticum terrarum Communis Kotor, Grižane et Biograd in campo Sopaljensi anno 1323 glagoliticis characteribus confectum, exemplat.

Šurmin, Acta Croatica I, Zagrabiae 1898, 79.

98. 2635, 28 Septembri, Romae.

Urbanus Papa VIII, ad petitionem Primatis Hungariae Pázmany, ut decretum Synodi Zagrabiensis anni 1634 de conservando antiquissimo peculiari ritu Zagrabiensi non obstante statuto Consilii Provincialis Trnoviensis (cfr. N...) reprobaret: „Synodum dioecesanam Zagrabiensem — auctoritate et tenore praedictis, cassamus, irritamus et annullamus". Die 19 Octobris eiusden anni hoc mandatum pontificium ab episcopo Francisco Ergheiio promulgatur.

Farlati. Illyricum Sacrum V, 569ss; cfr. (—) Tkalčić, Stari bogoslužni obred u stolnoj crkvi Zagrebačkoj. in ephemeride Katolički List, 1895, N. 23-27.

99. 1635, Romae.

Typis S. Congregationis Prop. litteris glagoliticis cura P. Raphaëlis Levaković imprimitur versio „Brevis Directori Confessarii" Joannis Polanchi, iam 1582 Romae apud Franciscum Zanetti in 80 litteris latinis a sacerdote Simeone Budinić Jadartino edita, sub titulo „Izpravnik za erei izpovidnici i za pokornici".

Ljubić, Ogledalo književne povjesti jugoslavenske, Rieka 1864, I. 42.

100. 1636. Trg Zagrabien.

In Trg Zagrabiensis dioeceseos Petrus Tovunac glagolita plebanus ecclesiae. Omnium Sanctorum.

Collectio Lopašićiana, cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae, 1904, 82.

101. 1637, 28 Aprilis, Labaci.

P. Raphaël Levaković, Commissarius visitator Generalis Germaniae Superioris, S. Congregationi Prop. Fidei de suo itinere refert. A bano Croatiae pro impressione librorum liturgicorum Slavorum se obtenturum aliquid saltem sperat. De novo Missali Glagolitico soddisfacientissime accepto in terni croaticis ac de honorificentiis sibi personaliter tributis glorietur; ac omnes exoptare Breviarium glagoliticum meminit.

Archivum S. Congr. Prop. Fidei, Ms. col. 79 f. 361; Fermedžin Starine XXIV, 263.

102. 1637, 2 Maji Vindobonae.

P. Raphaël Levaković, Commissarius Visitator Generalis Germaniae Superioris S. Congregationi Prop. Fidei se pro impressione Breviarii Glagolitici erga 300 scrutorum annuam provisionem paratum esse declarat.

Archivum S. Congr. Prop. Fidei Ms. col 79, f. 367; Fermedžin, Starine XXIV, 27s.

103. 1637, 14 Maji, Justinopoli.

Petrus Morania episcopus Justinopolitanus in relatione Visitationis ad Limina Apostolorun S. Congregationem Concilii de statu dioeceseos certiorem reddens, refert.

„Seminarium puerorum omnino necessarium in tota provincia, et maxime in mea dioecesi existimo, et manibus maximo cordis dolore tango, quia cum villici totius provinciae sint linguae Illiricae, et pauperimi, immo et mendici, litteris callere non valent. Mea sententia esset, si licet eam proferre, ut alicui episcopo hujus provinciae sub ditione Dominorum Venetorum assignetur aliqua pensio, vel beneficia, quae tamen in tota provincia reperiri non credo, cum obligatione educandi et docendi aliquos pueros ex omnibus dioecesibus comprovincialibus eligendos, et ipse episcopus tenetur caeteris coepiscopis reddere rationen, vel cui Sacrae Congregationi melius visum esset. Quod profecto sanctissimum esset opus, et apprime necessarium ob maximam ignorantiam, ut dixi, hujusmodi clericorum, proquibus elaboravi in Volumen reducere omnes casus reservatos tum Jure Communí tum sacris Apostolicis Constitutionibus ac Conciliis, et ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide transmisi, ut approbato, si placet, opere, Illyrica typis in lingua mandaretur".

Authenticum in Archivo S. Congr. Concilii in Tabulario Vaticano; juxta excerptum, Crncicianum anni 1892.

104. 1637, Aemonien.

Jacobus Filippus Tomasini episcopus Aemoniensis (Cittanuova) de parocchia Materada in dioecesi refert:

„consiste in alcune case di contadini male tenute, queste ellegono il loro pievano di lingua slava".

Mons. Giacomo Filippo Tomasini vescovo di Cittanova, De' Commentarii storico-geografici della provincia dell' Istria, Libri otto, Trieste 1637. Lib. III, cap. 32, p. 294.

205. 1636—1638, Krašići Zagrabien.

Lucas Žalac plebanus in Krašići Zagrabiensis dioeceseos glagolita.

Colectio Lopašiciana; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, 1904, 82.

106. 1638, Ozalj Zagrabien.

Vicentius Plešić plebanus ecclesiae Omnium Sanctorum apud Ozalj Zagrabiensis dioeceseos glagolita.

Collectio Lopašiciana, cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj Za grabiae 1904, 83.

107. 1640, 3 Maji, Parentii.

Rugierius Tritonius episcopus Parentinus in relatione Visitationis ad limina Apostolorum S. Congregationem Concilii de statu dioeceseos certiorem reddens, refert:

„In pluribus villis, vicis, et nonnullis etiam parochialibus ecclesijs partim latino, partim Illirico idiomate divina celebrantur.

Authenticum in Archivo S. Congr. Concilii in Tabulario Vaticano; juxta excerptum Crncicianum anni 1892; ubi animadvertitur, eadem ab eodem episcopo anno 1670 et 1643 relata esse.

108. 1640, 12 Jannuarii, Tkoni.

Subcomissarius Petri Beruisii, neonominati abbatis comendatarii SS. Cosmae et Damiani O. S. B. in monte Tkonensi Jadrensis dioeceseos, possessionem comendae sumit postquam, ut ipse dicit:

„intimavi litteras apostolicas supra comendam predictam, expeditas sub dato Romae pridie Idus Junij 1632 (sic!), et ad clariorem dictorum monachorum intelligentiam ac notitiam substantialiter Illyrico idiomate exposui utque interpretavi seriem dictarum litterarum.“

Cfr. Jelić, Rogorske opatije in ephemeride Viestnik hrv. archeol. dr. N. S. III (1898), 85.

109. 1640, Romae.

Bartholomaeus Kašić S. J., Urbano Papae VIII. Rituale Romanum, praecipiente eodem Pontifice lingua croatica vulgari versum, S. Congregationi Propagandae Fidei anno 1646 typis editam, dedicat.

Urbano VIII. Pont. Max. Bartholomaeus Cassius Dalmata Foelicitem. Prudentia ac pijssimo consilio factum est, Beatissime Pater, ut Rituale Latinum fieret Illyricum, Te praecipiente, et expetitum a tota Natione in lucem ederetur. Perdifficile enim erat Illyricis Sacerdotibus non paucis Sacros Ritus Latino eloquio scriptos intelligere, eosque in praxi exercere, apud quos non ea Latinae linguae viget eruditio, ut possint, exsequi praescripta rite, recteque, sicut oportet. Meum itaque fuit Sacra jubente Congregatione (De Propaganda Fide), cum adhuc essem in Basilica Vaticana Poenitentiarus Illyricus, diuturno labore in paene infinita idiomatis Illyrici varietate prescribere communiori dialecto Illyricis, quod Latinis sermo latinus praescripsit. — — Ditissimus profecto thesaurus Ecclesiae Illyricae erit Sacrorum Rituum Rituale effectum Illyricum, quo et gens universa ditabitur, et catholica fides in latissimis provinciis propagabitur. —

Mel Comedat Slavus, bona sunt dulcissima mella:
Nil comedet Sacris dulcius eloquiis.
Mel Sacrum praebe Slavis — Leo Pater — vulucris:
Dalmata mel poscit; ter sacra Verba dato.
Mel Verbum Verbi, Patrisque; hoc Spiritus Almus
Dat scriptum: Illyricis Trina redonet Apis.

Rituale Romanum Urbani VIII. Pont. Max. iussu editum Illyrica lingua — Romae a Typographia Sac. Congregationis de Propaganda Fide, MDCXL.

110. 1640, Barbanae Polen.

In archivo ecclesiae parochialis Barbanae Polensis dioceseos, „quattuor libri magni Illyrici in charta pergamena", inventario tunc confecto, conservari testantur.

A. Klodić, Slavische Sprache und Litteratur (in Istrien); in opere Die Oesterreichische Monarchie in Wort und Bild, Bd. Küstenland, 242.

111. 1640, Vrhovci Zagrabien.

Martinus Juretić plebanus in Vrhovci Zagrabiensis dioeceseos, glagolita.

Collectio Lopašiciana, Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae, 1904, 83.

112. 1625—1641, Veprinac Polen.

Documenta, quae in archivo parochiali Veprinac Polensis dioeceseos asservantur, characteribus glagoliticis conficiuntur.

A. Klodić, Slavische Sprache und Litteratur (in Istrien); in opere Die Oestereichische Monarchie in Wort und Bild; Bd. Küstenland, 242.

113. 1641, Dubovec Zagrabien.

„Ecclesia s. Mariae in Dubovecz. (Parochus) Simon Maressich, glagolita".

Visitatio can. Archid. Cathedralis Zagrabiensis; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, 1904, 83.

114. Visoko Zagrabien.

„Ecclesia S. Trinitatis in Viszoka. (Parochus) Nicolaus Maressich, glagolita, scientia necessaria alias commode instructus".

Visitatio can. Archid. Komlek; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, 1904, 83.

115. 1641, Preseka, Lovrećina et Pribiće Zagrabien.

„Ecclesia S. Petri et Pauli in Priszeka. Georgius Maraszovich, glagolita — — qui simul etiam Lovrechinam tenet. — — Erat quoque in domo — — juvenem quemdam glagolitam, quem ipse ordinari hoc anno curaverat, et iam in archidiaconatu Goriczensi in Pribiche parochum ageret".

Visitatio can. Archidiaconi Kemlek; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae, 1904, 83.

116. 1641, Verbovec Zagrabien.

„Ecclesia S. Viti in Verbovecz. Mathaeus Szuchich, glagolita, qui dicitur a parochianis bonae et exemplaris vitae — — Missam quoque coram me sua lingua legit more romano, satis bene".

Visitatio can. Archidiaconi Kemlek; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae, 1904, 83.

117. 1642, Zaprudje Zagrabien.

Ecclesia' S. Clarae in Zaprudje. Parochus Franciscus Kučić, Dalmata, glagolita.

Visitatio can. Archid. Cathedralis Zagrabiensis; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae, 1904, 83.

118. 1642, Kravarsko Zagrabien.

„Ecclesia S. Crucis in Kravarska. (Parochus) Petrus Perusich, Dalmata, (glagolita)".

Visitatio can. Archid. Cathedralis, Zagrabiensis; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae, 1904, 83.

119. 1642, Zagrabiae.

Synodus dioecesana Zagrabiensis, non obstantibus statuto Concilii Provincialis Hungarici Tyrnavae anno 1630 celebrati ac decreto Urbani P. VIII anno 1635 lato (cfr. N. 98), ritum antiquissimum Zagrabiense conservare decrevit.

Tkalčić, Stari bogoslužni obred u stolnoj crkvi Zagrebačkoj, in ephemeride Katolički List, 1895, N. 23—27.

120. 1643, 23 Julii, Ragusii.

Archiepiscopus Ragusinus . . . . Larizzi in relatione ad S. Sedem refert, quum Collegium Ragusii ab episcopo Tribuniensi Thoma Budislavić fundatum visitaverat sex alumnos et sacerdotes lingua veteroslavica celebrantes adinvenerit, et quod:

„prohibui sacerdotibus celebrare lingua illirica missam absque licentia S. Congregationis."

Dr. K. Vojnović, Crkva i država u dubrovačkoj republici, Rad Jugoslavenske Akademije, Zagrabiae 1904, vol. CXIX, 139.

121. 1643, 16 Septembris, Romae.

Methodii Terlecki, episcopi Chelmensis et Belcensis, a S. Congregatione Propagandae Fidei expresse deputati, testimonium de Psalterio, in Breviario Glagolitico ab eadem S. Congregatione impri-

mendo ad Vulgatam, quantum phrasis Illyricae purae linguae, paleretur, a p. Raphaële Levaković Ordinis S. Francisci Minorum de Observantia provinciae Bosnensis et Croatensis accomodato.

Textus originalis apud Assemani Kal. Eccl. Un. IV, cap. §. 8 p. 116; Ginzel, Codex, 97; Prodan, Borba za glagolicu, Prilog B, 124 s.

122. 1644, 4 Octobris, Tkoni.

Introducitur in possessionem abbatiae SS. Cosmae et Damiani O. S. Benedicti in monte Tkonensi Jadrensis dioeceseos abbas comendatarius Stephanus Gradi, postquam in eadem ecclesia litterae apostolicae sub dato Romae 22 Aprilis 1643 monachis „Illyrico idiomate" explicatae sunt.

Cfr. Jelić, Arhiv Rogovske opatije in ephemeride Viestnik hrv. arheol. dr. NS. III (1898), 86.

123. 1644, Petenen.

Antonius Marentinus episcopus Petenensis in relatione Visitationis ad Limina Apostolorum S. Congr. Concillii de statu dioeceseos certiorem reddens, refert:

„Populus Illyrica lingua utitur, aliqui tamen etiam Italicam colunt. — Sacerdotes omnes, unico excepto, missas Latina lingua celebrant, hactenus Illyrica, quod ut omnino excludatur, non admittuntur ad Sacros Ordines qui non callent bene latinam".

Authenticum in Archivo S. Congr. Concilii in Tabulario Vaticano; juxta excerptum Crncicianum anni 1892.

124. 1631—1645, Parentin.

In dioeceseos Parentinae Visitatione Generali Canonica: „Villanova sia comprato un messale latino et un altro slavo et un schiavetto."

Excerpta ex Visitationibus Generalibus Canonicis episcopi Rogeri Tritonii Pesante, La liturgia slava, 126.

125. 1645, Parentin.

In Visitatione Generali Canonica dioeceseos Parentinae episcopo Joanni Baptistae de Giudice, interrogati respondent:

Andrea Pert, Pievano in Pisinvechio: „Havere il Scrutinium, Breviario e Messale".

Parroco di Sbandati e Zuane Sincich Pievano di S. Giovanni di Sterna: „Non haver altri libri per studiare se non un Messale, Breviario et Scrutinio sclavonico".

Capellano Sgombich di Sbandati: „Non haver altri libri, se non le Vite dei Santi, Breviario Illyrico et un librette cirilliano".

Parroco di Caroiba Bubanovich: „Haver alcuni libri di mano illiricamente come anco alcuni stampati nel carattere di S. Cirillo continenti le prediche delle Domeniche dell' anno".

Archivum epis. Parentinum, Ms. Acta Visitationis Generalis I. B. de Giudice.

126. 1645, Okić s. Maria Zagrabien.

„Ecclesia s. Maria in Kliuka Okich, Missale glagoliticum"

Visitatio Archid. Cathedralis Zagrabiensis; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae 1904, 83.

127. 1645, Krašići Zagrabien.

Georgius Tkalčić glagolita plebanus in Krašići.

Collectio Lopašiciana; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae, 1904, 83.

128. 1647, 15 Junij, Parentii.

Joannes Baptista de Judice episcopus Parentinus in relatione Visitationis ad Limina Apostolorum S. Congr. Concilii de statu dioeceseos certiorem reddens, refert:

„In aliquibus ecclesiis parochialibus Illyrico etiam idiomate divina celebrantur".

Authenticum in Archivo S. Congr. Concilii in Tabulario Vaticano; juxta excerptum Crncicianum anni 1892; ubi animadvertitur eadem ab eodem episcopo 1659 et 1665 relata esse.

129. 1647, Ozalj Zagrabien.

In Ozalj Zagrabiensis dioeceseos parochus Matthaeus Rajković glagolita.

Lopašić, Oko Kupe; Korane, Zagrabiae 1895, 193.

130. 1648, Februarii, Romae.

Innocentius papa X approbat reformationem typicam Breviarii Glagolito-Romani a R. Levaković et M. Trlecki peractam et a S. Congregatione Propagandae Fidei editam, ad usum Illyricarum gentium longe lateque per Europam diffusarum.

Romanum Pontificem, cui ex dispositione divina omnium Orbis Ecclesiarum cura incumbit, sedulo decet invigilare, ut cuncta ad Ca-

tholicam fidem, divinumque cultum pertinentia, rite recteque in Ecclesiis praedictis peragantur; et praesertim ut sacrae Scripturae et alii Codices, qui fidei cultusque hujusmodi fundamenta, sacras preces, laudibus gratiisque Deo persolvendis, continent, quocumque tempore, vel idiomate, aut charactere conscripti sint, mendis atque erroribus plane careant, illisque omnino expertes ab omnibus habeantur. Quum igitur Illyricarum gentium, quae longe lateque per Europam diffusae sunt, atque ab ipsis gloriosis Apostolorum principus Petro et Paulo potissimum Christi fidem edoctae fuerunt, libros sacros jam inde a D. Hieronymi temporibus, ut pervetusta ad nos detulit traditio, vel certe a pontificatu fel. rec. Joannis Papae VIII. praedecessoris nostri, uti ex ejusdem data super ea re epistola constat, ritu quidem Romano, sed idiomate Slavonico, et charactere S. Hieronymi vulgo nuncupato conscriptos, opportuna racognitione indigere compertum sit: nos rec. mem. Urbani Papae VIII. etiam Praedecessoris nostri, qui Missale Illyricum emendatum juxta nuperrimas illius reformationes charactere Hieronymiano, ac lingua Slavonica typis vulgari mandavit, vestigiis inhaerentes de venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, negotio propagationis fidei per universum Mundum praepositorum consilio, venerabili fratri Raphaëli Archiepiscopo Achridae seu Prima Justinianae, mandavimus, ut Breviarum Illyricum, ante annos centum impressum, recognosceret, et ad formam Breviarii Romani Latini nuper a praedicto Urbano Praedecessore reformati in praedictam linguam Slavonicam redigeret. Quod quum idem Raphaël Archiepiscopus diligenter praestiterit, dictumque novum Breviarium Illyricum a peritis praedictae linguae, et in sacris litteris edoctis viris comprobatum fuerit: idciro nos motu proprio, ac ex certa scientia et matura deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, de simili praedictorum Fratrum nostrorum consilio, Breviarium praedictum tenore praesentium confirmamus et approbamus, typisque mandari jubemus.

Breviarium Romanum Slavonico idiomate jussu SS. D. N. Papae Innocentii X editum, typis S. Congregationis Propagandae Fidei Romae; Cfr. Assemani, Kal. Eccl. Un. I, Romae 1755, 118.

131. 1648, Romae.

Typis S. Congregationis Propagandae Fidei secunda editio Missalis Glagolito-Romani, iam a. 1631 editi [Cfr. N. 87].

Ljubić, Ogledalo književne povjesti jugoslavenske, Rieka 1864, I. 42.

132. 1648, Tyrnavae.

Concilium Hungaricum Provinciale iterum Tyrnavae 1648 celebratum, contra decretum Synodi Zagrabiensis diocesanae anno 1642 celebratae de conservando antiquissimo ritu Zagrabiensi, protestatur.

Tkalčić, Stari bogoslužni obred u stolnoj crkvi Zagrebačkoj, in ephemeride Katolički List 1895, N. 23—27.

133. 1649, Aemonien.

Episcopus Aemoniensis Jacobus Philippus Tommasini in Visitatione Generali canonica in Verteneglio:

„Che sia comprato un Messale schiavo [Slavo] per il servitio della Chiesa et un schiavetto per il detto servigio; e questo in termine di otto mesi aliter sia portato il Santissimo Sacramento da questa chiesa in un' altra".

Pesante, La liturgia slava 129, 139.

134. 1623—1649, Tragurii.

Pax Jordanus in opere „Elucubrationes", dum episcopi Traguriensis munere 1623—1649 fungeretur, composito, tam de usu communi vigenti liturgiae Glagolito-Romanae in Dalmatia et aliis regionibus, quam de usu linguae vulgaris in Epistola et Evangelio missa Latina durante, ex Joannis P. VIII concessione derivatis, testatur.

„.... certe apud nos in Dalmatia concessio Joannis VIII, est in viridi observantia; et ubi more Romano divina celebrantur officia, Epistola et Evangelium Illyrico idiomate populo interpratantur omnibus Dominicis diebus et festivis; nec non in Quadragesima, Vigiliis et Quatuor Temporibus; alibi vero tota missa et officia praefato idiomate celebrantur, prout et in multis aliis regionibus. Et sane usus jam dictus interpretandi uberes producit fructus in populo, et praedicta omnia sub expresso S. Sedis Apostolicae beneplacito praestentur, quae etiam pro sua materna incomparabili benignitate miserijs istarum partium compatiens, praeter alia subsidia, Missalia, Breviaria, Ritualia, et hujusmodi propriis sumptibus impressa, liberaliter egentibus impertitur".

Pacis Jordani Vincentini Episcopi Traguriensis, Elucubrationes diversae; I De Re Sacra, Venetiis typogr. Belloniana 1693, Lib. II, Tit. I De Sacrificio Missae, n. 335.

135. 1647—1649, Absoren.

Ex actis Visitationis Canonicae dioeceseos Absorensis ab archidiacono Jadrensi Valerio de Ponte peractae omnes ecclesias foraneas eiusdem dioeceseos liturgia Glagolito-Romana usas fuisse patet.

Decretum pro clero foraneo:

„dovrà mostrare le Bolle et possessi o altri documenti pubblici delle loro Pieve Parochie, Cure ed altri benefizi che possedessero; le lettere testimoniali degli Ordini e le licenze di poter confessare, se fossero confessori, il Rituale Romano illirico, la Dottrina Christiana.

Ordine da tenersi coi foranei: si facciano leggere caratteri latini.

Ordini per le ville di Lussin Grande e Piccolo. — Alli sacerdoti, che non hanno imparato fin hora legger caratteri Latini, le si proroga il termine ancora tre mesi à doverli imparare; sichè a suo tempo sa-

ranno di nuovo esaminati, altrimenti si sospenderanno a celebrazione Missae. Si provvedan di Breviario illirico riformato, del Rituale illiro."

Idem decretum latum est, cappellano de Belej, sacerdotibus Lossini Maioris et Minoris, Neresine, Beli, Susak.

„Decreti particolari per Lubenize", ex quibus patet ecclesiam hanc glagoliticam esse, parochum tamen ob imperitiam litterae slavicae, missam latinam legere; capellanum autem glagolitice.

„Decreto per Unie: L'amministrazione dei Sacramenti ed altri ordini il culto della Chiesa e delia disciplina ecclesiastica, dovrà farsi in conformità degli Ordini comuni, dei quali il capelanno dovrà pigliar copia del contenuto illirico, termine un mese".

Ex subscriptionibus actorum hos sacerdotes glagolitas esse patet: 1) plebanus Beli cum capellanis et sacerdotibus loci; 2) omnes sacerdotes Lossini Maioris et Minoris; idem curatos: 3) Dragozetić, 4) Ustrine, 5) S. Martini, 6) Cunski, 7) Puncta Crucis, 8) Susak, 9) Unie, 10) Belej, 11) S. Jacobi cum quatuor sacerdotibus; 22) Capellanum Lubenice.

Visitatio foranea dioeceseos Absorensis annis 1647 et 1649, a Valerio de Ponte Jadrensi Archidiacono peracta. Ms. authenticum in Archivo episcopali. Veglensi, p. p. 1, 2, 11, 195, 292, 298, 300, 302, 305 et passim; Cfr. Farlati, Illyricum Sacrum, V, 218.

136. 1649, Petrianac Zagrabien.

„Ecclesia S. Petri in Petrianecz. Parochus Thomas Duimović Dalmata", (glagolita).

Visitatio Can. Zagrabiensis; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae, 1904, 83.

137. 1648, Okić S. Maria et Gorica S. Maria Zagrabien.

In ecclesia s. Mariae de Okić parochus Georgius Rajković, glagolita; Liber glagoliticus unus.

Visitatio Can. Zagrabiensis; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae, 1904, 83.

138. 1649, OO. Sanctor. apud Ozalj Zagrabien.

Plebanus ecclesiae Omnium Sanctorum apud Ozalj Joseph Togunac glagolita.

Collectio Lopašiciana; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, 1904, 83.

139. 1630—1649, Brckovljani Zagrabien.

„Ecclesia s. Brictii in Bosiaco. Mathias Svaglich, glagolita. laudatur a parochianis. Glagoliticum suum missale habet".

Visitatio can. Archid. Cathedralis Zagrabiensis; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae 1904, 82.

140. 1642—1649, Kupinac Zagrabien.

„Ecclesia b. Virginis Mariae in Kupinacz. Petrus Ivichievich, glagolita — — qui a parochianis de vita honesta et officio divino laudem habet. — Habet librum Rituale lingua Illirica.“

Visitatio Archid. Cathedralis 1642, et Visitatio Canonica 1649; Cfr. Tkalčić, Slavensko begoslužje u Hrvatskoj, Zagreb, 1904, 83.

141. 1650, Tergestin.

Episcopus Tergestinus Antonius Marentinus in relatione Visitationis ad Limina Apostolorum S. Congregationem Concilii de statu dioeceseos certiorem reddens refert:

„Parochia Ternovae, patronus est S. Petrus Apostolus filiales numero 34, [nunc in Labacensi dioecesi] — regitur a Reverendo Pietro Abramich non ea qua cuperem diligentia, licet duos cooperatores vices utcumque adimpleat suas, praeter hos duos aliosposset, quorum primus in Prem Curatum agit sub titulo S. Jacobi Apostoli, alter vero in Poterai [Podgradje], qui aliam linguam praeter Illiricam sive Glagoliticam non callet, et tali celebrat et Sacramenta administrat. — Draguch parochia Sanctam Crucem colit, habet parochiam R. Andream Matcovich, utcumque idoneum, aetatis 90 annorum [qui] Illirico sive Glagolitico idiomate Missas celebrat et Sacramenta ministrat. — Savignacho parochia S. Georgij martyris patrocinio gaudet, parochum Matheum Marconaz habet, virum sufficientem cum cooperatore linguam Glagoliticam callente“.

Authenticum in Archivo S. Congregationis Concilii, in Tabulario Vaticano juxta apographum Crncicianum anni 1892.

142. 1650, Parentii.

In Synodo dioecesana Parentina tempore episcopi Joannis Baptistae del Giudice celebratae animadvertitur cap. I, quod „molti e quasi la maggior parte delli Curati, specialmente delle Ville non sanno ne intendono non pur la latina, ma neanco la volgar lingua italiana“; hac de causa episcopus, ut versio illyrica professionis fidei perficiatur et interdum Sacerdotes Illyrici per interpretem professionem fidei faciant statuit:

„Cap. VI Delli Sacramenti in Generale. — Non si usi altra materia ne cerimonie ne' riti nell' administratione dei Ss. Sacramenti che la consueta e descritta nel Cerimoniale e Rituale Romano, considerar, et avvertir molto bene i Schiavi [Slavi] a conformar in tutto e per tutto le loro Cerimonie col Rito Romano“.

Synodus Dioecesana Parentina anni 1650, Venetiis 1653; Cfr. Pesante, La liturgia slava, 120, 121.

143. 1650-c., Jadren.

Valerius de Ponte Archidiaconus ac Vicarius Archiepiscopalis ac Capitularis, liturgiam Glagolito-Romanam in Jadrensi Dioecesi sua aetate vigentem sic describit:

„Dioecesis Jadrensis patet in circuitu una cum insulis ad centum circiter millia passum. Triginta sex habet parochias, tredecim in continenti, reliquas in insulis adiacentibus positas, quae praesbyteris idiomatis Illyrici per concursum conferuntur, quorum regimine sacramenta populo administrantur ac religionis ratio edocetur. Privilegium celebrandi divina officia idiomate Illyrico, seu potius slavo, concessum fuit a PP. Joanne VIII. Svetopulcro, principi Moraviae, ut refert Baronius ad annum 880 Tom. X. Annalium."

Farlati, Illyricum Sacrum, V, 12.

144. 1650-c., in Istria.

In Istriam novi habitatores ex terris croaticis imigrant vel cum suis sacerdotibus glagolitis vel Glagolitam expetentes; ita ut in villis Istriae liturgia slavica propagari denuo coepit.

Bartoli, La liturgia slava nell' Istria, Parenzo 1893, p. 63, ad dissertationem T. Caenazzo I Morlacchi nel territorio di Rovigno, in Atti II (1885) p. 136, 139 et C. De Franceschi L' Istria, note storiche p. 365, n. 3.

145. 1634—1650, Jakuševac Zagrabien.

In Jakuševac Zagrabiensis dioeceseos parochus Vincentius Jeličić vel Jelačić glagolita.

Barlè, Archid. katedralni; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae 1904, 82.

146. 1650, 27 Februarii, Mahićno Zagrabien.

Bartholomaeus Tonković glagolita in plebaniam ad B. Virginem Mariam in Mahićno institutus, iuramentum croatice facit.

Liber Juramentum Zagrabiensis; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae, 1904, 84.

147. 1650, Stubica Gornja Zagrabien.

In capella s. Mathiae in Stubica Gornja Zagrabiensis dioeceseos Missale glagoliticum.

Visitatio Can Zagrabiensis; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae 1904, 84.

148. 1651, 4 Aprilis, Kupčina Zagrabien.

Bartholomaeus Tonkić glagolita in plebaniam s. Mariae Magdadalenae in Kupčina Zagrabiensis dioeceseos institutus, iuramentum croatice facit.

Liber Juramentum Zagrabiensis; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiac, 1904, 84.

149. 1652, 9 Novembris, S. Križ Zagrabien.

Michael Pavon glagolita in plebaniam S. Crucis Zagrabiensis dioeceseos institus, juramentum croatice facit.

Liber Juramentorum Zagrabiensis; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae, 1904, 84.

150. 1653, 5 Januarii, Karlovac Zagrabien.

In Missali glagolitico, quod in Bibliotheca „Sbor duhovne mladeži" Zagrabiensi asservatur, sacerdos Simeon Stanić glagoliticam adnotationem de rigore hiemis conficit.

Bibliotheca „Sbor duhovne mladeži" Zagrabiensis; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, 1904, 84.

151. 1653, Januario, Vrbovce Zagrabien.

Philipus Sikiri plebanus S. Viti de Varbova glagolita, coram Zagrabiensi episcopo juramentum croatice facit.

Liber Juramentorum Zagrabiensis; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, 1904, 84.

152. 1653, 25 Maii, S. Križ de Ozalj Zagrabien.

Nicolaus Šerbić glagolita in plebaniam S. Crucis de Ozalj institutus, juramentum croatice facit.

Liber Juramentorum Zagrabiensis; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, 1904, 84.

153. 1653, Ozalj Zagrabien.

Parochus iz Ozalj Zagrabiensis dioeceseos Georgius Katić glagolita.

Lopašić, Oko Kupe i Korane, 1895, 193.

154. 1654, Segnen.

Episcopus Segne et Modrusiae Petrus Mariani. „Romae accusatus fuit apud Sacram Congregationem, quod usum linguae Illyricae, sive

Slavonicae ab sacris arcere, proscribere, et omnino abrogare vellet; ob eamque causam [litteris S. Congregationis 14 Aprilis 1654] raeprehensus est, ut a veteri consuetudine movenda, rebusque novandis abstineret. Hanc accusationen egregie diluit, et nihil aliud sibi propositum fuisse declararit, nisi ut clerici et presbyteri cum Illyrico sermone studium etiam, cognitionemque latinae linguae maxime necessariam ecclesiae et dioecesi Seniensi, conjungerent. Haec ille in suis litteris ad Cardinalem Praesidem Sacrae Congregationis".

[Flumine 5 Septembris 1654].

Eminentissime et Reverendissime Domine Domine et Patrone Colendissime.

Litteras Eminentiae Vestrae datas ab Urbe die 14, Aprilis currentis anni, nunc primum die 30. Augusti mihi exhibitas cum summa reverentia et veneratione accepi; ita ille vir bonus, qui personam meam apud Eminentiam Vestram, et apud istam Sacram Congregationem detulerat quasi ego usum Illyricae linguae tollere et abrogare de facto intenderim, exhibere mandata Eminentae Vestrae aliquod mensibus hic apud se detenta vel timore male narratae rei, vel alia sibi consueta praerogatione ductus, retardavit. Profiteor igitur sincere et candide coram Eminentia Vestra et ista Sacra Congregatione, me nunquam intentionem huiusmodi tollendorum nimirum Illyricorum exercitiorum aut habuisse, aut habere; illud vero non inficior me horum meorumque Sacerdotum ruditate et suprema litterarum inscitia, qua laborant, inductum, ut scholas parvulorum latinas in singulis parochiis erigerem, quatenus hoc adjumento deinceps possint tantisper ad majorem rerum spiritualium cognitionem hi rudes, et omni cognitione divinarum rerum privati Sacerdotes et populi, ad Dei et ecclesiae gloriam, propriamque salutem assurgere. Non incongrue autem, quantum mihi quidem videtur, existimavi et Latinam linguam et Illyricam, earumque exercitia simul in iisdem hominibus et ecclesiis stare, et se mutuo compati posse; nam et in hae ipsa civitate Fluminensi, ex qua scribo, olim mea memoria, omnes Sacerdotes Illyricis solum, et vix aliis exercitiis utebantur; nunc utriusque adeo laudate et gloriose excellant, ut et Illyrici, et simul sint Latini; ipsaque Illyrica exercitia prorsus musice, et a concentum numerose decantent, cum gloria gentis, et civitatis ornamento. Accedunt et hac summae sequentes causae, quae necessariam in ecclesiasticis reddunt latinae linguae cognitionem in partibus Hungariae subjectis; quod nimirum generalibus in diaetis ecclesiastici viri, et mea ipsa dioecesis locum et vocem habeat; quod ius, et religionis catholicae ob votorum augmentum utilitas, sine latinae aliqua linguae notitia per meos retineri, et conservari nulla via aut modo potest. In comitiis enim illis publicis quotquot comparent ecclesiastici, tot viros doctissimos et sapientia claros est censere, non hos hujusmodi, quales hactenus fuerunt non solum re, sed et loquela carentes, agricolis potius habitu corporis pares, non Sacerdotibus similes. Alterum est, quod mea quoque dioecesis sigillum, fidem digni-

tatis apud nos vocatum, recentibus comitiis a regia Maiestate et regno obtinuerit, quo per veterem totius Sacrae Coronae, ab ipsis Sanctissimis regibus derivatam consuetudinem, potissime juridicarum litterarum scripturae, et acta saecularium magnatum, et notabilitatum, non alia, quam Latina lingua scripta firmentur, et per ecclesiasticos ipsos expediantur; quae latinitatis si absit cognitio, necesse est tam decoro, imo etiam suo tempore, et circumstantiis utili privilegio meam ecclesiam privari. Ulterius, si quod Deus avertat, pars haeretica Hungariae aliquando in tantum praevaleret, ut liberum exercitium eorum irreligionis etiam in Sclavonia et Croatia, quod in publicis comitiis toties, et non adeo pridem tentarunt, concedi deberet; necessum naturali modo esset hanc meam omni ex parte rudem dioecesim, quasi uno quodam ictu, momento temporis in catholica fide concidere et interire; ne nunc doctrina aliqua sacrarum litterarum, vel ejus notitia resistente. Cuius contrarium prorsus est in universa Hungaria, et hinc mihi vicina sub alio praelato Sclavonia: quibus in locis non solum praelati et Capitula, sed etiam parochi et capellani optimarum litterarum Philosophiae et Theologiae sunt passim periti, et in sacris concionibus, aliique exercitiis, spiritualibus apprime experti, ut quasi videre sit tot sapientes, quot Presbyteros, et quot Canonicos tot Doctores. Mea vero Dioecesis unica ex omnibus totius regni in obscuro litterarum, et tenebris obruta, ac sopita propter ignorantiam errorum matrem, meo summo dolore et afflictione delibescet, in qua per huiusmodi Sacerdotes et parochos pure Illyricos sacrae conciones et exhortationes nec fieri possunt ob inscitiam, nec ad praesens fiunt; sed neque ex talibus ulli ad sacras confessiones audiendas recte, uti opportet, assumi, nisi propter summam necesitatem valent; exemplo claro, quod non multos ante hinc annus, certus in mea dioecesi a 60. annis parochus inventus fuerit absolutionis formulam nescisse, quanto minus cempetenti modo poenitentis substantiam, et confessionem discernere. Latinitas porro adeo communis, et in tantum diffusa toto Hungariae regno existit, ut eam non solum majores, et Doctores, viri ecclesiastici et saeculares, verum etiam ipsi passim mechanici callere visantur; quanto magis illas his quoque in nostris locis Presbyteris et ecclesiasticis convenientior, et necessaria est; Eminentiae Vestrae, et aliis Eminentissimis Patribus dijundicandum relinquo. In eo etiam atque etiam instanter supplicans Eminentiis Vestris, ut quando majus aliquod Illyricum opus typo committere intendant, reddamus prius nos residentes Episcopi de eo certiores, qui nostrarum ecclesiarum necessitates et vulnera manu palpanus; sit enim alias, ut per aliquorum suggestiones (norit Deus ad quos illorum particulares fines, forte etiam promotiones) talia suggerantur, quae aerarium Sacrae Congregationis non modice minuunt, paucum autem, vel nullum in rebus spiritualibus efficient fructum; supponendum enim certo est Sacerdotes Illyricos raros, vel vix aliquos sibi hujusmodi librorum lectionibus et exercitationibus dare, quia hi nunquam assueuerunt discere, nec habitum discendi habui; utpote qui post assecutionem simplicis lecturae Breviarii, et Missalis, totos se agriculturae, vinetis, et hujusmodi aliis rebus dederunt. Haec habin, quae ad

gratiosum praeceptum Eminentiae Vestrae quam obsequiose et humiliter referrem, exoptans a Summo Deo Eminentiae Vestrae omnem felicitatem. Datum Flumine S. Viti die 5 Septembris 1654.

Eminentiae Vestrae humillimus et devotissimus servus

Petrus Mariani
Episcopus Segniensis et Modrusiensis.

Farlati, Illyricum Sacrum, IV, 144.

155. 15 Junii, Parentii.

Joannes Baptista de Judice episcopus Parentinus in relatione Visitationis ad Limina Apostolorum, S. Congregationem Concilii de statu dioeceseos certiorem reddens, refert:

„.... post Synodum, quam lingua Italica typis traditam Parochis meis tam Latini quam Illirici idiomatis pro eorum faciliori captu donaveram, postque tertiam generalem Dioecesis visitationem ad praesens esse refeverans".

Authenticum in Archivo S. Congr. Concilii in Tabulario Vaticano; juxta axcerptum Crncicianum anni 1892.

156. 1655, 26 Decembris, Justinopoli.

Baldasar Corniani episcopus Justinopolitanus in relatione Visitationis ad Limina Apostolorum S. Congregationem Concilii de statu dioeceseos certiorem reddens, refert:

„Constat omnino parva haec dioecesis urbe hac Justinopoli; — duobus oppidis Pirano et Insula; tredecimque pagis, neque amplis, neque populosis; ubi agrestes, sane rudes, lingua Illyrica utuntur, non pura, nec culta, sed notha spuriaque. Nomina pagorum barbarica scriptuque ac pronuntiatu Italis ardua, lubens hic praetermitto. — — Et qui curam in iis agunt presbyteri, non eas in titulum accipiunt, sed veluti capellani sunt ad nutum amovibiles. Hujusmodi sacerdotes Latine nesciunt, sed ne Italice quidem, nisi semibarbare atque intricate loqui norunt. Neque vero rerum ecclesiasticarum sunt admodum gnari. Tamen ob tenuitatem beneficiorum sermonisque Illyrici necessitatem cogimur iis uti..."

Authenticum in Archivo S. Congr. Concilii in Tabulario Vaticano; juxta excertum Crncicianum anni 1892.

157. 1605—1655, Zumesco Parentin.

Sacerdos Lubrovac in immissione in possessionem beneficii curati Zumesco dioecesos Perentinae emittit professionem fidei:

„in lingua Illirica, cum Italice loqui perfecte nescierit de verbo ad verbum interpretando Adm. R. P. Def. Antonio Ausserensi Guar-

diano Monachorum S. Andrea in Scopulo prope Rubinum Ordinis Minorum de Observantia."

Joannes Seorcovich in immissione in possessionem beneficii curati S. Vitalis e Cerion dioeceseos Parentinae emittit professionem fidei:

„in lingua Illirica, cum Italice loqui prefecte nescierit, de verbo ad verbum interpretando R.do Marco Zudiscovich, Plebano Collegiatae Ecclesiae S. Sophiae de Castro Duorum Castrorum".

Archivum episcopale Parentinum, Ms. Diversorum episcopi Lippomani 4 a. 1605 ad 1655; Cfr. Pesante, La liturgia slava, 118 s.

158. 1656, 16 Novembris Parentin.

Episcopus Justinopolitanus Baltassar Corniani in Visitatione Generali Canonica:

Costabona parrochus don Giorgio Gregorich: Adest Missale Romanum et more romano actenus celebratum est. Praesens Parochus primus attulit slavonicum et cum eo celebrat, qui novus abusus omnino est tollendus.

„Carcauzze, Michele Voch Plebanus: Interrogatus, „Se Celebri alla Romana in lingua latina; Rispose: Dico la Messa in schiavo [Slavo]. Cogitando quomodo per totam Dioecesim restituenda sit Missa latina prout antea erat ne contagio serpat per alias Villas."

Archivum episcopale Justinopolitam, Acta Mss. episcopi B.a Corniani vol. unicum 1653—1660; Pesante, La lingua liturgia slava, 131.

159. 1657, 19 Februarii, Pribići Zagrabien.

Andrea Dujmović glagolita in plebaniam de Pribići institutus iuramentum coram episcopo Zagrabiensi croatice facit.

Liber Juramentorum Zagrabiensis; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužbje u Hrvatskoj, Zagrabiae, 1904, 85.

160. 1657, 30 Maji, Radoboj Zagrabien.

Thomas Pribas glagolita plebanus in Radiboj Zagrabiensis dioeceseos coram testibus croatice jurat.

Liber Juramentorum Zagrabiensis; Cfr. Tkalčić, SlavenSko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae 1904, 85.

161. 1657, 11 Decembris, Plešivica Zagrabien.

Petrus Ivičević glagolita in plebaniam sv. Georgii sub monte Pleševica institutus, juramentum coram episcopo Zagrabiensi croatice facit.

Liber Juramentorum Zagrabiensis; Cfr. Tkalč;ć, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, 1904, 84.

162. 1658, 23 Aprilis, Justinopoli.

Baltasar Corniani episcopus Justinopolitanus in relatione Visitationis ad Limina Apostolorum S. Sedem de statu dioeceseos certiorem reddens, refert:

„.... in hac provincia, ubi sacerdotes admodum pauci iique idiote, male instituti, linguarnm omnium, praeterquam Illyricae, ignari — — Verbi Divini audiendi omnes universim cupidi, quod ego quotidie ubique praedicavi, tametsi, cum italice loquerer, et Latina Italice interpretarer, non usquequaque intellectus, non enim Italice nisi imperfecte sciunt."

Authenticum in Archivo S. Congr. Concilii in Tabulario Vaticano; juxta excerptum Crncicianum anni 1892.

163. 1658, Fočae Bosnen.

Qvoniam in Bosnia usus est, ut diebus festivis aliquae partes missae, videlicet: Gloria, Epistola, Evangelium, Passio et Pater Noster, cantentur primum latine dein et slavice, iuxta antiquam consuetudinem, et hac ratione sacer ritus nimium protractus saepe impediat, alias s. functiones necessarias, fr. Joannes a Foča sacerdos ordinis s. Francisci eiusdem provinciae Bosnae orat facultatem: ut deinceps dictis diebus festivis possit in missa solemni praedictae partes: Gloriae in excelsis etc. solum in lingua vulgari cantari, quemadmodum id et fratribus provinciae Dalmatiae concessum est.

„Beatissimo Padre. Correndo uso antico nella provincia di Bosna Argentina, soggetta intieramente al dominio turchesco, di celebrarsi colà il sacrrificio della messa in tutti gli giorni festivi doppiamente da sacerdoti di quel paese, cioè nel latino consueto e nel volgare illirico, tradotto da S. Girolamo e da S. Cirillo, e già determinato dalla Santa Sede Apostolica, in quello che appartiene alla „Gloria in excelsis Deo", all'„Epistole, Vangeli, Passione, Credo et Paternoster", in questa maniera: primo si dice latine „Gloria in excelsis", e poi subito si torna a dir volgare, e poi seguitano le orationi et epistola latina, e poi la tornino a dir volgare, et così l' evangelio etc., uno dopo l' altro, sia longo quanto si sia, etiamdio la passione delle Palme si legge due volte, primo latine e poi volgare; — rappresenta humilmente prostrato a santissimi piedi di V. B. fra Giovanni da Foccia sacerdote dell' ordine minore osservante del P. S. Francesco della detta provincia, le difficoltà in esperienza s' incontrano in così lunghe funzioni, e sono: Che essendo tenuti quei sacerdoti religiosi per obbligo della loro professione di recitare l' ufficio divino, e di celebrare la santa messa juxta ritum S. Romanae ecclesiae, gli convien leggere latinamente, come sta prescritto nel messale romano; poichè hanno cura d' anime, non essendo altri sacerdoti, che loro Minori Osservanti, celebrano per lo più in aperta campagna, ove spesse volte sovrastano pericoli di

pioggie, innondationi, d' incursioni nemiche di que' popoli Barbari, è necessità di amministratione sollecita di sagramenti à fedeli ne' rigori del verno e ne' bollori d' estate, oltre l' obbligo d' annunciare anche le feste, le indulgenze et i suffragi di santa chiesa nell' offertorio, ne siegue, che molte volte siano astretti que' popoli semplici e divoti partire che si complino le funtioni, e che il sacerdote anch' egli sia forzato mutilare il sacrifizio, o malamente ultimarlo. Per tanto supplica l' oratore la somma clemenza della S. V. degnarsi dispensare a sacerdoti della prenominata provincia di Bosna Argentina, che basti loro il celebrare solamente nel volgare illirico, — non si tratta di introito, Orationi o Sacri Canoni, ma solamente nell' esposto di sopra, cioè di „Gloria in excelsis" etc. già usato ab antiquo, come pure concesso a tutti gli sacerdoti della provincia di Dalmatia". (Ommissis).

Archivum S. Congregationes de Propaganda Fide, vol. 305, f. 60; Cfr. Ferdmedžin, Acta Bosnae, p. 489 n.o 1429.

164. 1659, 17 Aprilis, Parentii.

Joannes Baptista de Judice episcopus Parentinus in relatione Visitationis ad Limina Apostolorum S. Congregatiom Concilii de statu dioeceseos certiorem reddens, asserit:

„Sarcedotes partim Latino partim Illirico idiomate celebrant divina".

Authenticum in Archivo S. Congr. Concilii in Tabulario Vaticano; juxta apographum Crnicianum 1892 anni.

165. 1644—1659, Lipnik Zagrabien.

In Lipnik Zagrabiensis dioeceseos parochi glagolitae Martinus Čučić et Petar Semonović.

Lopašić, Oko Kupe i Korane, Zagrabiae 1895, 232.

166. Aprilii, Absoori.

Statuta synodalia quoad Clerum Glagoliticum Absorensis dioeceseos.

Decreta huius Synodi italica lingua pubblicanda „per intelligenza anco de semplici e perchè quasi tutti gli Ecclesiastici Illirici l' intendono„.

„XVIII. Prohibiscono che si celebri senza la Tavola delle Secrete, dispensando non meno gli Illirici, che possino celebrare senza la Tavola, che in Venezia non si trova in lingua illirica, sino che si possi aver da Roma.

Donniamo l' uso di alcuni Sacerdoti Illirici, che dovendo andar à celebrar la messa nelle Chiese lontane dall' habitato, ripongono l' acqua nel vino nelle loro abitationi, e di quello si servono poi all' Altare

senza aggiungervi altra acqua, il che essendo contra il rito della Santa Chiesa, li commandiamo" etc.

Acta Synodi Absorensis a Joanne de Rubeis episcopo celebratae ac typis edita Cardinali Dens patrono dedicata. Cfr. Farlati, Illyricum Sacrum, V, 220; Salata, L' antica diocesi di Ossero e la liturgia slava, p. 101.

167. 1660, in Istria.

Usus liturgiae Glagolito-Romanae in dioecesi Justinopolitana, Parentina, Aemoniensi ac Petenensi.

Dioecesis Justinopolitana „exigua duobus tantum oppidis continetur. Reliquae Parochiae tredecim sunt, et in his sacra Illyrico idiomate celebrantur, quamuis incolae Italicam linguam non ignorent; tamen plerique ex Illyrico huc commigraverunt, ac proinde lingua Illyrica fere loquuntur."

Dioecesis Parentina „ampla satis dioecesis est — — magna ex parte Illyrica utens lingua."

Dioecesis Aemoniensis „perangusta est. Sunt in ea oppida tria et vici decem, in quibus omnibus sunt parochiales ecclesiae, quarum Parochi sunt Illyrici et Illyrica lingua dioecesanos instruunt."

Dioecesis Petenensis. „Sacra plerisque in locis hujus dioecesis ob linguae Latinae imperitiam et sacerdotum inopiam Illyrico idiomate celebrantur."

Ughelli, Italia Sacra, 1660, V. 102, 227, 380, 395, 470.

168. 1661, mense Maji, Justinopolitan.

In Visitatione Generali Canonica dioeceseos Justinopolitanae episcopo Francisco Zeno praesentati sunt libri liturgici:

„Corte d' Isola: Messali due: uno schiavo [Slavo] et un latino; Rituale in schiavo [Slavo].

Carchuzze: Messali Numero 4: un latino e tre schiavi [Slavi] un Rituale.

S. Maria Villanova: Messali latini Numero tre e schiavi [Slavi] uno.

Pedena: Messali quattro, due schiavi [Slavi] et due latini.

Monte: Messali tre, uno de' quali in lingua schiava [Slava], un Rituale et un Schiavetto.

S. Pietro di Pason: Messali tre, uno schiavo [Slavo] et li altri due latini. Un Rituale et un Schiavetto",

Pesante, La liturgia slava, 132.

169. 1661, 1 Augusti, Justinopoli.

Franciscus Zeno episcopus Justinopolitanus in relatione Visitationis ad Limina Apostolorum S. Congr. Concilii de statu dioeceseos certiorem reddens, refert:

„Sex alia monasteria seu Religiosorum conventus sunt in civitate — — Minorum Observantiae Tertii Ordinis S. Francisci, qui lingua

Illirica sua exercent officia. — Reliqua dioecesis in quindecim parochias rurales dividitur quae a parochis partim titularibus et perpetuis, partim ad nutum amovibilibus gubernantur; universae tamen pauperimae. Cumque cultores Illiricae sunt linguae, Parochi, ut plurimum sunt rustici, et parum ad animarum Curam habiles, et saepe in errores incidunt. Quo fit, ut defectu et sacerdotum penuria, qui Illiricam linguam calleant, vel hujusmodi tollerentur, vel animadversio valde mitis evadat."

Authenticum in Archivo S. Congr. Concilii in Tabulario Vaticano; juxta apographum Crncicianum anni 1892. cfr. Curia episcopalis Tergest. Justinop. 1870, p. 90.

170. 1662, 28 Januarii, Mahićno Zagrabien.

Nicolaus Lasković glagolita in plebaniam B. Virginis Mariae in Mahićno institutus, juramentum croatice facit.

Liber Juramentorum Zagrabiensis; cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj. Zagrabiae, 1904, 85.

171. 1662, Mrežnica Zagrabien.

Michael Sršić glagolita plebanus S. Petri in Mrežnica Zagrabiensis dioeceseos.

Lopašić, Oko Kupe i Kovane, Zagrabiae 1895, 310.

172. 1662, Tergestin.

Antonius Marentinus episcopus Tergestinus in relatione Visitationis ad Limina Apostolorum S. Congr. Concilii de statu dioeceseos certioreddens, refert.

„In ecclesia PP. Societatis Jesu, quae est satis insignis et ampla, et singulis Dominicis et Festis diebus habetur Sclavonica concio horis matutinis."

Authenticum in Archivo S. Congr. Concilii in Tabulario Vaticano; juxta apographum Crncicianum anni 1892. — Eodem modo et in relatione episcopi Jacobi II. anni 1684: „a Patribus Societatis (Jesu) in propria ecclesia singulis diebus festiuis mane Sclavonica concio." Ll. cc.

173. 1663, Flumine Polen.

Episcopus Polensis capitulum S. Mariae castri S. Viti Flumine linguam slavicam in liturgia suprimere iubet.

„Il vescovo di Pola rinnovò l' ordine di adoperare la liturgia latina, permettendo però, che l' epistola ed il vangelo si cantassero in lingua illirica."

S. Kobler, Memorie per la storia della liburnica città di Fiume, Fiume 1898, I, 133.

174. 1664, 19 Januarii, Mekušje Zagrabien.

Nicolaus Lasković glagolita in plebaniam s. Jakobi in Mekušje Zagrabiensis dioeceseos institutus, juramentum croatice facit.

Liber Juramentorum Zagrabiensis; cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae, 1904, 85.

175. 1664, Lubenicae Absoren.

In Inventario ecclesiae parochialis Lubenicae anno 1644 confecto, libri liturgici glagolitici tantum recensentur:

„Messali illirici 1,
Rituali 2
Schiavetti 3
Breviario N. 2“

Inventarium in Archivo parochiali Lubenicensi.

176. 1665, 2 Martii, Zagrabiae (Završje).

Joannes Jakovač glagolita in parochiam s. Crucis in Zavrh, feudum comitis Petri Zrinski, coram episcopo Zagrabiensi, institutus, juramentum croatice facit.

Liber Juramentorum Zagrabiensis; cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, 1904, 85.

177. 1665, 1 Julii, Parentii.

Joannes Baptista de Judice episcopus Parentinus in relatione Visitationis ad Limina Apostolorum S. Congregationem Concilii de statu dioeceseos certiorem reddens, asserit:

„In universa Dioecesi partim Latino idiomate partim Illirico divina celebrantur“.

Authenticum in Archivo S. Congr. Concilii in Tabulario Vaticano; juxta apographum Crncicianum anni 1892.

178. 1665, Radoboj Zagrabien.

„Ecclesia ss. Trinitatis in Radoboj. Parochus venerabilis Thomas Vlassich glagolita, vir bonde vitae.“

Visitatio can. Zagrabiensis; cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae 1904, 85.

179. 1666, Belec Zagrabien.

„Ecclesia s. Georgii sub castro Belecz, Parochus Vincentius Jellačić, (idem ac in N. 145) glagolita.“

Visitatio can. Zagrabiensis; cfr. Tkalčić, Slavenskobogoslužje u Hrvatskoj; Zagrabiae, 1904, 85.

180. 1664 — 1666, Bednja Zagrabien.

Gaspar Kremenić glagolita, capellanus in Bednja Zagrabiensis dioeceseos.

Visitatio can. Zagrabiensis; cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje a Hrvatskoj' 1904, 85.

181. 1667, Sophia in Bulgaria.

Archiepiscopus Sophiensis Petrus II litteris ad S. Congregationem Propagandae Fidei de statu dioeceseos referens, inter alia testatur:

„duo millia fere Catholicorum multa ferventium pietate degunt Chiprovatii (in Bulgaria). Divinae liturgiae Ritus latinus est; in qua tamen Epistola et Evangelium lingua Slavonica leguntur."

Coleti, Illyricum Sacrum VIII, 73.

182. 1667-c., Romae.

Joannes Paštrić canonicus S. Hieronymi Illyricorum vel Slavonorum de Urbe testatur, consuetudinem ab immemorabili in eadem ecclesia S. Hieronymi de Urbe vigere tam sacerdotes saeculares quam regulares missam Glagolito-Romanam celebrare; fidelesque ad missam slavicam numerosiores sacrorum sua lingua audiendorum et maioris satisfactionis causa accedere.

Ms. Memoriale Joannis Paštrić in Archivo Congregationis S. Hieronymi Illyricorum de Urbe; cfr. Jelić, L Istituto croato a Roma, Zara 1902, 30.

183. 1645 — 1667, Parentin.

Episcopus Parentinus Josephus De Giudice in Visitatione canonica dioeceseos decrevit:

„Abrega; sia comprato un Missale latino.... sia provvisto d'un Breviario illirico nuovissimo.

Foscolino: Sia comprato un Messale novo; sia provvisto di segnacoli il Messale illirico."

Excerpta ex Visitationibus Generalibus Canonicis episcopi Joannis Baptistae del Giudice; Pesante, La liturgia slava, 126.

184. 1668, 28 Octobris, Mrežnica Zagrabien.

Nicolaus Lasković glagolita in parochiam s. Petri in Mrižnica institutus, coram episcopo Zagrabiensi iuramentum croatice facit.

Liber Juramentorum Zagrabiensis; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, 1904, 85.

185. 1668, Mrežnica Zagrabien.

Joannes Skavurin glagolita, parochus in Mrežnica Zagrabiensis dioeceseos.

Lopašić, Oko Kupe i Korane, Zagrabiae 1895, 310.

186. 1668, Trg Zagrabien.

„Ecclesiae OO. SS. in Trgh. Missalia tria glagolitica".

Visitatio can. Zagrabiensis; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae 1904, 85.

187. 1668, Dubovac Zagrabien.

„Ecclesia S. Michaelis in Dubovacz. Missale glagoliticum."

Visitatio can. Zagrabiensis; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae 1904, 86.

188. Aemonien.

Episcopus Aemoniensis Georgius Darminio in Visitatione generali canonica dioeceseos decrevit:

„Berda: Siano comprati un Rituale, un Messale et un Schiavetto."

Pesante, La liturgia Slava 139.

189. 1553—1669, Lovrečina Zagrabien.

Nicolaus Ninjanin glagolita in plebaniam S. Laurentii in Lovrečina die 5 Aprilis 1653 juramentum coram episcopo Zagrabiensi croatice facit. — Anno 1669 synodo dioecesanae adest: „homo senex glagolita."

Liber Juramentorum Zagrabiensis; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae, 1904, 84.

190. 1669, Sv. Ivan Žabno Zagrabien.

In ecclesia S. Joannis de Žabno Zagrabiensis dioeceseos „parochus Paulus Zorčić, Graeci ritus" (id est Graeco-Slavici Ritus uniti).

Ms. Ecclesiastica IV. 8, 170 in Archivo archiepiscopali Zagrabiensi; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae 1904, 86.

191. 1670, Nonae.

Franciscus de Grassis episcopus Nonensis in relatione de statu dioeceseos ad S. Sedem porrecta, de usu liturgiae Glagolito-Romanae haec habet:

„Sacerdotes quotquot [in dioecesi Nonensi] sunt Illirico Idiomate et celebrare et psallere assueti, plerique tamen ipsa Breviarii et Missalis inopia, utrumque negligunt."

Mss. Monumenta ecclesiastica c. Nonensis, ab episcopo Nonensi Francisco de Grassis anno 1675 authentica forma collecta, p. 327—330. In Archivo Archiepiscopali Jadrensi: „Liber Rubens Nonensis".

192. 1667—1670, Parentin.

In Visitatione Generali Canonica dioeceseos Parentinae tempore episcopi Nicolai Caldanae decretum est:

„Mompaderno: Sia comprato un missale latino et un schiavetto.
S. Giovanni di Sterna: sian provvisti due messali novi, un latino et uno illirico con sui signali.
Novaco: Sia provvisto un ritual nuovo latino et uno illirico.
Zumesco: Sia provvisto di due messali, uno latino et uno illirico.
Caroiba: Siano provvisti due messali novi, un illirico et un latino.
Raccole: item.
Villanova: item:
Abrega: Sia provvisti due missali, un latino et un Schiavo.
Fontane: Sia provveduto un schiavetto."

Excerpta ex Visitationibus Generalibus Canonicis episcopi Caldanae; Pesante, La liturgia Slava, 126.

193. 1671, Romae.

Cardinalis Joannis Bonae de origine liturgiae Glagolito-Romanae ac de usu communi vigenti sua aetate in Istria, Liburnia ac Dalmatia littorali, sententia.

„§. IV. Quae gentes lingua Illyrica Missas agant. Aliae nationes sunt, quae quamvis alterius linguae sint, Graecorum tamen ritibus adhaerent — — —. In Istria vero, in Liburnia, et in Dalmatia littorali, Missa et alia officia lingua quoque Sclavonica celebrantur, sed ritus Romanus est. Coepit autem haec lingua in Sacris Ecclesiae functionibus audiri seculo nono — —. Eodem seculo nono S. Methodius Moraviae Apostolus vixit, qui litteris Sclavonicis a Constantino quodam Philosopho repertis eam gentem instruxit, Deique laudes decantare docuit; tum Joannes VIII Romanus Pontifex Epist. 247. „ad Sfentopulchrum Moraviae Comitem" scripta anno 880, Missas in ea provincia lingua Sclavonica cantari permisit, dummodo Evangelium prius Latine, deinde Sclavonice legeretur. — — In provinciis tamen supra nominatis dudum recepta consuetodo praevaluit."

Cardinalis Bona, Rerum Liturgicarum libri duo, Romae 1671, Lib. I, Cap. IX §. 4; Augustae Taunorinorum 1748, 1, 151.

194. 1671 c., in Serbia.

Stephanus Gaspari Serbiae Visitator Apostolicus, S. Congregationem de Propaganda Fide de statu dioecesum Scopiensis et Prizrenensis certiorem reddens, iuxta relationen duorum parochorum usum Evangelistarii Illyrici in Missa Ritus Romani in universa Serbia vigere testatur.

A. „Relazione di prete Giovanni Culinovich curato di Scopia et quondam alunno del collegio di Fermo.

Scopia non vi è chiesa di Latini. —

Tiene bisogno d' un Evangelistario Illyrico cantandosi per tutta la Servia l' evangelio e l'epistola in Illyrico nella messa di Rito Romano.

Cratovo è distante da Scopia da 15 miglia — ha bisogno di nua pianeta, Messale, Rituale ed Evangelistario Illyrico. —"

B. „Relazione del P. fra Bernardino dell' Osservanza curato di Monte Negro.

— Monte Negro è discosto da Scopia da 25 miglie. — Tiene bisogno d' una pianeta, Misale, et Evangelistario Illirico. —

A Monte Novo (non longe a Janjevo) — — Tiene bisogno questa chiesa — di un Evangelistario Illyrico.

— Pristina — — Ha bisogno di un calice, Missale, Rituale et Evangelistario Illyrico. —

— Appartine di fin alla cura di Pristina la terra di Vuciterna [Vučistrn] discosta miglia otto. — Ha bisogno di — Missale e d' un Evangelistario Illyrico".

Fermedžin, Izprave tičuće se Crnegore i Stare Srbije, Starine Jugosl. Akad. XXV (1892), 197—199.

195. 1672, Kamenica Zagrabien.

„Kamenicae Zagrabiensis dioeceseos parochus Bernardus Kurill, Dalmata, glagolita".

Visitatio can. Zagrabiensis; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae 1904, 86.

196. 1672—1683, Maruševac Zagrabien.

In Maruševac Zagrabiensis dioeceseos parochus Thomas Duimovich, Dalmata, glagolita.

Visitatio can. Zagrabiensis; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae, 1904, 86.

197. 1673, 29 Maji, Parentii.

Alexander Adelasius episcopus Parentinus in relatione Visitationis ad Limina Apostolorum S. Congr. Concilii de statu dioeceseos certiocem reddens, refert:

„In universa dioecesi, quae in statu Veneto et Austriaco dividitur, partim Latino idiomate partim Illirico divina celebrantur."

Authenticum in Archivo S. Congr. Concilii in Tabulario Vaticano; juxta apographum Crncicianum anni 1892; ubi animadvertitur eadem relata esse ab eodem episcopo anno 1679 et 1699.

198. 1673, Pleševica Zagrabien.

In ecclesia S. Georgii sub monte Plešivica: „Parochus R. D. Petrus Ivichievich, glagolita, vir vitae bonae et diligens in suis, licet homo senex. Laudatur ab omnibus — —"

Visitatio can. Zagrabiensis 1673; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae, 1904, 84.

199. 1673, Veliki Bukovac Zagrabien.

In Veliki Bukovac Zagrabiensis dioeceseos „plebanus Gasparus Klemenich, glagolita".

Visitatio can. Zagrabiensis; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae 1904, 86.

200. 1668—1673, Pribić Zagrabien.

„Ecclesia S. Xisti in Pribich. Parochus R. D. Nicolaus Laczkovich (non identificandus cum omonimo N. 201), glagolita, vir bonus et vitae bonae".

Visitatio can. Zagrabiensis; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, 1904, 85.

201. 1674, Mrežnica Zagrabien.

In Mrežnica parochus „Nicolaus Laczkovich, glagolita, contra quem nulla data est querela." (Cfr. N. 200).

Visitatio can. Zagrabiensis; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae, 1904, 85.

202. 1674. Hrnetić Zagrabien.

„Ecclesia s. Martini in Hernetich. Missale glagoliticum antiquum."

Visitatio can. Zagrabiensis; Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae, 1904, 86.

203. 1675, 24 Junii, Parentii.

Alexander Adelasius episcopus Parentinus in relatione Visitationis ad Limina Apostolorum S. Congr. Concilii de statu dioeceseos certiorem reddens, refert:

„In universa Dioecesi partim Latino idiomate partim Illirico divina celebrantur".

Authenticum Archivo S. Congr. Concilii in Tabulario Vaticano; juxta excerptum Crnincianum anni 1892; ubi animadvertitur eadem ab eodem episcopo anno 1699 relata esse.

204. 1675, Parentii.

In Synodo dioecesana Parentina tempore Adelasii episcopi duo examinatores promovendorum ad beneficia parochialia pro lingua illyca nominantur; ac observatio Rubricarum Missalis Romani ac Ritualis inculcatur: „ai riti contenuti nel Rituale Romano, al quale dovranno conformarsi anco quelli della lingua illirica".

Synodus Dioecesana Parentina anni 1675; pag. 13 et passim ; Cfr. Pesante, La liturgia slava, p. 119, 121.

205. 1675, Tragurii.

Relationes Joannis Pauli Garzoni episcopi Traguriensis ad S. Sedem de statu dioeceseos ac de usu linguae slavicae in liturgicis.

„In tota dioecesi sunt paroeciae, sive curae animarum. In civitate, et cathedrali prima est Archipresbyteri. Secunda in villa ad dimidium milliaris, Seghetto [Seget] appellata. Tertia Bossiglinae [Marina], terrae et arcis episcopalis iurisdictionis. Quarta scopuli Zironae [Drvenik]. In insula duae, videlicet villarum Xedno [Zedno] et Ochruch [Okrug]. Quatuor tandem in ruribus castrorum jam descriptorum (idest: Victurium [Lukšić], Castrum Vetus [Kaštel Stari], Novum [Kaštel Novi] et Staphileorum [Štafilić]). — —

In Adventu singulis diebus festivis, materno, hoc est Slavo sermone fit concio, praedicatorque ab episcopo eligitur, et merces pro labore satisfit ab eodem. In Quadragesima vero cunctis diebus verbum Dei annuntiatur, sed alternis vicibus, lingua italica pro Episcopo, et civitatis Rectoribus Venetis. — Inter Missarum autem majorum sollemnia in cathedrali et in paroeciis, lectiones epistolarum, et evangelia toto anno Illyrice interpretantur".

Farlati, Illyricum Sacrum, IV, 431—434.

206. 1669—1677, Plešivica Zagrabien.

„Ecclesia s. Georgii supra Jaskam. Parochus Petrus Ivičević, senex, glagolita".

Ms. Ecclesiastica IV, 8, 170; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae, 1904, 86.

207. 1669—1677, Vrhovci Zagrabien.

„Ecclesia S. Cosmae et Damiani in Verhovczi. Mathias Rajkovich, glagolita, vineas de novo implantavit." Adest Synodo dioecesanae anni 1669.

Visitatio can. Zagrabiensis; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae, 1904, 86.

208. 1672—1677, Radoboj Zagrabien.

„Ecclesia ss. Trinitatis in Radoboj. Parochus huius ecclesiae est venerabilis Thomas Vlasich, qui Illirico idiomate sacrum celebrat. — — Parochus iam ab anno 21 (idest 1656), annorum 64, scientiae in sua lingua commodae, in administratione Sacramentorum diligens".

Visitatio can. Zagrabiensis; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae, 1904, 86.

209. 1674—1679, Mrežnica Zagrabien.

Mrežnicae Zagrabiensis dioeceseos parochus Joannes Vrbanić glagolita; 9 Junii 1679 defunctus.

Lopašić, Oko Kupe i Korane, Zagrabiae, 1895, 310.

210. 1680, Bosiljevo Zagrabien.

Joannes Herendić glagolita capellanus in Bosiljevo Zagrabiensis dioeceseos.

Lopašić, Oko Kupe i Korane, 1895, 70.

211. 1680, Dolinae Tergestin.

Urbarium ecclesia S. Servuli Dolinensis parochiae Tergestinae dioeceseos, characteribus glagoliticis, iam anno 1583 confectum, iterum conscribitur.

A. Klodić, Slavische Sprache und Litteratur (in Istrien); in opere Die oesterreichische Monarchie in Wort und Bild, Bd Küstenland, 243.

212. 1683, 15 Maii, Parentin.

In Visitatione generali Canonica dioeceseos Parentinae episcopus Adelasius in parochia S. Joannis de Sterna:

„Decretò S. S. Ill.ma e R.ma de caetero resti prohibito a questo presente Pre Zoanni Bertossa il celebrare la Messa Latina, dovendo celebrarla solo in illirico sotto pena arbitraria."

Archivium episcopale Parentinum Ms. Acta Visitationis generalis Adelasio; Pesante, La liturgia slava, 108.

213. 1668—1683, Vrhovci Zagrabien.

„Ecclesia ss. Cosmae et Damiani in Verhovczi. Missale glagoliticum. Item libri Churilicza duo".

Visitatio can. Zagrabiensis; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae 1904, 86.

214. 1684, 27 Septembris, Spalati.

Spalatensis archiepiscopus Stephanus Cosmi petit a Cardinali Cibo libros et missionarios illyricos.

„Emo. et Rmo. Sig. Cardinale Cibo, padrone colendissimo ! — — Io devo a questo passo supplicare umilmente Vostra Eminenza, che si degni procurare dalla clemenza di S. Santità cibo spirituale all' anime di questi popoli, — voglio dire un gran numero di dottrine cristiane in lingua illirica, delle quali abbiamo estrema necessità. — —

Ma se abbiamo carestia di dottrine cristiane, l' abbiamo altresì di sacri dottori, cioè l' operarii evangelici; ma si potrebbe provedere in qualche modo, quando ritornassero in provincia i sacerdoti nazionali, sì regolari che secolari, e tra questi quei specialmente, che sono stati edueati nel colleggio Illirico di Loreto.

Spalato 27 Settembre 1684. Di V. E. — — Stefano Arcivescovo di Spalato.

Theiner, Mon. Slavorum Meridionalium. II, 222.

215. 1677—1684, Riečica Zagrabien.

„Ecclesia s. Joannis Baptistae in Rechicza. Administrat hanc parochiam venerabilis Nicolaus Laczkovich, glagolita, — — homo iam provectae aetatis, laudatur a populo de diligentia in Sacramentorum administratione, neque potui quid contra vitae honestatem de eodem audire".

Visitatio can. Zagrabiensis; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogošlužje u Hrvatskej, Zagrabiae, 1904, 86.

216. 1685, 1 Maji, Parentii.

Alexander Adelasius episcopus Parentinus in relatione ad Limina Apostolorum S. Congregationem Concilli de statu dioeceseos certiorem reddens, asserit:

„In aliquibus Ecclesiis Parochialibus Illirico idiomate divina celebrantur."

Authenticum in Archivo S. Congr. Concilii in Tabulario Vaticano, juxta excerptum Orncicianum anni 1892; ubi animadvertitur eadem relata fuisse ab ab eodem Episcopo 1689, 1695, 1706.

217. 1683—1685, Okić s. Maria Zagrabien.

„Ecclesiae b. Virginis Mariae sub castro Okich, Missale Glagoliticum."

Visitatio can. Zagrabiensis; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae, 1904, 87.

218. 1686, 2 Februarii, Venetiis.

Archiepiscopus Spalatensis Stephanus Cosmi a Cardinali Cibo impressionem Breviarii Glagolitici Romae accellerari rogat.

Emo. e Rmo. Sig. Card. Cybo!

— — Dall' alimento de' corpi passerò con un breve riverente cenno a quello degli animi, ch' è l' oratore: sono dal tempo consumati i breviarii di stampa Illirica a tal guisa, che gran parte di quei sacerdoti n' è priva — — ho fatte humili istanze alla S. Congregazione de Propaganda; ma quella stampa camina appunto con piedi di piombo per colpa degli operarii, non ostante il fervore di chi comanda. L' autorità di V. E. può dare all' opera un vigoroso eccitamento, come La supplico con tutto il rispetto. — —

Venezia 2 Febrajo 1686.

Di Vostra Eminenza — —
Stefano Arcivescovo di Spalato.

Theiner, Mon. Slavorum Meridionalim II, 224 s.

219. 1686, 2 Octobris, Mrežnica Zagrabien.

Neomista Jacobus Stipanović glagolita celebrat primam Missam in ecclesia S. Petri Mrežnicae Zagrabiensis dioeceseos; et hoc in Matricula Baptizatorum croatice adnotat.

Lopašić, Oko Kupe i Korane, Zagrabiae 1895, 311.

220. 1686, Završje Zagrabien.

„Ecclesia s. Crucis in Zaversie. Parochus non habet ministrum latinum, sed quidam rusticus ipsi respondet glagolitice, prout olim Glagoliticis."

Visitatio can. Zagrabiensis; Cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslušje u Hrvatskoj, Zagrabiae, 1904, 87.

221. 1687, 15 Octobris, Justinopolitan.

Paulus Naldini episcopus Justinopolitanus in relatione Visitationis ad Limina Apostolorum S. Congr. Concilii de statu dioeceseos certiorem reddens, refert:

„Suo non desunt muneri parochi, quorum quisque pro viribus desudat; cum enim incolae locorum aliam non calleant ltnguam, quam Illiricam, non est tam facile adinvenire viros omnibus numerir absolutos, qui eodem idiomate sacrum celebrent, eisque sacramenta administrent."

Authenticum in Archivo S. Congr. Concilii in Tabulario Vaticano; juxta apographom Crncicianum anni 1892.

222. 1673—1687, Zagrabiae.

Synodus dioecesana sub episcopo Borković celebrata, quoad conservationem Ritus Zagrabiensis antiquissimi decernit: „Synodus Ergheliana, Draškoviciana et Vinkoviciana (cfr. N. 98, 119) ac praecedens (1669) Borkoviciana confirmantur,“

Farlati, Illyricum Sacrum, V, 586; Cfr. Tkalčić, Stari bogoslužni obred u stolnoj crkvi Zagrebačkoj, in ephemeride Katolički List 1895, N. 23—27.

223. 1688, Romae.

Epistola Joannis Paštrić ad Praesules Dalmatiae, qui impressum olim anno 1648 Breviarium Glagolito-Romanum, iterum typis evulgari rogaverant:

„Quum vero iterum ob defectum exemplarium, nova Vestra pietas exposceret a S. Congregatione de Propaganda Fide impressionem, novum debebat Levacovich [qui scilicet editionem anni 1648 curaverat] revocare: ab illo enim tempore 1648: ad hoc 1688. XXI officia nova de Praecepto, XII ad Libitum creverunt. Praeterea quum essent olim ad Libitum, de Praecepto esse coeperunt et novas requirunt Rubricas. Quis enim Typographiae correctioni operam navaret? Quis versionem meditaretur pristinae consentaneam? Placuit tandem Eminentissimis Dominis vestris petitionibus fieri satis, et opus aggredi qualecumque illud esset pro temporis conditione, panem si non nitidum, qualem cumque tam esurientibus frangere. Mihi hanc Spartam, post inceptum ab alio quoque Spalatensi ingenioso ac docto viro laborem texendam dedere, repugnantibus meis curis. Supposui tamen rogatus homeros, ne penitus opus collaberetur.“

Ulterius vero Karaman linguisticas difficultates, quas nactus est, exponit; ac de Levakovićianae versionis anni 1618. magno praetio.“

M. Karaman, Identità etc. num. XIII. Archivum S. Congr. Prop. Fide; Cfr. Assermani, Kal. Eccl. Un. IV, cap. IV. §. 1.

224. 1688, Romae.

Typis S. Congregationis Propagandae Fidei, opera Josephi Paštrić Spalatini Canonici S. Hieronymi Slavonorum de Urbe secunda editio Breviarii Glagolito-Romani iam anno 1648 editi [Cfr. N. 31] una cum novis Orationibus ac Lectionibus additis.

Ljubić, Ogledalo književne povjesti jugoslavenske Rieka 1864, I, 42; I. Berčić, Čitanka staroslav. jezika Prag 1864 p. XVI et 87 s.

225. 1688, Spalati,

Constitutiones synodi dioecesanae Spalatensis ab archiepiscopo Stephano Cosmi habitae, quibus tam decreta ab archiepiscopo Sforza

Ponzonio anno 1620 lata, quam opportuniora nova pro Clero Illyrico parochias foraneas dioeceseos curante, promulgantur; speciali respectu habito ad privilegium liturgiae Glagolito-Romanae.

„De Clero Illyrico. Cap. XXIV.

1. Post communia Clericis, et Parochis monita, et decreta, locus hic videtur percommodum de Clero Illyrico disserendi, cujus instructio Nobis maximae curae est, cum inter triginta sex Parochias foraneas hujusce Dioecesis, octo tantum sint Latinorum, caeterae Illyricorum.[1]) Aliqua ex dictis repetemus, plura adjungemus.

2. Sfortia Ponzonius b. m. Praedecessor noster anno 1620. Constitutiones eidem Clero praescripsit contentas, quas confirmamus, et renovamus in iis, quae hisce nostris contraria non sunt. Ex eisdem haec decerpsimus ex capite de vita Ecclesiastica, aliaque addimus quae ex-

1) Notandum, quod numerus parochiarum Glagoliticarum ac Latinarum, ab hac Synodo receptus, eodem modo ac glagoliticarum in Catalogo Paštriciano, quem Cfr. infra 1688—1700, e tabella statistica ab archiepiscopo Cosmi confecta, pendent; nam in Capite XVIII De Sacrosanctis Ecclesiis, n. 2 adnotatur: „In primis igitur totius Dioecesis Hierographiam, nempe omnium Ecclesiarum et Capellarum, quae sunt numero [deest numerus] accurate fieri jussimus, ut ex oculis continuo exposita, de iis, quae pro singulis locis in Visitatione praescripsimus, Nos, caeterosque admoneat, atque ad executionem inflament." (ed. Manger p. 55).

Tamen inter Catalogum Cosmianum et Paštricianum, ob dilatationem territorialem dioeceseos Spalatensis post bellum liberationis a Turcis (1683—1705), numerus parochiarum differt quinque ecclesiis, quomodo ex enumeratione ipsarum patebit.

In Catalogo Paštriciano haec ecclesiae glagoliticae recensetur:

1) Veli Varoš, 2) Lučac, 3) Omiš, 4) Klis, 5) Sinj, 6) Dvare, 7) Grohote, 8) Stomorija in insulae Soltae, 9) Vranjic, 10) Kamen, 11) Žrnovica, 12) Podstrana, 13) Jesenice, 14) Duće, 15) Zakučac, 16) Kučiće, 17) Gornje Polje = Dolac Gornji, 18) Donje Polje = Dolac Donji, 19) Tugare, 20) Kostanje, 21) Zvečanje, 22) Ostrvica, 23) Gata, 24) Dubrava, 25) Trnbusi, 26) Srijani, 27) Srinjine, 28) Sitno, 29) Bisko, 30) Dugopolje, 31) Gardun, 32) Radobolje = Radobolje, Katuni, Kreševo et Blato; 33) Sučurac, 34) Gomilica-Kambelovac; 35) Grohote in insula Soltae. In insula Brachia tres erant Spalatensis dioeceseos parochiae: 36) Sutivan, 37) Sućurje, 38) Postire; Cfr. Farlati, Illyricum Sacrum, III, 14. Sub Franciscanis autem erant: 39) Smina = Zagora cum Dicmo, Muć, Ogorje et Potronje usque ad Bitelić; Cfr. Zlatović, Franovci, Zagrabiae, 188, 143ss.; eodem modo ac 40) Rogoznica apud Almissam, et 41) Svinište cum Slime et Starigrad.

Ex hoc conspectu latinae sex parochiae, quarum Synodus Cosmiana meminit, illae, quae NN. 36—41 recensentur, fuisse videntur; caeterae vero a Catalogo Paštriciano inter glagoliticas recensitae, glagoliticae fuere. Nec de singulis ecclesiis immorandum; tres tantum tetigisse iuvabit. In Suburbiis Spalatensibus, ecclesia S. Crucis Veli Varoš circa annum 1624 ab archipresbytero Spalatensi Rinaldo de Rinaldis una cum coemeterio, quod parochiam indigitat, errecta est Cfr. Farlati, o. c. III, 503; dum ecclesia S. Petri Lučac media aetate iam exstiterit, inscriptione in tegurio altaris ejusdem, quae in hodierna ecclesia S. Petri asservatur, hoc comprobante. Radobilia, quae in Catalogo Paštriciano N. 31 relata est, territorium hodiernum Radobolje, Katuni, Kreševo et Blato comprehendebat, teste Palladio Fusco Patavino, qui 1540 anno illam sic describit: „Crainae a septentrione conjungitur regio tota in mediterraneo campis aquisque visenda, cui nomen Radobilia". (De situ orae Illyrici, L. I; apud Lucium, De regno Croatiae et Dalmatiae, 1666, 454).

perentia Visitationum praeteritarum Nobis suggerit. Rogamusque in visceribus Christi Admodum Reverendum Vicarium foraneum Politii, caeterosque Ecclesiasticos, ut quoniam singulari Divinae clementiae munere, Othomanicae tyrannidis jugum excusserunt, et in sinu Serenissimae Republicae optimi Principis quiescentes, liberum prorsus Religionis, omniumque Ecclesiae functionum usum habent; tanto beneficio se dignos praestent, ut sancte fruantur, nempe toto pectore ad animarum curam incumbant, Ecclesiasticae vitae instituta diligentissime sequantur, et rerum Sacrarum decorem, et augmentum omni studio procurent. — — — —

12. Quoniam peculiari et speciosissimo Sanctae Matris Ecclesiae privilegio, in idiomate Illyrico sacra habetur Liturgia, maxima habenda est ratio ejusdem idiomatis probe ediscendi, et docendi. Clerici noverint Asbuquidarium, qui in eam praecipue curam incumbant, ut Illyricum Litterale, quo Missale et Breviarium conscripta sunt, perfecte calleant, alioquin scient se ad Ordines non promovendos, cum apud Illyricos eadem sit ratio Illyrici idiomatis literalis, quae apud nostros Latini.

13. Nihil addant, aut detrahant in Missa, et quando Epistolam et Evangelium interpretabuntur, id non ex proprio sensu, et arbitratu, sed ex Missali, quod vocant, „Schiavetto“, efficiant.

14. Sex Sacerdotes peritiores in Provincia Politii deputentur, qui alios Sacerdotes in perfecta Missalis, et Breviarii, et in Sacrarum functionum administratione observent, examinent et corrigant.

15. Instructioni Clericorum, quae tanti momenti est, consuletur, quatuor Sacerdotes graves, et pii et Divini honoris studiosi seligantur, qui in vitam, et mores Clericorum diligenter inquirant, nempe an statis temporibus Poenitentiae, et Eucharistiae Sacramenta suscipiant, an Ecclesiae inserviant, an studiis vacent, an modestiam, innocentiam, et devotionem sectentur. Id vero magis speciatim praestent Parochi, et singulis mensibus Nos certiores reddant. — — — —

20. Quoniam studiorum, et librorum defectus in Clero Illyrico[2]) Nos valde sollicitoš reddit de Parochorum peritia, volumus, praeter examen, cui quilibet Parochus in prima sui nominatione a populo facta subjicientur, etiam quoties ad confirmationem reddeunt, novum de suo profectu Nobis experimentum eos dare. — — —

26. Singulo bimestri Ecclesiastici omnes in locum Provinciae, qui Vicario foraneo aptior videbitur, conveniant, ibique — — statim hoc caput ipis clara et intelligibili voce perlegetur. — —

27. Vehementer optamus, et in Domino obsecramus, ut idem A. R. Vicarius singulo bimestri Provinciam, vel saltem aliquam eius par-

2) De libris pro Clero Illyrico in eadem Synodo incidentaliter actum est. Capite III De Doctrina christiana n. 3. „ex libello Cardinalis Bellarmini, jussu Clementis VIII edito, in illyricam linguam converso, ac nostra industria [archiepiscopi Cosmi] typis recuso“ (ed. Manger p. 10). Cap. IV De Verbi Dei predicatione n. 3...“ Patris Agnelli Maceratae et Bononiae recenter typis editum inscriptum: Il parochiano Istruttore. In auxilium Parochorum Illyricorum valde prodesset praedicti libri Patris Agnelli in Illyricam linguam versio“ (l. c. 14.)

tem ex improviso adeat, observetque mores Ecclesiasticorum, Ecclesiarum cultum, animarum regimen, Sacramentorum administrationem et caetera, que hisce nostris, et Ponzonis Constitionibus praecipiuntur. — — 29. Hujusce capitis, et decretorum praedecessoris Ponzonii Sacerdotes omnes, et Clerici Illyrici exemplar a Nobis, vel Vicario Foraneo subscriptum, spatio trium mensium, efforment, atque apud se retineant, sub poena suspensionis per tres menses Sacerdotibus, aliisque poenis Clericis inferioribus infligendis."

Constitutiones Synodi dioecesanae Spalatensis anno 1688 habitae; a Steph. Cosmo Patavii 1690 primum; deinde curante P. Manger iterum Spalati 1873 editae, p. 69—74.

226. 1689, in terris Carantanis Labacen et Aquilejen.

De usu vigenti liturgiae Glagolito-Romanae in Labacensi et Aquilejensi dioecesi I. W. Valvasoris testimonium.

„Mit eben diesen Glagolitischen Littern ist gleichfalls das Missale (oder Mess-Buch) gedruckt, daraus die Geistlichen Messe lesen, welche Missalia Glagolitischer Schrift anjetzo zu Rom gedruckt werden; und solche braucht man noch auf diese Stunde in Crain an vielen Orten, da man die Crainerische oder Sclavonische Messe (will sagen die Messe in Crainerisch-Sclavonischer Sprache) lieset. Wie solches durch eine Päpstliche Bull vormals (ums Jahr Chri. 870) zugelassen worden, nachdem darüber einige Streittigheit zwischen Aldevino, Ertz-Bischoffen zu Saltzburg, wie auch den Windischer Bischoff Reichboldo eines, und dem H. Methodio und dem anderen Windischen Bischoff Cyrillo andren Theils sich erhaben, davon soll hernach bey der Religions-Beschreibung umständlicher Bericht erfolgen."

I. W. von Valvasor, Die Ehre des Herzogthums Krain, VI Buch Von der Crainerisch-Sclavonischer Sprache, Cap. I, Laibach-Nürnberg 1689; Rudolfswerth 1887, II, 274.

227. 1690, Zagrabie.

Synodus dioecesana Zagrabiensis sub episcopo Mikulić celebrata: „ut et Sacramentalia ac alia omnia ceremonialia juxta Ritum Ecclesiae Romanae peragent."

Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae 1904, 89.

228. 1691, 5 Junii Justinopoli.

Paulus Naldini episcopus Justinopolitanus in relatione Visitationis ad Limina Apostolorum S. Congregatione Concilii de statu dioeceseos certiorem reddens, refert:

„Cum enim incolae plebrium neralium fere omnes loquantur Illirica lingua, et parochialia beneficia non sens ac reliqua, sint

tenuissima, si contingat parochum vacare, nullus adinvenitur ejus partes suppleturus."

Hac de causa erectio Seminarii necessaria videtur.

Authenticum in Archivo S. Congr. Concilii in Tabulario Vaticano; juxta apographum Crncicianum anni 1892.

229. 1692, Bosiljevo Zagrabien.

Ivan Muretić et Georgius Krizmanić glagolitae capellani in Bosiljevo Zagrabiensis dioeceseos.

Lopašić, Oko i Kupe i Korane, Zagrabien, 1895, 70.

230. 1693, 18 Junii, Justinopoli.

Paulus Naldini episcopus Justinopolitanus in relatione Visitationis ad Limina Apostolorum S. Congr. Concilii de statu dioeceseos certiorem reddens, refert:

„Meam ego, inter caetera, impendi operam, pro clericorum Seminario erigendo, experientia in dies magis magisque edoctus, quam necesse sit huic dioecesi suos Illirica lingua erudire. Cum enim omnes parochiae rurales tali dumtaxat idiomate utantur, quod hic in urbe, et in oppidis Pyrrhani et Insularum negligitur, imo nescitur, ubi aliqua plebs vacat, tam arduum est sacerdotem idoneum adinvenire, ut necesse sit, repetitis precibus, aliquem ex Regularibus praedictam linguam callentem quamdoque assumere, donec alius sacerdos saecularis, quive ignotus, et plerumque minus aptus fortuito occurat".

Authenticum in Archivo S. Cangr. Concilii in Tabulario Vaticano; juxta apographum Crncicianum anni 1892.

231. 1696, 8 Junii, Justinopoli.

Paulus Naldini episcopus Justinopolitanus in relatione Visitationis ad Limina Apostolorum S. Congr. Concilii de statu dioeceseos certiorem redens, refert:

„Duo supersunt huic ecclesiae aprime utilia, et summe necessaria. Alterum est clericorum seminarium pro lingua Illyrica seu Sclauonica, propria totius populi in plebibus ruralibus degentis. Aliqua ex iis vacante, ob defectum sacerdotum tale idioma callentium, nam hic in urbe, et in terris Pyrani ac Insularum, ubi frequentior est clerus, italice dumtaxat loquuntur, quandoque plebes per plures menses remanent parocho destitutae; et non semel necesse fuit emendicare religiosum a Tertio Ordine S. Francisci in urbe Sclauonico idiomate sacrum et divina recitante".

Authenticum Archivo S. Congr. Concilii in Tabulario Vaticano; juxta apographum Crncicianum anni 1892.

232. 1697, 12 Maji, Ogulin Segnen.

Georgius de Lucka plebanus Ogulinensis exemplum Catastici Modruscensis glagolitice 12 Aprilis 1486 confecti, coram iudicio Ogulinensi authenticat.

Šurmin, Acta croatica I, Zagrabiae 1898, 311.

233. 1699, 23 Octobris Justinopoli.

Paulus Naldini episcopus Justinopolitanus in relatione Visitationis ad Limina Apostolorum S. Cong. Concilii de statu dioeceseos certiorem reddens, refert:

„Plebium vero forensium incolae, utpote omnes genere Slavi, seu Sclauonici, non aliam linguam, quam Sclauonicam aut Illiricam callent ac loquuntur. — Altera hujusce ecclesiae indigentia, ni major, saltem non minor est: parochi ruralium plebium tenentur callere linguam Sclauonicam, quam universo populo forensi familiarem et congenitam innui. — —

Et quidem non semel necessitas coegit aliquem Regularem Illiricam linguam callentem illi (parochiae vacanti) praeficere; et interim saecularem sacerdotem fortuito advenientem, vel litteris, vel moribus ut plurimum destitutum suspirare. Ingens hoc malum non posset melius reparari, quam erectione clericalis Seminarii pro lingua Illirica addiscenda.“

Authenticum in Archivo S. Congr. Concilii in Tabulario Vaticano; juxta apographum Crncicianum anni 1892.

234. 1689, 15 Maii, Antibari.

Andreas Zmajević episcopus Antibarensis et Diocletanus ac Serviae primas in epistola ad abbatem Pastritium data de lingua Glagolitica:

„Lingua Illyrica Missalis et Breviarii Romani, ut et caeterorum Ecclesiasticorum Librorum nationis Illyricae Graeci Ritus, sicut antiquitus fuit, modo non est Vulgaris apud Dalmatas, Servios, Bosnenses, Bulgaros, qui omnes eam Literalem appellant.“

Apud M. Karaman, Identità etc. Diss. LXXIV, Ms. in Archivo Congr. Propag. Fidei; Cfr. Assemani Kal. Un. Eccl. IV. cap. IV. §. 1.

235. 1689, 29 Maii, Justinopoli.

Episcopus Justinopolitanus Fr. Paulus Naldini, Ordinis S. Augustini Paduanus patria, consilium suum de erigendo Seminario diocesano „Italo-Sclavo“ Dominio Venetico aperit:

„Serenissimo Principe. Il Seminario de Chierici di somma utilità alla Diocesi è oltremodo necessario a quella di Capo d' Istria non

tanto per le virtù fisiche e morali del Clero quanto per la Lingua Illirica, ch' è linguaggio necessario di quelle ville e però all' occorrenze che sono frequenti (non praticandosi nelle Città e Terre della Diocesi tal Linguaggio) in mancanza di Preti idonei bisogna prevalersi di oggetti non solo d' alieno Dominio, ma sconosciuti e ignoranti e poco meno che innetti."

Archivum episcopale Justinopolitanum, Ms. Erezione del Seminario; Pesante, La liturgia slava, 132 s.

236. 1691, 28 Maii, Justinopoli.

Episcopus Justinopolitanus Fr. Paulus Naldini Giorgio Baichin plebano Carcauzze libros parochiales, quos hucusque abusive slavica lingua duxerat, italice conscribere, iubet.

Marcich, Archeografo Triestino, 1887, fasc. 2.

237. 1693, Romae.

Typis S. Congregationis Prop. Fidei Abecedarium Glagoliticum sub titulo „Psaltirić" publicatur.

I. Berčić, Čitanka staroslav. jezika Prag 1864, p. XVI et 88.

238. 1693, Aemonien.

Episcopus Aemoniensis Nicolaus II Gabrieli in Visitatione generali Canonica invenit:

„Tribano: un Schiavetto".

Pesante, La liturgia slava, 140.

239. 1695, 25 Maji, Tergesti.

Joannes Trani episcopus Tergestinus in relatione Visitationis ad Limina Apostolorum S. Congr. Concilii de statu dioeceseos certiorem reddens, refert quod Canonici Tergestini curam animarum agentes

„plurimum adjuvantur a Patribus Societatis (Jesu) in audiendis confessionibus Italico, Germanico et Illirico sermone (1698: tam Italico, quam Sclauonico idiomate); in assistentia infirmorum, in concionibus Illiricis singulis dielus festivis. — — Non modice etiam Patres Capuccini habentes conuentum extra moenia civitatis ad numerum ultra duodenarium, laborant tum in concionado Illirico idiomate singulis diebus festis in ecclesia B. M. Virginis nuncupata „del mare...."

Authenticum in Archivo S. Congr. Concilii in Tabulario Vaticano; juxta apographum Crncicianum anni 1892. Idem in relatione anni 1698.

240. 1696, Absoren.

Ex actis Synodi Dioecesanae Glagolitas sat numerosos in dioecesi eadem esse patet; linguamque slavicam in professione fidei adhibere.

„Notificando inoltre noi che gli decreti sinodali si publicaranno in lingua Italiana, la quale è intesa anco dagli Ecclesiastici che in molti luoghi dell'antedetta Nostra Diocese celebrano tutti li divini ufficij et amministrano li S. Sacramenti in lingua illirica.

Convocatio Synodus 20 Februari 1696.

V. Della Professione. Episcopus genuflexus emisit et iuravit se observaturum sicut omnes de clero emiserunt, Latini scilicet sacerdotes Latino sermone, Illyrici vero idiomate Illyrico."

Documentum authenticum de actis in Synodo; Mss. Archivi episcopalis Veglensis; Salata, L'antica diocesi di Ossero e la liturgia slava p. 101.

241. 1696-c., Absoren.

Systematica latinizzatio Cleri Glagolito-Romani ab episcopo Absorensi Simeone Gaudentio adhibita.

„Noi Simeone Gaudenzio, Vescovo di Ossero, concediamo licenza al Reverendo Don Isidoro Patisich sacerdote da Miholschizza [Miholjašica in curatia S. Martini Vallis] per un anno venturo, principiando dalla prossima festa di Pasqua, possa celebrar la Santa Messa anco nell'Idioma Latino, atteso che esso esaminato da Noi sopra le cerimonie del Santo Sacrifitio della Messa, tal idioma sia stato trovato sufficientemente idoneo e versato nelle medesime sacre cerimonie e nella lettura dell'istesso. In fede di che" etc.

Authenticum in archivo curatiae S. Joannis; Cfr. Salata, L'antica diocesi di Ossero e la liturgia slava, p. 106.

242. 1698, Justinopolitan.

Testimonium Iraenei della Croce O. S. Fr. Tergestensis de origine ac usu liturgiae Glagolito-Romanae in Istria et Dalmatia.

„La vicinanza, che i Sclavi hoggidì ancora tengono con la Nostra Città, mentre come di sopra s'accennò mezzo miglio distanti da essa, non usasi altro idioma, o lingua che la Sclava; m'obbliga quì riferire quanto scrive il Cardinal Baronio (Annal. Eccl. Tom. 10, ann. 880 num. 19) dell'inventore delle lettere o caratteri Sclavi, e come il papa Giovanni VIII, concesse il privilegio a quella Natione, ad instanza di S. Metodio Apostolo dell'Ungheria, e Moravia, di cantar la Santa Messa in quell'Idioma, come si scorge dall'Epistola 247 e non 195 assegnatagli dal Schonleben, diretta dall'istesso Pontefice a Sveto Pulchro Re della Moravia che incomincia: „Dilecto Filio Suento Pulchro glorioso Comiti Industria tua" etc. Da tal concessione, o privi-

legio, credo originasse l' uso, e consuetudine, che a nostri tempi ancora in molte parti, e Provincie della Dalmazia et Istria si conserva, di celebrare la Santa Messa in lingua sclava, particolarmente nella Città di Capodistria, ove li RR. PP. del Terzo Ordine di S. Francesco; ogni mattina a buon' hora per comodità degli Operarii della Campagna nella Chiesa di S. Tomaso, celebrano la Santa Messa in quell'Idioma, come io stesso testimonio oculato posso attestare, e d' haver anco visto de' Breviarii stampati in tal idioma e carattere in tutto differente dagl' altri. Onde al sentire del Biondo, da me riferito nel Cap. 2 del Libro IV, s' ingannarono molti in attribuire a S. Girolamo l' inventione di queste lettere, e caratteri, mentre molti altri dopo la di lui morte, per testimonianza di Papa Giovanni VIII. espresso nell' addotta Epistola 247. Constantino filosofo fu il primo, che l' inventò".

Historia antica, moderna, sacra e profana della città di Trieste, del Padre IRENEO DELLA CROCE, Tergestino, In Venetia appresso per Albrizzi, 1698. Lib. VIII. Cap. II. p. 613 s.

243 1700, Justinopolitan.

Fr. Paulus Naldini episcopus Justinopolitanus privilegium liturgiae Glagolito-Romanae inter Slavos eiusdem dioeceseos comuniter vigens, celebrat.

„Si uniscono dunque le due nationi nella città e nella Diocesi esistenti, Italiana e Schiava, nel pio culto dell' unica, santa e cattolica Religione; e come l' una e l' altra d' esse vanta per ragione d' origine spiriti generosi e grandi, perchè pieni di gloria, nel maggior ossequio e splendore di quella santamente gareggiano. Se le chiese in Capo d' Istria, in Pirano e in Isola, erette e ristaurate, ed i Consorzî ivi fondati o accresciuti, sono parti della pietà Italiana; anco nelle Ville Diocesane alla riedificazione degli Altari ed al moltiplico delle Confraternite s' impiega la divotione Schiava. E ben dimostra il Signor Iddio gradire i gloriosi affetti d' entrambe le nationi; poichè se provvede [Dio] agl' Italiani de' venerandi Sacerdoti, che loro porgono le divine preci, li salutiferi Sagramenti, e la S. Messa nell' idioma Latino, e gli istruiscono co' morali discorsi nell' Italiano; concede anche alli Schiavi (forse con più amplo privilegio) sacri Operarii, che non solo Prediche, ma Ufficij, Messe, Sagramenti e quanto può desiderarsi da un buon Fedele, li somministrano in linguaggio Schiavo, loro proprio e congenito. O quanto più allacciano l' huomo le voci del materno idioma, e quanto più feriscono il cuore gli accenti istillati col latte! Avventurata questa Chiesa Giustinopolitana, che di Nationl tanto diverse coaduna nel culto divino ossequiosi i Fedeli.

Che se non è questo privilegio del tutto suo proprio e singolare, ne meno si accomuna a molte Cattedrali anco più insigni del Cristianesimo".

Mons. Naldini vescovo di Capodistria, Corografia ecclesiastica di Giustinopoli, Venezia, Albizzi 1700, pag. 473.

244, 1688—1700, Romae.

Catalogus ecclesiarum Glagolito-Romanarum in nonnullis regionibus Istriae, Croatiae et Dalmatiae a Joanne Paštrić Theologiae lectore in Collegio de Propaganda Fide ex testibus immediatis concinnatus.

Miscellanea Joannis Pastritii.

Cap. III.

Quaenam loca usa fuerint utanturque Missali huiusmodi (Glagolitico-Romano) et Breviario Illyrico.

Ex praecedenti capite vidimus in Moravia et superioribus partibus institutam celebrationem divinarum officiorum circa 880 Christi annum in Slavis populis ex idolatria ad Christianam religionem conversis. Sed cum Methodius persecutione regis urgente, coactus fuerit discedere 900 anno, sic et alii, unde in Croatiam, Istriam et Interamniam (inter Savum et Drevum) confugium sibi quaerentes, extra oppida in villis, vicis et scopulis consedere; praecipue in Modruscensi et Segniensi episcopatu.

Hac in re affirmare ausim nequaquam auctum sed minutum numerum, ita ut multa plura loca glagolitis patuerint, id numero cuique patebit, si singulorum episcopatuum et metropolium sedes huius nationis ponam, tam religiosas quam saeculares.

In Istria.

Sub Archiepiscopo Parentino glagolitarum sunt sequentes:

1. Fontana [Fontane].
2. Villa Rovigni [Villa Rovigno].
3. Fosculin [Foscolino].
4. Mongeto [Monghebbo].
5. Sbandaja vel Sbandati [Sbandati].
6. Villa Nova Parochia (S. Rochi, S. Hieronymi) [Villanova].
7. Freita [Fratta].
8. Abriga [Abrega].
9. Tur seu Torre [Torre].
10. Sancta Dominica [S. Domenica].
11. Visignan [Visignano].
12. Bacqua seu Monasterium dictum „delle Botte“ [Bačva — Mondellebotte].
13. S. Joannes de Sterne territori Montoue [S. Giovanni di Sterna].
14. Montrel seu Montreo (S. Rocchi) [Montreo].
15. S. Vitalis (ubi Cirion et S. Matthaei, abb. s. Valentinus) [S. Vitale].
16. Racobole [Raccotole].
17. Caroiba-Bados lacus prope est vic. s. Maria [Caroiba Madonna di Badosch].
18. Novaco [Novaco].
19. Caldier [Caldier].

Hunc Catalogum mihi dederunt duo presbyteri Glagolitae, exinde Romam advenientes, antequam inciperet Breviarii impressio. Coepii ego

1686 mense Aprilis, per duos annos, admonitus antea 1682 cepit [sic!]. Itaque circa 1680 vel 1681 presbyteri illi duo reliquerunt a me rogante.

In Croatia villae Glagolitarum sub episcopatu Modruscensi et Segniensi.

1. Tersatum [Trsat] 300 domorum, quae dicuntur „kmeto", sicut familia dicitur „kuća" Hischia.

Eundem fere numerum habent sequentia loca.

2. Grobnich [Grobnik] ex 8 canonicis.

3. Bacar, Bucar ital. [Bakar] et habet 8 vel 12 canonicos.

4. Hriglien [Hreljin].

5. Driuenich seu Dreuenich [Drivenik].

6. Grisane [Grižani], patria Gregorii Papich presbyteri [canonici S. Hieronymi Slavonorum de Urbe], ex quo hanc notulam confeci.

7. Bribir ex 8 canonicis, sedes autem est Vicarii Modrusciensis episcopi. Cum enim Modrussia ulterius in mediterraneas partes esset eversa per Turcas, episcopus Brebirium transtulit sedem. Licet autem idem episcopus pro Segniensi Vicarium tenet Segniae, pro Modruscensi episcopatu Vicarium tenet Brebirii.

8. Noui [Novi], ubi 8 canonicis.

9. Ledenizze [Ledenice].

10. Segnia [Senj] Cathedralis ubi 10 canonici, et Modrussia [Modruše] sedes episcopalis destructa, in monte inter sylvas, 600 domus. Ecclesia ibi B. V. Assumptae, ubi plebanus cum cappellano.

11. Togugin [Togunj, Tounj] castellum in plano (?) monte, ubi plebanus.

12. Hostariae [Oštarije] in planitie, 400 domorum destructa a Turcis, habet ecclesiam parvam, antea valde magnam B. V. Assumptae, habet parochiam.

13. Hugolino [Ogulin] in planitie, 200 domorum, destructa. Ecclesia S. Bernardi, plebanum habet.

14. Leschie (Lešće) 150 domorum, in planite, ecclesiam habet cum plebano.

15. Lucoudol [Lukovdol] cum capellano.

16. Muravize (Moravice) in monte, ecclesia s. Nicolaii; parochus cum capellano.

17. Brod [Delnice] Parochus cum capellano, torrens Cupa; S. Georgii et s. Mariae Magdalenae.

18. Delnize (Delnice), ecclesia S. Joannis Baptistae Parochus et presbyter.

19. Lic-Fusina [Lič-Fužina], Cappellania S. Antonii de Padua.

20. Ciabar [Čabar] villa, ecclesiae s. Antonii de Padua.

21. Gheruo [Gerovo] villa. Plebania S. Hermagorae et Fortunati.

[In margine codicis: ad N. 7–8]

[22.] Belgrad ad occidentem Dreuenich.

[23]. Cotor [Kotor] plebanus in monte 1 mill. a mari.

[24]. Cerqueniza [Crkvenica] ad mare. Est ecclesia B. V. Assump-

tae cum monasterio, religiosi Paulini S. Pauli, primi eremitae et aliquae domus sub plebano Cotor.

[25]. Carompote [Krmpote].

Omnia ista loca vocabat dominus Papich civitas, quae habent vocabulum distinctum a villis, nam civitas dicitur, „grad", et villa dicitur „sello", forte oppidum, italice terra murata, habet idem nomine „grad"; et singulas habere suum governatorem, dictum „porkulab" et magistratum ex 12 judicibus, qui singulis annis a civitate eliguntur.

Episcopus Segniensis mortuus anno 1685 erat Dominicanus dalmata, Fr. Hiacynthus Dimitrio, post cuius obitum vacat sedem in hoc anno 1688 ob varias controversias.

In Veglensi Insula.

Sub Episcopo Veglensi.

1. Besca [Baška], 40 sacerdotes, praeter diaconos et inferiores clericos et ope. canen. [operatione canenda?]
2. Verbonico [Vrbenik] ex 60 sacerdotibus, praeter inferiores. Hic quoque cantus excellit. Ne ad triremes sumantur, fiunt sacerdotes.
3. Dobrigno [Dobrinj], ex 200 sacerdotibus, praeter inferiores.
4. Castel Muschio [Omišalj], ex 15 circiter sacerdotibus et ultra.
5. Dubrascniza [Dubašnica], ex 10 circiter sacerdotibus.
6. S. Maria de Cao [S. Maria de Capo, Glavotok] ex 6 sacerdotibus, estque conventus canonicorum.
7. Pogliza [Poljica], alia est a provincia prope Spalatum, ex 5 vel 6 sacerdotibus.

Haec ex Francisco Georgiceo Spalatensi ex Suciuracz [Sučurac] archipresbytero S. Hieronymi Illyricorum [de Urbe] et Abbatis SS. Cosmi et Damiani Jadrensis Dioecesis [Tkon] ingenioso ac doctrina rerumque scientia expedito et sane non ex scirpto, sed ex memoriae thesauro, cum ibi per multos annos una cum episcopo Vegliensi suo avunculo [Georgio] Georgiceo mansisset.

In Absarensi dioecesi.

1. Loscin parvum [Lušinj Mali].
2. Loscin magnum [Lušinj Veli].

Haec duo tantum loca anno 1688 episcopus Catharensis Marinus Drago eiusque Parochus Marcus Petrovich referre potuit. Alia sciebat esse, sed quiquam explicare non poterat.

In Arbensi

[nomina locorum non recensentur]

In Pagensi

[nomina locorum non recensentur]

In Jadrensi dioecesi

Retulenent mihi Georgius Carestus Sibenicensis et Vincentius Parchich Sibenicensis archipresbyter, postea archidiaconus, nec non alii, 40 loca in insulis et villis esse Glagolitas sub Jadrensi episcopo, sed numerarunt tantum:

1. Zaravecchia [Biograd], quae antiqua fama clarebat et modo in villam transiit.
2. Mulat [Melada] insula.
3. Cuplicza [Kukljica, Ugljan] insula.
4. Torrette [Turanj].
5. S. Cassiano [Sukošan].
6. Sale [Dugi Otok] insula abundans numero presbyterorum.
7. S. Filippi et Jacobi [Filipjakov] in mediterraneo, prater plurima alia.

In hisce ergo cantus eximius est et processiones et quaevis aliae exequiae benedictiones fiunt illyrice.

In Noniensi.

1. Zaton, in mediteraneis, habet sacerdotem cum clerico.
2. Brevilaqua (Privlaka) similiter.
3. Pontadura (Vir).
4. Giuba [Ljuba].
5. Castel Venier [Vinjerac].
6. Razance [Ražance].
7. Possedaria [Posedarije].
8. Nouegradi [Novigrad].
9. Pogliza [Poljica], alia a supradicta, et sane, „polje", poglie, idem est ac Campus, inde Pogliza videtur esse Campania vel ager, ut olim ager latinus, ager Sabinus etc. audiebat.
10. Dracivaz [Dračevac], id est spina vel spinosa.
11. Obroazo [Obrovac].
12. Walcia[?] [Vlahija; id est Podgorje et Bukovica].

Habent praeterea tres provincias dioecesis Nonensis, in quibus facile sunt Glagolitae, sed episcopus non habet curam, cum traditione Turcarum cura Missionario sit demandata a Sancta Propagatione de Propaganda Fide. Et numero sunt:

1. Lica [Lika].
2. Banatego [Kotar Nadinsko-Benkovački] provincia.
3. Corbava [Krbava].

In Sibenicensi dioecesi.

1. Morter [Murter] scopulus, habet 4 villas: a) Stretto [Tiesno], 4 presbyteros praeter inferiores; b) Gezerach [Jezera], 3 presbyteros praeter inferiores; c) Betirine [Betina], 1 presbyter cum clerico; d) Morter, 3 presbyteros cum inferioribus.
2. Slosella [Zlosella], 1 presbyterum cum 3 clericis.

3. Sustipanaz, nempe Sveti Stipan, S. Stephani martyris monasterium fratrum S. Francisci Tertii Ordinis.
4. Parvicchio [Prvić], insula, habet item monasterium seu conventum similem S. Francisci Tertii Ordinis et 4 presbyteros.
5. Crappano [Krapanj], villa 1 vel 2 presbyteros.
6. Cavocesto [Primošten], penisula, 1 presbyter.
7. Azuri [Žirje], scopulus, 1 presbyter.
8. Zlari [Zlarin], 1 presbyter.
9. Vodize [Vodice], villa mediterranea, 1 presbyter.

Retutit haec mihi diligenter superlaudatus Vincentius Parcich, dum Maio mense 1688 Romam venit ad ibi canonicatum theologalem expetendum; erat eo tempore etiam Marinus Drago episcopus Catarensis.

In dioecesi archiepiscopatus Spalatensis.

1. Suburbiis [Veli Varoš; Lučac], 2 presbyteri.
2. Almissa [Omiš], 3 presbyteri.
3. Suburbio Clissae [Klis], 3 presbiteri, clericus 1.
4. Idem Sign, 1 presbyter.
5. Idem Duare, 3 presbyteri, clericus 1.
6. Grohote [Šolta], villa Sólte, 1 presbyter.
7. Vragnizza [Vranjic], 2 presbyteri.
8. Sasso [Kamen], 1 presbyter
9. Stobrez [Stobreč], 1 presbyter.
10. Xarnounizza [Žrnovnica], 2 presbyteri.
11. Podstrana, 4 presbyteri, 1 clericus.
12. Jesenize [Jesenice], 4 presbyteri, 2 clerici.
13. Ducie [Duće], 2 presbyteri, 1 clericus.
14. Zacuzac [Zakučac], 1 presbyter.
15. Cuzichie [Kućiće], 2 presbyteri.
16. Gorne Poglie [Dolac Gornji], 2 presbyteri, clericus 1.
17. Dogne Poglie [Dolac Donji], 2 presbyteri.
18. Tugare, 2 presbyteri.
19. Costagne [Kostanje], 2 presbyteri.
20. Zvezagn [Zvečane], 2 presbyteri.
21. Osteruiza [Ostrnica], 1 presbyter.
22. Gata, 1 presbyter.
23. Dubrava, 3 presbyteri, 2 clerici.
24. Trimbusi [Trnbusi], 2 presbyteri 1 clericus.
25. Sricane [Srinjani], 2 presbyteri.
26. Srignia [Srinjine], 3 presbyteri, 2 clerici.
27. Sitno, 2 presbyteri.
28. Biscouo [Biško], 1 presbyter,
29. Dugo Poglie [Dugopolje], 1 presbyter.
30. Gardun, 1 presbyter.
31. Radobiglia [Radoblje, Katuni, Kreševo et Blato], 1 presbyter.
32. Contado [kotar Spljetski: Sučurac, Gomilica, Kambelovac], 3 presbyteri.

Summa omnium est 58 presbyterorum, 11 clericorum. Haec ex Matthaeo Joanicio Ivanovich, Spalatrensi Poglizano, jussu Cosmi archiepiscopi Spalatensis, qui ad limina et alia negotia venit Romam, hoc anno 1688 usque ad Junii mensis finem. [1])

Anno vero Jubilaei 1700, 16 Aprilis Thomas Bojich, Traguriensis presbyter, cum me inviseret, dixit [33] Grohote villam habere presbyterorum alium in villa dicta Stomoria (Stomorska), qui tunc erat Antonius Pagliatovich ex Wragniza [Vranjic] de Salona, dioecesi Spalatensi, sicut in ea Wragniza erat Nicolaus Lalich ex eodem loco curatus, alium habens presbyterum Antonium Mattasovich in villa Stobrecz, Johannes Bubich curatus ex Wragniza. Podstrane 4 villas habere, quibus unus et idem presbyter.

Musaeum Borgianum de Propaganda Fide, Ms. originale Joannis Paštrić: „De Missalis, Breviarii Illyrici Romani et similium divinorum officiorum origine, charactere, continuatione, scriptione, impressione, usu et locis ac modo intelligendi scripta et impressa, officiaque nova scribendi. Opus in gratiam et decus, utilitatem tum Nationis Illyricae in Dalmatia, tum quoque cleri Glagolitarum concinnatum a Joanne Pastritio Dalmata Spalatensi, philosophiae ac sacrae Theologiae doctore et in Collegio de Propaganda Fide Sacrae theologiae polemicae seu dogmaticae lectore, incoatum ab anno 1688 circa finem. Lettera N. Filza VI. Nr. 3. Cfr. Jagić, Glagolitica II, Denkschriften der kais. Akademie der Wissenschaften, philos.-historische classe. Band XXXVIII (1890), 59 ss.

245. XVII s., Romae.

Testimonium Francisci del Sodo de sacello restaurato et de corpore S. Cyrilli in basilica romana S. Clementis.

„Franciscus del Sodo ms. Cod. Vaticano, qui sua aetate Sancti Cyrilli sacellum ex dextero latere Basilicae ad ingredientium erectum fuisse tradit, ibique corpus ejus requiescere."

Ph. Rondinini, Basilica S. Clementis, 1707; cfr. Bartolini, Memorie storico-archeologiche dei Santi Cirillo e Metodio, Roma 1881, 188.

246. XVII s., Slavi Meridionali.

Joannis Palazzi Itali de alfabeto Cyrilliano ac sententia, Glagolitico et de usu vigenti liturgiae Glagolito-Romanae apud Slavos Occidentales testimonium.

„È da sapere che quì Illirici popoli, o vero Schiavoni hanno due sorti d' alfabeti, et quelle Provincie, le quali sono più verso l' Oriente si servono di quello che è simile al Greco, del quale fu autore Cirillo, et di quì lo chiamano Chiurilizza, l' altre Provincie, le quali sono più

[1]) Catalogum ecclesiarum glagoliticarum Spalatensis dioeceseos Hierographia totius dioeceseos ab archiepiscopo Stephano Cosmi ante annum 1688 confecta dependere patet, quomodo iam in praecedenti N. 225, p. 62 n. 1 animadversum est; ubi de ipsis fusius actum est.

verso il mezzogiorno, o verso l' Occidente, si servono di quello, del quale fu autore S. Gerolamo, et lo chiamano Buchuiza, il quale alfabeto è dissimile à tutti gli altri del mondo. Et havete a sapere, che il parlar del volgo è quello proprio col quale continuamente dicono i loro officii, et tutti popoli l' intendono, come intendiam noi il volgar nostro. È amplissimo di vocaboli, ma difficilissimo a proferire a chi non è nodrito frà loro, et ne hanno, Messali, Breviarii, et Officii della Nostra Donna et anco la Biblia."

Apud A. Banduri Imperium Orientale, vol. II, Parisiis 1771, Animadversiones in Const. Porphyrogeniti De Adm. imp. p. 116 s.

247. XVII s., in Dalmatia.

Guilelmi Postelli Itali de usu generali vigenti liturgiae Glagolito-Romanae in Dalmatia testimonium.

„Tzerviani seu Pozniani usi sunt Characteribus Hieronymi seu Dalmaticis, ut lingua fuit communis Pannoniis, Illyribus, Dalmatis, Mysis. — Quibus Hieronymus characteres reperit ut in re differrent etiam a caeteris nationibus, sicut et lingua: etiam fortasse, ut in hac re nomen consecravet immortalitati. — Idem Hieronymus vetus et novum instrumentum cum sacrificio et precationibus traducta, eo Idiomate reliquit. Ita Sacerdotes omnes, et populus praedicat in tota Dalmatia. Excuduntur permulti admodum libri harum duarum linguarum Venetiis, ut illic distrahuntur."

Apud A. Banduri Imperium Orientale, vol. II, Parisiis 1771, Animadversiones in Const. Porphyrogeniti De Adm. imp., p. 117.

248. XVII. s., Krmčine Jadren.

Restauratio ecclesiae parochialis B. V. Mariae in Krmčine Jadrensis dioeceseos inscriptione glagolitica, parochum Martinum commemorante, architravo portae insculpta memoriae comendatur.

Ex nostra photographia anni 1904.

249. XVII. s., Birbinj Jadren.

Imagines Sanctorum Blasii Episcopi et Georgii Martyris in tabula altaris ecclesiae. S. Blasii, quam XVI. saeculo nobilis Soppe Jadrensis in castello Birbinii Insulae Maioris Jadrensis dioeceseos fieri iussit, inscriptionibus glagoliticis depictis illustrantur. In eodem altari tres tabulae Missae celebrandae glagoliticis characteribus XVII saeculi typis impressae prostant.

Ex nostro apographo anni 1904.

250. XVII. s., Korlat Nonen.

Restauratio ecclesiae parochialis B. V. Mariae in Korlat olim Nonensis, nunc vero Jadrensis dioeceseos, inscriptione glagolitica muro meridionali supra portam immissa, memoriae consignatur.

Ex nostro apographo anni 1903.

251. XVII. s., apud Slavos meridionales.

Breviarium Glagoliticum, quod in Bibliotheca Collegii Urbani Prop. Fidei asservatur, conscriptum fuit.

Kukuljević, Arkiv za povjestnicu jugoslav. IV, Zagabriae 1857 p. 374 s.

252. XVII s., in Bosnia.

Fratres Ordinis S. Francisci Min. Obs., quum Bosnenses linguam veteroslovenicam et characteres glagoliticos non callerent, linguam vulgarem et characteres Bosnenses Cyrillianos vel Latinos in libris doctrinalibus adhibent; praeeunte in hoc opere fr. Matthia Divković Jelaškensi (1563 - 1631).

M. Divković, Nauk krstjanski za narod slovinski, iz latinskoga u jezik slovinski i slovi srpskiemi, Venetiis 1611; Besjede svrhu evangjelja nedjeljnijeh priko svega godišta, Venetiis 1616; Nauk krstjanski s mnozimi stvarmi duhovniemi, po Belarminu i Ledezmonu, Venetiis 1616. Fr. Stef. Matijević, Ispovjednik, Romae, Propaganda 1630. Fr. P. Posilović, Nasledjenje duhovno, Venetiis, 1639; Cviet od kriposti, Venetiis, 1647. Fr. J. Bandulović, Pištole i evangjelja, Venetiis 1613. Fr. J. Ančić, Vrata nebeska i život vični, 1678; Ogledalo misničko, Ancona 1681.

253. XVII. s., in Polonia.

Breviarium Latinum pro clero Polono, Officium Proprium SS. Cyrilli et Methodii una cum lectionibus „Cyrillus et Methodius fratres", continet.

I. Berčić, Dvie službe rimskoga obreda za svetkovinu Sv. Ćirila i Metuda, Zagrabiae 1870, 19.

254. XVII. s., apud Slavos Orientales.

Cultus SS. Cyrilli et Methodii, dum apud alios Slavos Orientales more antiquo viget, apud Russos, receptione Regulae Hierosolymitano-Serbicae, restituitur Officium SS. Cyrilli et Methodii, Cirillusque aliquando „episcopus Cataoniae, magister Slovenorum et Bulgarorum" celebratur. In Sinaxario russico propter revisionem secundum Graecas

Regulas (Typici), inde ab anno 1682 suprimitur Officium Proprium SS. Cyrilli et Methodii, ita ut commemoratio ipsorum ad Maenea Lectionis, Prologos et Legendaria coarctata sit.

A. N. Petrov, Čestovanie sv. slavjanskih apostolov Kirilla i Methodija (Hristianskoe Čtenie, Petroburgi 1893, N. 3, 526 ss.

255. XVII. s., Bosnen.

Evangeliarium lingua croatica vulgari Bosnensi vero dialecto a Joanne Bandulović Skopiensi Or. S. Francisci M. Obs. versum, anno 1613 Venetiis primum editum, deinde 1626, 1640, 1665, 1682, 1689 reimprimitur.

Milinović, Crtice o slovenskoj liturgiji, Jadrae 1880, 146 ss.

ADDENDA I.

Ad 11. 1603, Dolinae Tergestin.

„Urbario vechio di S. Rocho" cum titulo glagolitico:

Va ime božje i blažene Deve Marije Amen. Leto rojstva Hristova 1603 miseca decembra dan 17. indicion prvi. Va to vrime budući podružnik poli sveti Vuriho u Dolini ja pre Martin Šuber rodom od Rodika fare Bregovske bih prošen od poštovanih starešin Bolunca svetoga Roka crikve, a to Matije Mavera od Bolunca ino nega tovarša Tomaža Jurjana od Doline, jim učinih ovi kvadiran za njihovu plaću, u koj kvadiran imaju zapisavat blaga rečene crikve tolika ma i duge i ostale potrebe brajske i Bog nam vsim pomozi i blažena deva Marija mati Hristova vsim dobrom nebeskim Boga za nas amen; pri tom se čuvajmo grieha i vsakoga zla. Začetak svake mudrosti strah od Gospoda.

Ephem. Danica XX (Labaci 1867) p. 23, 26.

Ad 16. 1605, Peče Tergestin.

„Libro originale della chiesa et Confraternita di Sancta Maria de Siars" cum hoc titulo glagolitico:

To je legištar svete Marije na Peči. I taj čas biše starišina Petar Pergarac iz Ricman in Ivan Žerjal iz Bolunca i ja pre Pjero Dragonić bih podružnik poli gospodina pre Jurja Jurinčića farmana Dolinskoga i to zapisah. Ephem. Danica XX (Labaci 1857) p. 23, 26.

16 a. 1605, in Castro S. Viti Flumine Polen.

Registrum Missarum fundationalium Capituli S. Mariae Terrae Fluminis Polensis dioeceseos characteribus glagoliticis conficitur.

G. Kobler, Memorie per la storia della liburnica città di Fiume, Fiume 1898, I, 193.

17 a. 1606, Novi Segnen. et Modruscien.

Presbyter Bernardinus Petrinović plebanus Novi epitaphium glagoliticum in coemeterio conventus Or. S. Pauli sibi ponit.

Kukuljević, Nadpisi u Hrvatskoj i Slavoniji, Zagreb 1891, N. 507, p. 149.

20 a. 1611, 1 Decembris, Absori.

Hieronymus Zane syndicus ordinarius insulae Absori iubet omnes confraternitates praecipue illas Lussini Majoris et Minoris non amplius lingua slavica sed italica rationes reddere.

Rad Jugosl. Akademije, LVII, 186.

20 b. 1611, Belgrad Vinodolski Segnen. et Modruscien.

Aedificatio cappellae ac sacristiae ecclesiae B. M. Virginis Belgradensis a presbytero Nicolao Mužević absoluta, tribus inscriptionibus glagoliticis, architravo portae et muro eiusdem cappellae insculptis, memoriae consignatur.

Kukuljević, Nadpisi N. 24, 25, 26 p. 7 s.

20 c. 1599—1611, Tar Parentin.

Registrum Confraternitatis S. Antonii lingua slavica vulgari characteribus glagoliticis conscribitur.

In archivo parochiali Tar; ex apographo Špinčićiano.

22 a. 1614, 15 Septembris, Dubašnicae Veglen.

Inscriptio glagolitica in altari cappellae S. Andreae Dubašnicae: Leto 1614. na 15 Sektembra. Svetoga Andrije bi postavljen oltar. Pisah ja pre Martin Krajnović kurato.

Ex apographo plebani Žgombić 12 Novembris 1790, in Collectione Špinčićiana.

42 a. 1623, Venetiis.

Apud Marcum Ginami „Ogledalo duhovno" a Fr. Mauro Orbini ex Italica in slavicam vulgarem linguam versum, characteribus slavicis bosnensibus imprimitur, his cum approbationibus:

Imprimatur, si videbitur Reverendissimo Patri Magistro Sacr. Palatii Apostol. Caesar Fidelis Vicegerens.

Ex commissione Reverendissimi Patris Magistri Sacri Palatii Fr. Ludovici Ystella, Ego Bartholomaeus Cassius Sacerdos Theologus e Societate Jesu legi librum inscriptum Zarçalo Duhovno hoc est Speculum Spirituale, etc. ex Italica in meam Illiricam Linguam translatum satis fideliter a R. D. Mauro Orbino, nihilque animadverti in eo — — opportunum, atque adeo typis dignum censeo. Datum (Romae) die 8 Novembris 1613. Bartholomaeus Cassius.

Imprimatur.

Fr. Thomas Pallavicinus Bonon. Magister, et Reuerendissimi Fr. Lodovici Ystella Sacr. Pal. Apost. Magistri, Socius, Ord. Praed.

Denuo praesens liber lectus, et aprobatus fuit Venetiis pro impressione. Die 6. 1621. Fr. Ludovicus Secch. Commiss. Inquis. Venet.

Opusculum 10×7 cm. apud sacerdotem Petrum Škarica Podgragjensem.

90 a. 1633, Drenovae Polen.

Canonicus Dardić S. Mariae Terrae Fluminis Polensis dioeceseos testamentum olographum caracteribus glagoliticis conficit.

G. Kobler, Memorie di Fiume, Fiume 1898, I, 193.

111 a. 1640, Belgrad Vinodolski Segnen. et Modruscien.

Restauratio presbyterii ecclesiae B. M. Virginis Belgradensis a sex sacerdotibus absoluta, inscriptione glagolitica muro eiusdem presbyterii immissa, memoriae consignatur.

Kukuljević, Nadpisi N. 26, p. 8.

112 a. 1641, Veprinac Polen.

Testamentum Georgii Fabić in Veprinac prope Castuam characteribus glagoliticis conficitur a „pop Petar Martinačić nodar oblastju ces. očit."

Authenticum in archivo parochiali in Veprinac; ex adnotatione Špinčićiana.

116 a. 1641, Boljuni Polen.

Absolutio aedificationis ecclesiae S. Georgii Boljuni anno 1590 incoeptae (fr. Fontes XVI s. N. 155), parocho p. Bernardino Velioni curante, inscriptione glagolitica et latina memoriae consignatur.

Kukuljević, Acta croatica, Zagrabiae 1869, 292.

116 b. 1641, Romae.

Evangeliarium lingua croatica vulgari, a Bartholomaeo Kašić S. J. versum, imprimitur.

Milinović, Crtice o slovenskoj liturgiji, Jadrae 1880, 144 ss.

138 a. 1649, Grobnik Segnen. et Modruscien.

Aedificatio cappellae SS. Trinitatis in Grobnik a comite Francisco Frankulin porculabio comitis Petri Zrinski, inscriptione glagolitica eidem cappellae immissa, nunc vero in Musaeo Nationali Zagrabiensi asservata, memoriae consignatur.

Kukuljević, Nadpisi N. 177, p. 51.

154 a. 1654, Absoren.

Protocollum Visitationis Canonicae dioeceseos Absorensis ab episcopo Joanne de Rubeis peractae, characteribus glagoliticis subscribitur a presbyteris Ropčić et Karlić, a presbytero S. Jacobi, a parocho Čunski, a duobus presbyteris Lossini Minoris, a duobus Lossini Majoris, ab illo Beli, Dragozetić, Orlec et Belej.

Ex adnotatione Špinčićiana in omonima Collectione.

195 a. 1674, 20 Aprilis, Absori.

Simeon Gaudentius Absorensis episcopus curatoribus animarum suae dioeceseos mandat, ut Protocolla Natorum et Copulatorum, hucusque characteribus glagoliticis conscripta, in posterum primum glagolitice, deinde latine vel italice conscribantur.

Apographum in Protocollo Natorum et Capulatorum ad annum 1674 in Archivo parochiali Absori; ex adnotatione Špinčićiana. Mandatum hoc usque ad annum 1709 observatum est.

208 a. 1678, 22 Junii, Castuae Polen.

Statutum capituli ruralis Castuae anno 1473 glagoliticis characteribus confectum (Fontes XV s. N. 75) a Matthaeo Tonković canonico s. Helenae Castuae publico imperiali notario, iisdem characteribus exemplatur; ac a Claudio Marbuch Castuae, Veprinac et Mošćenicae Capitanio authenticatur.

Authenticum in archivo parochiali Castuae; ex adnotatione Špinčićiana.

ADDENDA II.

21 a. 1613, Venetiis (Bosnen).

Evangeliarum lingua croatica vulgari (Schiavetto), iam anno 1543 a presbytero Benedicto Zboroveo vulgatum atque iterum 1586 anno Venetiis editum, a Franciscano Bosnensi fr. Ioanne Bandulavić Skoplja-nensi revisum et auctum, tertio vulgatur.

Pisctole i Evangelya priko svega godiscta novo istomacena po razlogu Missala Dvora Rimskoga: dosadascgnya od mnoziih pomagnka-nyih ocistena: i sa svijmi, koya dosad u Slovinskhi yezik magnkahu s' vellikom pomgnyom istomacena, i virno prinessena po fra Iuannu Bandulaiuchiu Skopglianinu R(edodrzave) M(alobraćanske) B(osanske), 1613.

In fronte: Stemmata Bosnae et Dalmatiae, et effigies S. Caji Papae Dalmatae et S. Ioannis episcopi Traguriensis; et episcoporum SS. Cyrilli et Methodii, necnon Beati Angeli a Clavasio.

In Praefatione causae hujus editionis Evangeliarii croatici enumerantur: »počeh s pomoću Božjom u Bolonji pisati prid rečene Pištole i Evangjelja, ispravljajući ona, koja se u Staromu Sctavu od zgora rečenih štampalac zgodila bihu pomanjkanja i ona, koja na vele mista k novomu Misalu neprilikovahu na put privadeći, nadodajući više Pištola i Evangjelji, koja slovinskim jezikom dosad izgovorena nebihu, mnoge stvari druge za Parokiane potribne. I znam, premda su sva ova (reći ću) najprvo na poštenje Božje učinjena: na službu jezika Slovinskoga na pomoć onim, koji vele dobro latinsku knjigu nerazumiu i svrhu toga osobite moje vlastite koristi radi, koju svaki od nas umrlih pomnjivo ište, i nanju se poteže, nemogući, koji razum ima čovik (po naravi govoru) nikako, učiniti inako, veli Ciceron. Prem, ako, i piše drugi protiva tomu govoreči. Najposlidnja: aliti najveća pogrda i sramota jest čoviku, koji štogodi čini, radi samoga sebe čini, čineći se meni vele čudnovato (malo inako već svaki dan) Misu govoriti, a od nje daj Pištole i Evangjelja nerazumiti, jere onomu, koji govoreći ali hvali, ali kudi a ne zna što govori neima se virovati, reče Plutarko . . . takojer, da svekolike Pištole i Evangjelja: koja dosad (premda mnoga) iz Latinskoga u Slovinski naš jezik domaći manjkahu istomačena, s onizimi koja su dosad bila: i koja su inako po načinu novoga misala odredjena, i vpravljena, virno prinesem i vpravim: jere vazda S. M. R(imska) C(rkva) Duhom Svetim obladana jest, za to ono, što je za poštenje Božje: i korist osobitu našega spasenja prikladnije, ne iznova, da čini, ali slaže Pištole i Evangjelja, nego ona, koja su od Patriarkih i Prorokov u staromu: od Isukarsta i Apoštolih u novomu zakonu dilovana, vpravlja: odlučuje i naredjuje: za to sva ona, koja u Općini: i osobitih svetkovinah, istomačena manjkahu, ali su drugojako po Blagdanih odredjena, iznova li od S. M. R. C. naredjena po prilici novoga Misala od S. Sabora Trentskoga: i pod vladanjem S. O. Pape Clementa VIII vpravgliena; s velikom pomnjom (*općene koristi radi*) stavljam i pripišujem . . .«

Decretum Consilii X^rum^ 1 Aprilis, 1613: I reformatori dello Studio di Padova »che nel libro delle Epistole, & Euangeli ... contenuti nel Messale Romano translatato già molt' anni da Latino nella lingua Schiava dal M. R. D. Benedetto Zboroveo stampati nel 1543. & nel 1586. in Venetia, et al presente revisti con addition di molte altre Epistole & Evangeli, & altro correnti nel Messale Romano dal R. P F. Giovanni Bandulavich Bossenese dell' Ordine di S. Francesco de Minori Osservanti non vi è cosa contra le leggi, & è degno di stampa...

Exemplar in bibliotheca Conventus Ordinis S. Francisci M. O. Košljuni Veglensis dioeceseos; juxta notam presbyteri Vincentii Premuda Veglensis dioeceseos.

59 a. 1626, Venetiis.

Evangeliarium croaticum vulgare (Schiavetto) iam 1613 anno a Franciscano Bosnensi fr. Ioanne Bandulavić editum (cfr. N. 21 a), iterum imprimitur.

Exemplar in bibliotheca Conventus Ordinis S. Francisci M. O. Košljuni Veglensis dioeceseos; juxta notam presbyteri Vincentii Premuda Veglensis dioeceseos.

67 a. 1627, Grižane Segnen.

Dialogus S. Gregorii a presbytero Martino Martešić cappellano s. Mariae Belgradensis in Grižani degente glagolitice conscribitur.

Dialog Svetoga Gargura. Izspisah ga Ja po Imenu Pop Martin pridivkom Martešić, kapelan Crikve svete Marie u Belgradu, stanući u Grižanih u letih Božjih 1627. Ja Pop Marko Bonifacio Kanonik senjski Crikve Katedrale pripisah ga (latinicom) i svrših iz pisma glagoljskoga S. Jerolima N. S. C. na 2 luja miseca, leto gospodinovo 1719.

Exemplar manuscriptum in bibliotheca Conventus Ordinis S. Francisci M. O. Košljuni M. O. Veglensis dioeceseos asservatum; juxta notam presbyteri Vincentii Premuda Veglensis dioeceseos.

Ad N. 109. 1640, Romae.

Rituale Romanum — Urbani VIII Pont. Max. — Jussu editum — Lingua illyrica — Romae — Ex Typographia Sac. Congreg. de Propag. Fide — MDCXL — Superiorum Permissu.=Ritual Rimski — Istomaccen Slovinski — po Bartolomeu Kassichiu Popu Bogoslovcu od Druxbae Jesusovae Penitenciru Apostolskomu — V RIIMV, Iz Vtiestenicae Sfet: Skuppa od Razplodyenya S. Vierrae. 1640.

Mutius Vitellescus — Societatis Jesu Praepositus Generalis. Cum Rituale Romanum *Pauli. V. Pont. Max.* iussu editum, à P. Bartholomeo Cassio nostrae Societatis Illyrice redditum, nostro mandato recognitum in lucem edi posse, probatum sit; facultatem concedimus, ut typis mandetur, si ita Illustrissimo et Reverendiss. D. Vicegerenti, et

Reverendiss. P. M. Sac. Pal. videbitur. — In quorum Fidem has Litteras manu nostra subscriptas, et sigillo nostro munitas dedimus. Romae 13. Martii 1637. Mutius Vitellescus.

Imprimatur si videbitur Rev. P. M. Sac. P. Apost. Jo. Bapt. Episc. Camer. Vicesg.

Ex commissione Reverendissimi Patris Fr. Nicolai Riccardi Mag. Sac. Pal. Apostol. vidi, diligenterque perlegi hoc Rituale Romanum ex Latino Illyricum factum communiori modo loquendi ab Admodum R. P. Bartholomaeo Cassio Societatis Jesu in Basilica S. Petri Poenitentiario; nihilque in eo inveni contra fidem Catholicam, neque contra bonos mores, immo opus illyricis Sacerdotibus perutile, ac pernecessarium typis dignissimum censeo. In quorum fidem, etc. Romae die 25 Martli 1637. — Francisuns Manolla Spalatens. I. V. D. et Canonicus S. Hieronymi Illyricorum de Vrbe manu pp.

Imprimatur. F. Hyacinthus Lupus Mag. etc. Soc. Reverendiss. Patris Mag. Sac. Pal. Apost.

154 b. 1655, 1 Aprilis — 8 Octobris, Absori.

Joannes Lenne, Matthias Radošić, Nicolaus Zentelica seu Zentiličić, Garić, Hieronymus Vitković, Matthias Lagaja, Nicolaus Neretvić, Joannes Tabašelić, Antonius Zattin, Antonius Zagurić, Taddaeus Vitković, Franciscus Marketić, Antonius Ragožinić, Andreas Kumandić, Antonius Ragužin, Joannes Almešić, Franciscus Jurković Perković sacerdotes saeculares; Antonius Makina, Franciscus et Joannes sacerdotes regulares missam Glagolito-Romanam in cathedrali et in cappellis Absori celebrant, pluries Capitulares substituentes; seque in Libro Missarum characteribus glagoliticis subscribunt.

In festo patroni S. Gaudentii sic adnotatur:

A di primo Zugno 1655. Io D. Putraih celebrai la messa prima per il Signor Canonico Zacevih.

Io D. Zacevich celebrai S. Sacramento per obbligo del Capitulo.

Ja Matija Lagaja velij Crikvi.

Ja Radošić u Sv. Gaudenta za limozinu.

Ja Don Vitković sprit sv. Tela za limozinu.

Ja Don Tadij Vitković u sv. Marije za Premancira.

Ja Don Franić Marketić za limozinu u Crkvi okolo daig sv. Marij.

Ja Don Ivan Tanbacelić.

Ja Domaton Ragušić u sv. Gaudenta za divocion . . . . na sv. Sakrament za divocion.

Ja Andrij Kumandić misih za divocion.

Ja Don Jerolim Vitković misih u sv. Gaudenta za limosinu.

1655. Libro nel quale tutti Reverendi Sacerdotti doveranno nottare le Messe che celebreranno, sì in la Cattedrale come in altre cappelle in questa città d'Ossero.

Authenticum in archivo parochiali Absorensi; ex relatione administratoris parochialis Antonii Lužina.

164 a. 1611—1659, Spalati.

In unica parochia civitatis et suburbiorum Spalati, matrimonia lingua slavica per cooperatores glagolitas celebrantur, qui in Libro Copulatorum talia matrimonia characteribus glagoliticis conscribunt, vel latine ab alio conscripta, iisdem characteribus authenticando subscribunt.

1611, 13 Novembris in ecclesia S. Rochi et 1613, 20 Januarii in ecclesia S. Crucis matrimonium copulat cooperator Spalatensis Stephanus Jurjević »hervaćanin« (glagolita); characteribus Politiensibus in Libro Copulatorum conscribens.

Idem cooperator Spalatensis Jacobus Saturičić »harvaćanin« pluria matrimonia copulans a mense Novembri 1619 ad 11 Novembris 1828.

Ab anno 1634 ad 1659 sacerdotes glagolitae: Jacobus Stuaričić, Georgius Bilovčić in ecclesia urbana S. Spiritus, Laurentius Duperović, Michael Dagelić »harvaćanin«, Stephanus Carević »remeta ad Poišana«, (cappellanus B. Mariae in Poišano), Nicolaus Bašić, Bartolomeus Karcatović, Petrus Kružičević, matrimonia slavice copulantes, in Libro Copulatorum ipsis characteribus Politiensibus eadem conscribunt, vel ab alia manu latine conscripta, sua subscriptione iisdem characteribus authenticant. Ex. gratia:

1639, 29 Augusta. Ja Don Lovre Duperović potvrdjujem kako je zgora.

1641, 21 Jenuara. Ja Don Jure Bilovčić složih.

Liber Copulatorum parochiae Capitularis S. Domnii Spalati 1610—1660 in archivo Capitulari Spalatensi; cfr. Appendicem ephem. Spalatensis Jedinstvo XII. 1905), N. 28.

176 a. 1665, 13 Junii, Veglen.

Bulla Alexandri papae VII, qua ad petitionem Ducis Venetiarum clero saeculari et regulari recitationem officii Immaculatae Conceptionis B. Mariae Virginis cum octava permittit, glagolitice publicatur.

Exemplar in bihliotheca Conventus Ordinis S. Francisci M. O. Košljuni Veglensis dioeceseos; juxta notam presbyteri Vincentii Premuda Veglensis dioeceseos.

201 a. 1674, Mrežnica Zagrabien.

Matricula Defunctorum glagolitice descripta incipit:

To su knjige kadi se mrtvi zapisuju leta 1674.

Lopašić, Oko Kupe i Korane, Zagrabiae 1895, 311.

211 a. 1672—1681, Vrhovci Zagrabien.

Matriculae Baptizatorum Glagolitice descriptae.

Tkalčić, Kat. List. 1903, N. 16; Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj 1904, 86.

216 a. 1685, Arbi.

Conventus S. Francisci prope S. Catharinam in Campomartio Arbi liturgia Glagolito-Romana utitur.

P. Coronelli, istoriografo della Serenissima Republica, Descrizione topografica dell' Isola d' Arbe con gli scogli adiacenti e sua Giurisdizione: »Il terzo (convento) presso Santa Cattarina in Campomarzo (Komrčar) fuori della città di PP. del Terzo Ordine parimente di san Francesco, che ufficiano in Glagolito col titolo di S. Francesco, fabricato l' anno 1480.«

Cfr, Maschek, Manuale del regno di Dalmazia 1873, p. 74.

239 a. 1685—1695, Primošten Sibenicen.

Pars superstes ex incendio Libri Parochialis Primoštenensis ab a. 1685 ad 1695 characteribus glagoliticis confecta est.

Ex relatione administratoris parochialis Nicolai Tabulov Truta.

256. XVII s., Lossini Majoris Absoren.

Parochus Lossini Majoris Joannes Božičević glagolita, qui etiam postremus notarius publicus fuit, et characteribus glagoliticis exclusive pubblica instrumenta rogavit:

Libro II. Testamenti e Scritture di Don Zuane Bosichievich parochiano ultimo di Lossin Grande fù Illirico Nodaro, principiato 16 . .

In archivo parochiali Lossini Maioris, juxta adnotationem Špinčićianam.

257. XVII s., Košljun Veglen.

Quadragesimale Glagoliticum ab ignoto auctore conficitur, vel ex illo anno 1508 a Janković et Bedričić Segnae edito (cfr, XVI s. N. 18), transcribitur.

Exemplar manu scriptum in bibliotheca conventus Ordinis S. Francisci M. O. Košljuni Veglensis dioeceseos asservatum; juxta notam presbyteri Vincentii Premuda Veglensis dioeceseos.

258. XVII s., Materadae Aemonien.

Inscriptio glagolitica in lapide semiobiculari in fronte atrii ecclesiae Materadae prope ab Humaco (nunc Tergestinae dioeceseos), maxima ex parte haud legibilis; ex parte dextra: »Ivan Vela Čvet . . .«

Ibidem in lapide pavimenti »166. Ivan . .«.

Juxta adnotationem Špinčićianam.

259 XVII s., Visovac Scardonen.

Fr. Paulus Papić in bibliotheca conventus Visovac Ord. S. Fr. M. O. missale Glagolito-Romanum (»un messale antiquo in nostra lingua«), adinvenit.

A. Hoffer S. J., Dva odlomka o kršćanskoj crkvi u Bosni, in Spomenknjiga iz Bosne, Zagreb 1901, p. 77.

260. XVII s., Raccotolae Parentin.

Liber Baptizatorum ecclesiae parochialis Raccotolae characteribus glagoliticis conficitur.

Liber Baptizatorum a. 1688 in archivo Roccatolensi iuxta relationem parochi.

261 (XVII s.), Varaždinske Toplice Zagrabien.

Inscriptione glagolitica filius patri crucem ferream ex gratitudine in cappella S. Spiritus in Varaždinske Toplice positam commemorat.

Kukuljević, Nadpisi u Hrvatskoj i Slavoniji, Zagreb 1891, N. 932, p. 275.

CORRIGENDA

Pag. 6. *N. 11. 1603, Dolinae Tergestin.*
» 10. » *27*, l. 2.a: Glavinić [cfr. N. *26*].
» 17. » *54*, l. 9.a: obtinui gratiosissime
» 18. » *56*, » 4.a: editio Fluminensis anni 1531 [cfr. Fontes XVI s. N. 65 et 66] sit.
» 20. » *62*, » 25.a: seu unicum alumni locum.
» 21. » *65. 1627, 13 Novembris, Venetiis.*
» 21. » *66*, » 3.a: [Glagolitarum in Svetice]
» 22. » *70*, l. 4.a: typographia editorum [cfr. N. 25] 80.
» 22. » *72*, » 7.a: Grozdek laicum eidem P. Raphaeli Croato pro socio
» 22. » *72*, » 8.a: [Pietro Bogdano Bakić]
» 24. » *79*, » 4.a: Zagrabiae 1895, 232.
» 28. » *90*, » 2.a: Petrus Morania
» 29. » *94.* » *1634, Kupinac Zagrabien.*
» 30. » *98. 1635, 28 Septembris, Romae.*
» 30. » *98*, l. 5.a: Trnoviensis (cfr. N. 81).
» 30. » *101.* l. 6.a et 7.a: De novo Missali Glagolitico satisfacentissime accepto in terris croaticis.
» 32. » *114. 1641, Visoko Zagrabien.*
» 34. » *120.* l. 2.a: Archiepiscopus Ragusinus Bernardinus Larizzi
» 39. » *137. 1649, Okić*
» 45. » *155. 1655, 15 Junii, Parentii.*
» 48. » *166. 1660, Aprili, Absori.*
» 48. » *166.* l. 10.a: Danniamo l'uso
» 53. » *188. 1668, Aemonien.*
» 61. » *224.* 4.a: (cfr. N. 131).
» 64. » *228*, » 5.a et 6.a: »Cum enim incolae plebium ruralium fere omnes loquuntur Illirica lingua, et parochialia beneficia non secus ac reliqua.

FONTES LITURGIAE GLAGOLITO-ROMANAE XVIII SAECULI

1. 1700 c., Zagrabiae.

Missale Glagolito-Romanorum, quod in Bibliotheca dioecesana Zagrabiensi asservatur, pro usu ecclesiae cathedralis Zagrabiensis characteribus Glagoliticis transcribitur.

I. K. Tkalčić Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae 1904, 89.

2. 1701, Segnen.

Martinus Brajković episcopus Segnae et Modrusiae Clementi papae XI de statu dioeceseos refert inter alia:

„Habeo Episcopatum valde amplum, et dilatatum, cujus magna pars in regionibus recenter Turcis ereptis; sed Sacerdotibus doctis et Latini idiomatis peritis plane distitutam, qui eundem populum in rebus fidei instruunt, et schismaticorum, qui copiosi sunt, reductionem procurent. Suppleri hic defectus posset, si aliunde docti ac linguae Illyricae periti Missionarii, advocarentur. — — Totus clerus in dicendo divino officio, et Missarum celebratione, Illyrici idiomatis libris utitur, quibus pene caret; et nisi ex typographiae de Propaganda Fide provisum fuerit, brevi a divinis cessare cogetur, cum Latini idiomatis peritiam non habeat.“ Pro revisione et correctione librorum eorundem proponit: „posset ex mea dioecesi evocari Nicolaus Maricich sacerdos latinae et Glagoliticae linguae satis peritus.“

Farlati, Illyricum Sacrum IV, 153.

3. 1701, Polen.

Joseph Maria Bottari Polensis episcopus in Visitatione ad Limina S. Congregationem Concilii de statu dioeceseos certiorem reddens, refert:

„Idioma usuale est Italicum fere in omnibus locis; aliquae tamen Villae utuntur lingua illirica etiam in recitatione Chorali divini officii et missis solemnibus tantum“.

Folium Dioecesanum Parent. Polen. 1882 p, 43; Pesante, La liturgia slava, 149.

4. 1702, 20 Octobris, Justinopolitan.

Paulus Naldini episcopus Justinopolitanus in Visitatione ad Limina Apostolorum S. Congregationem Concilii de statu dioeceseos certiorem reddens, refert:

„Anno primo hujus labentis triennii generalem meae dioecesis visitationem reassumpsi, a forensibus parochiis exorsus, quas, Deo dante, in melius redactas reperi, tum quoad spiritualia, cum plebani breviarii quodam Doctrinae Christianae Compendio, typis impresso, provisi, facilius potuerint, in Illyricum idioma illo converso, commissos sibi populos instruere....“

Authenticum in Archivo S. Congr. Concilii in Tabulario Vaticano juxta excerptum Crncicianum anni 1892.

5. 1701—1702, Aemonien.

Episcopus Aemoniensis Nicolaus II Gabrieli in Visitatione generali Canonica adinvenit:

„Verteneglio: Un Messale latino et un schiavetto, un Rituale et un Messale da morto.“

Pesante, La liturgia slava, 140.

6. 1703, 12 Julii, Parentin.

Alexander Adelasius episcopus Parentinus in Visitatione ad Limina Apostolorum S. Congregationem Concilii de statu dioeceseos certiorem reddens, refert:

„In universa Dioecesi partim Latino partim Illirico Divina celebrantur“.

Authenticum in Archivo S. Congregationis Concilii in Tabulario Vaticano; juxta apographum Crncicianum anni 1892.

7. 1705, 3 Decembris, Justinopolitan.

Paulus Naldini episcopus Justinopolitanus in Visitatione ad Limina Apostolorum S. Congregationem Concilii de statu dioeceseos certiorem reddens, refert:

„Hujus (urbis) exigua dioecesis, in qua non alia personat lingua, quam Illirica, adeoque cum arduum (sit) ut alicui plebi vacanti de condigno parocho providere, ab exordio injuncti regiminis, necessarium agnovi intentare erectionem clericalis Seminarii pro eadem lingua addiscenda.“

Authenticum in Archivo S. Congr. Concilii in Tabulario Vaticano; juxta excerptum Crncicianum anni 1892.

8. 1705, Segnae.

Formula iuramenti, quam canonicus cathedralis Segnensis in actu installationis recitare solebat.

„Ego N. N. spondeo, voveo ac juro — — eundemque in persona administrabo canonicatum, glagolismum intra semestre ad summum adiscam, cum frequentatione chori, etiam quoad officium sive Breviarium Illyrico sermone horis matutini et pomeridianis, ejus jura et libertates pro viribus defendam — — Sic me Deus adjuvet et haec sancta Dei evangelia."

Authenticum in Archivo Capitulari Segnensi.

9. 1706, 3 Novembris, Parentin.

Alexander Adelasius episcopus Parentinus in Visitatione ad Limina Apostolorum S. Congregationem Concilii de statu dioeceseos certiorem reddens, refert:

„In aliquibus Ecclesiis Parochialibus Illirico idiomate Divina celebrantur."

Authenticum in Archivo S. Congr. Concilii in Tabulario Vaticano, juxta excerptum Crncicianum anni 1892.

10. 1706, Romae.

Typis S. Congregationis Propagandae Fidei Missale Glagolito-Romanum opera Joannis Paštrić Spalatrini Canonici S. Hieronymi Slavonorum de Urbe, iam annis 1631 et 1648 editum, una cum novis Missis additis imprimitur.

Ljubić, Ogledalo književne povjesti jugoslavenske, Rieka 1864, I, 42; I. Berčić, Čitanka staroslov. jezika, Prag 1864 p. XVI et 88 s.

11. 1704—6, Jaska Zagrabien.

Nicolaus Lacković, annum 78 agens, glagolita, praebendarius S. Spiritus Jaskae Zagrabiensis dioeceseos; anno 1707 defunctus.

Visitatio can. Zagrabiensis; cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagrabiae, 1904, 87.

12. 1707, Romae.

Typis S. Congregationis Prop. Fidei curante Joanne Paštrić Spalatrino canonico S. Hieronymi Slavonorum de Urbe Missale Glagolito-Romanum Defunctorum ex editione anni praecedentis [cfr. N. 10] reimprimitur.

Ljubić, Ogledalo književne povjesti jugoslavenske. Rieka 1864, I, 43; I. Berčić, Čitanka staroslov. jezika, Prag 1864 p. XVI et 890.

13. 1707, Filipjakov Jadren.

Renovatio ecclesiae parochialis SS. Philippi et Jacobi in Filipjakov Jadrensis dioeceseos tempore Michaelis Kužinović parochi, inscriptione glagolitica parti posticae frontis ipsius ecclesiae immissa, memoriae commendatur.

Jelić, Bošana i Sv. Filip i Jakov in ephemeride Viestnik hrv. arheol. dr. N. S. III (1898), 100.

14. 1707, Romae.

Philipus Rondini, verba Francisci del Sodo [Cfr. XVII s. N. 245] de erectione Oratorii S. Cyrilli referens, animadvertit idem oratorium S. Domenico dicatum fuisse.

Ph. Rondinini, Basilica S. Clementii, 1707; cfr. Bartolini, Memorie storico-archeologiche dei Santi Cirillo e Metodio, Roma 1881, 189.

15. 1709, 1 Junii, Justinopolitan.

Paulus Naldini episcopus Justinopolitanus in Visitatione ad Limina Apostolorum S. Congregationem Concilii de statu dioeceseos certiorem reddens, refert:

„Quoad primum ab EE. VV. sciendum exopto, quod itidem SSmo. Domino Nostro Summo Pontifici Clementi, pro praedicto indulto obtinendo humiliter exposui: quod — — etsi arduum clericalis Seminarii opus pro Illyrica lingua addiscenda, nedum a me, sed a praecessoribus meis semper quesitum et optatum, et merito, quia supra modum neccessarium, eo tandem deductum est, ut quamprimum mihi sperandum illud non solum fundatum, et erectum, sed et apertum videre. — Reliqui vero, si ex aliis Istriae dioecesibus huc se conferrent, integrum victus stipendium erogare tenentur. Et omnes simul morum probitate, religiosa litterarum peritia, et Illyrica lingua imbuentur. Quo discreto moderamine prosperum hujus Seminarii exitum futurum censeo. Et quidem non leve meae dioecesi (ne de coeteris Istriae loquar, pari calamitate laborantibus) ne dicam immensam proveniet beneficium. Ubi hactenus aliqua plebs ruralis vacavit, ad plebanatus munus non meliores eligere licuit. Hi etiam vel in urbe, vel in oppidis Pyrrhani et Insulae praedictis commorantes, cum non calleant Illyricum idioma, quo unico ruralis plebium populus utitur, sed aliquem presbyterum in Illyrica linqua versatum, hinc inde requisitum, quicumque ille sit, et quondoque Regularem aliquem, praesentim Tertii Ordinis Illyrica lingua hic per Istriam Divina Officii tum Missarum celebrantem, non semel necesse fuit eisdem praeficere".

Authenticum in Archivo S Concilii in Tabulario; juxta excerptum Crncicianum anni 1892.

16. 1710, 4 Novembris, Justinopoli.

Instrumentum fundationale Seminarii Dioecesaui, quod a suo fundatore episcopo Fr. Paulo Naldini [Cfr. N. 15] „Italo-Sclavum Naldinianum“ appellatum est, determinat quattuor alumnata pro curatoribus animarum inter Slavos; eorumque provenientiam, curriculum studiorum ab ipsis persolvendum: „Unde geminatam sortientur scholam; unam in collegio, alteram in seminario, ubi addiscent etiam linguam sclavam, ut suo tempore animabus plebium forensium succurrere valeant“.

Archivum episcopale Justinopolitanum; Curia episcopalis Terg. Justinopolitana, a. 1867, 157 ss.

17. 1710, Aemonien.

Nicolaus II Gabrieli Aemoniensis episcopus in Visitatione Generali Canonica adinvenit:

„Tribano: un messale da morto, un Rituale Romano et governato il Schiavetto“.

Pesante, La liturgia slava, 140.

18. 1711, 1 Septembris, Cathari.

Archiepisceous Antibarensis Vincentius Zmajević rogat Clementem papam XI., ut patrui sui Andreae olim Archiepiscopi Antibarensis ecclesiasticos annales Illyrica lingua exaratos publici iuris faciat.

Beatissime Pater!

— — Illyrica natio, inter plantas apostolicas in gremio Catholicae Ecclesiae primogenita, sanctissimi pontificis Urbani VIII oraculo celebratur. Plures habet filias, majorem Europae, maximam Asiae partem incolentes. Poene omnes, exceptis diffidentiae filiis, Cathedrae Petri communione sociantur. — — Sacram castrorum aciem omni armatura fortium ordinatam Andreas Zmaievich, Archiepiscopus Antibarensis, patruus et praedecessor meus, annalium ecclesiasticorum Illyrico-Latinam synopsim gestorum serie plana facilique methodo compilando in schismatis perniciem instruxit. Opus luce dignum Illyricae linguae populis, imperitis ac latinarum litterarum prorsus ignaris, Moschis potissimum — salutare, nec typis editum, tenebris adhuc involvitur. — — Prodeat in campum, Tua auspice clementia, extructa acies. — Cathari prima Septembris 1711.

Sanctitatis Tuae — —
Vincentius Archiepiscopus
Antibarensis.

Theiner, Mon. Slavorum Meridionalim II, 241 s.

Hoc Ms. Andreae Zmajević servatur in Bibliotheca Sacrae Cong. Propagandae Fidei cum hac adnotatione: „Anno 1694, 28 Septembris Joannes Pastritius. Imprimatur Fr. Thomas Maria Ferrari Magister Sacri Palatii Apostolici“. Cfr. Assemani Kal. Eccl. Un. IV, cap. IV. §. 1. Adnot.

19. 1711, 1 Decembris, Justinopolitan.

Paulus Naldini episcopus Justinopolitanus in relatione Visitationis ad Limina Apostolorum S. Congregationem Concilii de statu dioeceseos certiorem reddens, refert:

„Cum enim universus populus omnium dioecesum Istriae non alia utatur lingua, quam Illirica: nisi sacerdotes in parochos vel cappellanos forensibus dioecesibus (sic!) designati, eamdem calleant linguam, inhabiles ad animarum curam in illis exercendam. Quo primum ad hanc urbem appuli, huic necessitati occurrere in votis habui, et aliquale clericorum Seminarium potissimum pro lingua Illirica adiscenda fundare ac erigere sategi."

Authenticum in Archivo S. Congr. Concilii in Tabulario Vaticano; juxta excerptum Crncicianum anni 1892.

20. 1670—1711, Parentin.

In Visitationibus generalibus Canonicis dioeceseos Parentinae tempore Alexandrii Adelasii episcopi adiventum est:

„Raccottole: sia aggiustato il messale illirico.
Mondelbotte: sia provvisto un schiavetto.
Sbandati: Siano accomodati il rituale ed il schiavetto.
Caroiba: Sia aggiustato il messal latino e posti li cartoni al ritual illirico.
Novaco: sia aggiustato il Schiavetto.
Villa di Rovigno: sia provveduto un missale latino, far rilegar il ritual schiavo.
Montreo: sia provvisto un messale latino et aggiustato il schiavetto.
S. Lorenzo: sia provvisto un Schiavetto e sia fatto ne' giorni festivi di precetto la ripetizione in schiavo dell' Epistola et Evangelio.
S. Domenica: sia fatto un rituale romano, sia provvisto uno schiavetto.
S. Pietro in Selve: sia accomodato il messale schiavo, sia provvisto un Rituale latino.
Foscolino: sia provvisto un messale romano, uno schiavetto, un rituale romano.
Antignana: siano provvisti due Missali romani, due messaletti da morto, un schiavetto, un rituale.
S. Michele sotto terra: sia provvisto un schiavetto nuovo e un missale romano novo.
Mompaderno: sia provvisto un ritual latino et un schiavetto.
Monghebbo: sia provvisto due rituali, uno latino et l' altro schiavetto".

Excerpta ex Visitationibus generalibus Canonicis episcopi Alexandri Adeasii; Pesante, La liturgia slava, 1263.

21. 1712, Omišalji Veglen.

Versio croatica Actorum et Decretorum SS. Concilii Tridentini a Sacerdote Omišaljensi Antonio Franchi characteribus glagoliticis transcribitur.

Sveto Sveti Konciliet Tridentski znet iz diačkoga na hervatski, kopije rukom popa Antona Franki, č. u. b. i (1712).

Exemplar XVIII s. apud Parochum Lossinianensem Bonifačić.

22. 1713, Spalaten.

Archiepiscopus Spatensis Stephanus II Cupilli S. Congregationem Concilii de statu dioeceseos, praesertim de usu linguae slavicae in sacris certiorem reddens, refert:

„Clerus urbanus Sacerdotes 60 numerat, Clericos 15. — Clerus foraneus, Politiensis 125. circiter. Hi soluis linguae Illyricae gnari probis quidem sunt moribus (neque enim ullam scandali suspicionem populus in Sacerdotibus tolerat), sed propter librorum et magistrorum defectum, inscitia laborant. Hoc tamen remedium inventum, ut Illyrici, Ordines, vel euram animarum suscepturi, Spalatum advenientes, peritorum Sacerdotum consuetudine et industria sacros ritus, Sacramentorum administrationem, et caetera ejusmodi mediocriter ediscant. Atque experientia constat, non modici fructus hanc esse institutionem.

— — Doctrina christiana in civitate Italico et Illyrico idiomate in Ecclesia Metropolitana pueris per Archiepiscopum traditur; puellis vero per Archiepresbyterum in Ecclesia proxima S. Rocchi. In suburbiis in Illyrico tantum, quemadmodum et in tota diocesi. — —

Parochiae omnes 52. A Latinis 20 reliquae ab Illyricis Illyrico idiomate sacram Liturgiam peragentibus administratae. Nonnullas, quae in divisione confinium hac pace postrema sub ditione Turcica, remanserunt, atque alias in Dominio Serenissimae Republicae existentes, Patres Minores de Observantia provinciae Bošnensis moderantur ac regunt.

Synodum, ex quo Ecclesiam hanc Dei et Apostolicae Sedis gratia regendam suscepit Archiepiscopus, quotannis babuit. — Hic adnotare libet Epistolam Encyclicam piisimi, ac Sapientissimi Potificis (Clementis XI) ad Praesules, mirabiliter profuisse. Eam tamquam a coelo missam veneratus Archiepiscopus, in Illyricam linguam translatam quotannis in Synodo perlegi jubet, ut saluberrima ejus monita in audientiam animis penitus insideant.

Farlati, Illyricum Sacrum, III, 547—548.

23. 1713, 13 Aprilis, Parentii.

Episcopus Parentinus Antonius Vaira tres examinatores prosynodales „pro examine idiomate illirico faciendo“ nomimat; idest pleba-

nos: Joannem Declich de Mondelbotte, Michaelem Ferenaz de Villanova et Georgium Crisman de Novaco.

Pesante, La liturgia Slava, 119.

24. 1714, 27 Februarii, Parentii.

Antonius Vaira episcopus de consensu Capituli sui examinatorem prosynodalem „pro examine idiomate illirico faciendo“ nominat „Joannem Declich Montisbottarum Plebanum pro Illiricis“.

Pesante, La liturgia slava, 119.

25. 1714 c., Spalati.

Poeta croatus, civis Spalatensis ac Traguriensis, Hieronymus Kavanjin magno amore linguam slavicam in S. liturgia celebrans, eam a Suprema Auctoritate Ecclesiastica confirmatam esse recolet.

i Ćirilo,
Koi slovnice dvie začeše,
Da u rieć našu rieči dilo
Neizrečeno izreče se,
I u tielo se kruh obratja
Nek su utiešna slavska bratja.
.... koja, smiešnim prem uzrokom
Bieše niegda sustavljena:
Al za mudre bistrim okom
Ostaše uviek potvrdjena
Vlastju pameti poglavne
Na isto dielo svetbe slavne.
Što je jednom glas nebeski
Našem rodu htio darovat,
Nije mogo rimski težki
Glasnik, nego njoj varovat,
I slavinske neka s mise
Naš liep jezik uzvisi se.

Jeronim Kavanjin, Bogastvo i Uboštvo, cantus VI., Zagrabiae 1861.

26. 1715 c., in Dalmatia.

Commendatur, ut resignatio episcopi Sibenicensis I. D. Caligarii, Veneti, ignari linguae slavicae, acceptetur.

„Signor canonico Panicara! È pregata (per puro zelo di christiana pietà) la Sua bontà, rappresentare alla benignità di Nostro Signore, come l'attual vescovo di Sebenico in Dalmazia, Venetiano, conoscendo doppo 39 anni in circa di vescovato esser sempre stato inutile et infruttuoso a quella chiesa per mancargli il linguaggio na-

tionale (e perciò cresciuto smisuratamente in quella diocesi il numero de' scimastici) per sgravio della sua coscienza, aggravato dall' età, desiderarebbe ritirarsi. — Il motivo con l'altri, che si omettono, è urgentissimo; molto più crescendo presentemente una indispensabile necessità del pastore nationale, non solamente per farsi intender dalle proprie pecorelle, ma anco per animar quei fedeli angustiati contro il commun nemico. Di gratia non manchi acquistarsi questo merito appresso il Signore Iddio".

Theiner, Mon. Slavorum Meridionatium II, 247.

27. 1668—1716, Kerkavce-Padena Tergestin.

In libris parochialibus ecclesiae Kerkavce-Padena in diocesi Tergestina plures adnotationes characteribus glagoliticis confectae sunt.

Archivum Parochiale Kerkavce; ex adnotatis clarissimi Decani Veglensis D.ris Fr. Volarić.

28. 1717, 15 Martii, Tiesno (Stretto) Sibenicen.

Instrumentum divisionis haereditatis defunctae Antoniae Soline, a Confraternite Animarum Purgantium Tiesni peractae, manu parochi Simeonis Ovratov characteribus glagoliticis conficitur.

na 15 marča 1777.

Mi braća i prokaraturi od duš o purgatoria od tisnoga razdilismo kuću vrtle i intradu pokojne Antice Soline a žene antona katina a biše na tom dilu i pogodbi bare karlov i mikula otac istoga antona i pogodismo se da bude za duše od purgatori (sic!) kako je ostavila zgor rečena antica kuća i vrtli takoer zemlja pod plat s lozami i 1 maslina u zaselu zemlju s maslinama u glavičini dva kusa i 6 maslin a mikula i ante njegov sin pod čela dia posaćen s maslinama, drugo podvornica u jivinu s maslinama u hrastovcu dvi masline i kuntenta se jedna i druga strana kako je pisano prid istin baron i manom popon šimunom ovratovim koratom od istoga sela koi pisah rukon mojom.

Authenticum in Archivo parochiali Tiesniensi Sibenicensis dioecesees iuxta apographum Professoris N. Tabulov-Truta Jadrensis.

29. 1717, 30 Septembris, Tiesno Sibenicen.

Instrumentum divisionis haereditatis defuncti Bartholomaei Solin, a bonis viris peractae, manu parochi Simeonis Obratov characteribus glagoliticis conficitur.

30 novembra 1717.

budući kate hći pok.a bare Solina i mikula katin na ime svoga unuka sina po.ne antice i prokuraturi od skule duš o purgatori mate fućin (vel fustin) i šimun štokin našli dobre ljude baru karlova s jezer i petra burnia za razdilit intradu istoga po.a bare: dadoše zgor rečenoj kati tri kusa zemlje jedan u teretihu s petimi masliniami drugi meu čeli s jedam maslin u kom je 2 gonjanja zemlje; treti pod ogradu i jedna maslina: ostalo pušć svomu sestriću i skuli duš od purgatoria da razdile na po: i da jedan od drugoga ne ište ništa prid svidoci jivanom grguričinim i nikolom ovratovim e da ovo pismo bude razdiano ja pop šimun ovratov kurat pisah rukon mojon.

Authenticum in Archivo parochiali Tiesni Sibenicensis dioeceseos, juxta apographum Professoris N. Tabulov-Truta Jadrensis.

30. 1717, 15 Octobris, Arben.

Vincentius Lešić episcopus Arbensis de statu dioeceseos ad S. Sedem in Visitatione ad Limina de Clero Glagolitico in Capitulo Arbensi ac in parochia Novaljae et Lopari haec refert:

„Tres sunt Dignitates compatibiles cum Canonicatibus, Archidiaconus, qui major est post Episcopum, Archibresbyter, et Primicerius, cum duodecim Praebendis Canonicalibus, sex mansionariis, tribus diaconis, totidem subdiaconis, et sex acolytis; Sacerdotes, et Clerici complures. Omnes celebrant ritu latino, exceptis quatuor Sacerdotibus cum Parocho Novaliae, et uno Presbytero Neopari, qui Illyrice, peragunt divina. — Arbi 15. Octobris 1717 — — Vincentius Lessius Episcopus Arbensis.“

Farlati, Illyricum Sacrum, V, 284.

31. 1717, Martinšćicae in insula Chersi.

Congregatio Provincialis Fratrum Tertii Ordinis S. Francisci provinciae Istro-Dalmaticae praesidente Supremo Commissario p. Gabriele Bolmarčić Crexano, decernit de non promovendo ad subdiaconatum fratre Antonio Kavranić provinciae Assissiensis donec non addiscerit decenter officiare slavica lingua:

„Premda naša Provincija nije dužna držati fra Antona Kavranića, toliko radi da je sin provincije Asižanske, koliko radi da nezna oficijati harvaski, zato se dekretuje, da ako bude stati u ovoj provinciji, oci m. p. nimaju dati licenciju za rediti se od pištule, dokle kodar ne počne štiti pristojno harvaski; a od Vangjelja dokle ne bude oficijati harvaski.“

Authenticum glagoliticum; cfr. Fr. S. Ivančić, Poraba Glagolice kod redovnika III reda S. Frane po Dalmaciji, Kvarneru i Istri, Jadrae 1884, 48.

32. 1717, in Istria.

Status liturgiae Glagolito-Romanae in dioecesi Parentina, Aemoniensi, Justinopolitana et Petinensi.

Dioecesis Parentina, „ampla satis Dioecesis est, quae partim Austriacam ditionem attingit, magna ex parte Illyrica utens lingua, quae natio eo est in hac dioecesi populosior, quod multi ex Turcarum tyranide huc se recipiunt."

Dioecesis Aemonensis. „Dioecesis perangusta est. Sunt in ea oppida tria et vici decem, in quibus omnibus sunt parochiales ecclesiae, quarum parochi sunt Illyrici et Illyrica lingua Dioecesanos instruunt."

„Dioecesis Justinopolitana exigua tantum oppidis continetur, Reliquae Parochiae huius dioecesis sedecim sunt, et in his sacra Illyrico idiomate celebrantur."

„Petinensis Dioecesis — — sacra autem plerisque in locis huius dioecesis ob linguae latinae imperitiam et sacerdotum inopiam Illyrico idiomate celebrantur."

Italia Sacra auctore Ferdinando Ughello; editio secunda aucta et emendata cura et studio Nicolai Coleti; Venetii 1717; vol V, 395, 227, 379, 470.

33. 1717, Parentin.

In Visitatione Generali Canonica Parentinae dioeceseos adinventum est:

„Villa di Rovigno: Ha alquanti messali parte in Illyrico e parte alla Romana.

Torre: sono due rituali, uno illirico, l'altro latino."

Excerpta ex Visitationibus generalibus Canonicis episcopi Antonii II Vairae; Pesante, la liturgia slava, 127.

34. 1718, Justinopolitan.

Episcopus Justinopolitanus Antonius Marcus de' Borromei in Visitatione generali canonica in Castelvenere: „Ordinò Messali, Rituali, Schiavetto."

Pesante, La liturgia slava, 138.

35. 1718, Bosnen.

Evangeliarium lingua croatica Bosnensis dialecti vulgari, a Joanne Bandulović Skopljensi Or. S. Francisci M. Obs. versum, prima vice Venetiis 1613, deinde quinquies editum [Cfr. Fontes XVII s. N. 252], reimprimitur.

Milinović, Crtice o slovenskoj liturgiji, Jadrae 1880, 146 ss.

36. 1723, Venetiis.

Ordinarium Veglensis dioeceseos lingua croatica conscriptum, ubi Hymni iuxta Breviarium Glagoliticum citantur, iussu episcopi Veglensis Vincencii Sessii apud Stephanum Orlandini typis imprimitur.

V. Premuda in ephemeride Vienac 1895, N. 8.

37. 1725, Octobri, Jadrae.

Archiepiscopus Jadrensis Vincentius Zmajević Nicolao Erizzo Provvisori Generali Dalmatiae et Albaniae preces porrigit, ut apud Dominium Veneticum intercedat, pro permissione a S. Sede aliquod beneficium ecclesiasticum ad sustentandum neoerigendum Seminarium Illyricum Dioecesanum impetrandi; eo quod omnes parochiae rurales, numero plusquam septuaginta, tantum a Clero Illyrico foraneo, nullam aliam linguam callente, administrantur.

Illustrissimo et Eccelentissimo Signor Proveditor Generale.

Frà le Chiese di Dalmazia Zara, che n' è la Metropoli, numera fuori delle sue mura sopra settanta Parochie governate dal Clero Foraneo, che non possede altro linguaggio anco sulli Sacri Altari che l' Illirico solamente. — — Non manca possibilmente alli proprij doveri il moderno Arcivescovo colle scuole aperte in Città; manca però alla povertà il modo di consistere per studiare fuori della propria Casa. Non vede egli altra speranza di migliorare la condizione del Clero per assicurare la salute del Popolo che quella gli può promettere unicamente l' erezione di un Seminario Illirico, in cui la carità sola sia tutta la sussistenza de Chierici per farsi poi auttrice del loro letterario profitto a beneficio della Diocesi. Supera lungamente le sue forze l' idea sacra, ne può egli promoverla senza il soccorso di qualche Beneficio Ecclesiastico, che nella sua Diocesi dispensa la Dataria Romana. Vostra Eccellenza che vede la gravità del caso, e dona gl' usi della Sua providenza alla felicità de sudditi, si degni per Sua pietà accogliere le lacrime, e perigli per umiliarle al Trono Sovrano, acciò previo il Pubblico clementissimo assenso possa il Prelato avvanzare li suoi ricorsi a Roma per riportare colla protezione dell' Eccellentissimo Signor Ambasciatore da Sua Beatitudine l' assegnazione di qualche Benefizio, che conferendo alla letteraria educazione del solo Clero Illirico, conferirà pure alla salute del Popolo fortunato per la provida carità del Principe sempre pio e generoso.

Authenticum in Archivo Zmajeviciano Jadrae, Fasc. Carte risguardanti l' impianto dell' Istituto Zmajevich.

38. 1725, 8 Novembris, Venetiis.

Dominium Veneticum, ad relationem Provisoris generalis Dalmatiae et Albaniae Nicolai Erizzo, Jaderae 15 Octobris 1725 N. 63 datam,

qua preces Archiepiscopi Jadrensis Vincentii Zmajevich [cfr. N. 37] commendantur, respondet:

Decreto dell' Eccellentissimo Senato à S. E. Proveditor Generale Erizzo de di 8 Novembre 1725.

Distinta è l' informazione, che venite di rileuarci sopra il Memoriale di Monsignor Arcivescovo Zmajevich per l' istituzione d' un Seminario Illirico, sua fabbrica, qualità, e numero delli Alumni, maestri e Capitoli, con il metodo pure, ch' esponete tenersi nel Seminario Latino. Venendo però di secondarsi dal Senato opera così degna, che tende al maggior culto del Sig.r Dio nell' oggetto importante d' instruirsi persone Religiose, che devono poi seruire per Curati dell' Anime, concorre a permettere, con l' erezione del Seminario stesso la facoltà à quel zelante Pastore di ricorrere à Roma, per impetrare qualche Benefizio, per applicarne la rendita al mantenimento del medemo.

Apographum saec. XVIII in Archivo Zmajeviciano Jadrae, Fasc. Carte risguardanti l' impianto dell' Istituto Zmajevich.

39. 1726, 30 Aprilis, Aemoniae.

Usus liturgiae Glagolito-Romanae in ecclesia Cathedrali Aemoniensi ac in ecclesia B. Mariae Virginis ante portam Aemoniae.

„Noi Francesco Vittorio Mazzocca dell' Ordine dei Predicatori per la Dio gratia e della S. Sede Apostolica Vescovo di Cittanova e Conte di S. Lorenzo in Daila ecc. Essendo comparso avanti di Noi il giorno infrascritto il Reverendo Padre Andrea Mechis del Terzo Ordine di S. Francesco". — qui acceperat die 8 Aprilis 1725 a Consiglio Municipali Aemoniensi investituram temporalem ecclesiae B. Virginis „del Popolo detta delle Gratie, fuori delle porte di questa città" — concedit investituram spiritualem eiusdem ecclesiae, cum conditione inter alias:

„5.° Nella festa del Protettore San Pelagio dovranno [i Frati del III Ordine venire a cantar la Messa in Illirico al signor Pievano di Villanova.

Addì 30 Aprile 1726 datta in Cittanova dal Palazzo episcopale."

Acta episcopatus Aemoniensis in Archivo episcopali Tergestensi.

40. 1727. Jadrae.

Fundatio Seminarii Illyrici Dioecesani ex mente fundatoris Archiepiscopi Vincentii Zmajević inscriptione monumentali in fronte ipsius Seminarii memoriae commendanda:

Copia della seguente inscrizione, che dev' essere scolpita nella lapide esistente nella facciata del Seminario Illirico in Zara, quale inscrizione attrovasi nella Cancellaria Arcivescovile di detta Città:

SEMINARIUM ARCHIEPISCOPALE ILLYRICUM
CLERO ILLYRICO DIOECESANO
VINCENTIUS ARCHIEPISCOPUS ZMAJEVICH
AERE PROPRIO EXSTRUXIT
AC SUCCESSORUM AUCTORITATI ET
CHARITATI COMMENDAVIT
MDCCXXVII

Apographum XVIII s. in Archivo Zmajeviciano Jadrae, Fasc. Carte risguardanti l'impianto dell'Istituto Zmajevich.

41. 1729, 30 Decembris, Romae.

Benedictus papa XIII ad petitionem Vincentii Zmajević archiepiscopi Jadrensis, quum in dioecesi Jadrensi omnes parochiales ecclesia, septuaginta numero et ultra, a presbyteris et clericis Cleri Illyrici, nullum aliud idioma quam Maternum callentibus, officiarentur; Collegium seu Seminarium Illyricum pro educatione puerorum Illyricorum Illyrico dumtaxat idiomate in S. Liturgiae utentium et non aliorum, ab ipso archiepiscopo Vincentio iam aedificatum esset, Andreae Balbo Nonensi episcopo, tamquam proximiori Ordinario, mandat, ut Collegium Illyricum Jadrense pro educandis tantum pueris, quorum indoles et voluntas spem obtulerit eos in S. Liturgia Illyrico idiomate perpetuo inservituros, auctoritate apostolica perpetuo erigat et instituat; Collegium Illyricum Jadrense sub immediata protectione S. Sedis a quacumque alia Superitate eximens, suscipit, archiepiscopis Jadrensibus tamquam Delegatis S. Sedis administrationem Statutoque codificando munus tribuens; ipsique Collegio abbatias S. Chrisogoni Jadrensis et S. Petris Auxarensis, Or. S. Benedicti, perpetuo et integraliter incorporat.

Erectio Collegii seu Seminarii puerorum ecclesiae Civitatis Jadrensis Natione Illiricae.

Benedictus episcopus servus servorum Dei, Venerabili fratri episcopo Nonensi salutem et apostolicam benedictionem. Inter sacrosanctae Tridentinae Synodus coelitus emissas sanctiones — — Cum itaque sicut venerabilis fratrer Vincentius Zmajevich archiepiscopus Jadrensis Nobis nuper exposuit Provincia, olim Regnum Dalmatiae, quae etsi transactis temporibus florere.... sacrosanctae Matris Ecclesiae ager — nunc vero Provincia ejusmodi magna ex parte sub infidelium tyrannyde existens — — propterea ejusdem Provinciae Clerus Illyricus ignorantiae tenebris obuolutus scientiarum ejusmodi cultus ope destitutus — et plerique ex populo hujusmodi Schismaticis Haereticisque praedictis immissi eorum venena sibi dulciter apposita incaute bibentes et praevalidis ortodoxae Religionis Dogmatum pharmacis sanari

non valentes, aeternae vitae lumen deserere misere cogantur. Et licet Vincentius archiepiscopus praedictus — comperto quod extra civitatem Jadrensem et in universa illius dioecesi huiusmodi septuaginta et ultra Parochiales ecclesiae, quae nonnisi clericis seu presbyteris ex Clero praedicto existentibus, qui — — et non aliud nisi Illyricum idioma callentes — — nonnulla publiça gymnasia in civitate Jadrensi praedicta pro ejusmodi Cleri clericis inibi edocendis erudiendisque opportúno litterarum ejusmodi clipeo propriis sumptibus manutenenda aperuerit et aperta existant; nihilominus dictus Vincentius archiepiscopus provide attendens, quod gymnasia ipsa futuris temporibus a clericis extra Civitatem praedictam et in illius dioecesi huiusmodi existentibus, attenta genitorum puerorum paupertate, clericos ipsos extra eorum domos alere non valentium, non frequentatura; et pro tempore existentibus archiepiscopalis praedictae Ecclesiae Jadrensis fructuum tenuitate dimi(nuti) sint, — —, quamis Ecclesiae Jadrensis illiusque Mensae archiepiscopalis praedictarum paupertas defectusque mediorum ad infrascripti Collegii seu Semingrii aedificationem manutentionemque procurandas opportunorum pluries Collegii seu Seminarii ut infra erigendi et instituendi ejusmodi institutionis praedictae curam a vigili eius mente averterint; attamen dictus Vincentius archiepiscopus firma spe fiduciaque — in civitate Jadrensi praedicta et in loco ad id ab eodem Vincentio archiepiscopo electo, aedificia in usum Collegii seu Seminarii ut infra erigendi seu instituendi hujusmodi cum ejus scholis, mansionibus ac officinis pro Magistrorum ac Rectorum in eo pro tempore introducendorum, et Ministrorum eidem pro tempore inservientium commodo proprijs eius sumptibus construere incepit et propediem, adjuvante Deo, aedificiorum hujusmodi constructionem ad debitam eorum perfectionem perducturus sit; et si, quemadmodum idem Vintius archiepiscopus Nobis subjunxit, aedificia praedicta — perfecta fuerint in Collegium et Seminarium Puerorum ecclesiasticorum Jadrensium pro certo Puerorum Illyricorum Illyrico idiomate dumtaxat in ecclesiasticis Ritibus utentium in eo, ut infra, educandorum et instituendorum numero a Nobis, ut infra, erigerentur et instituerentur, eidem Collegio et Seminario — — unum Sancti Crisogoni Jadrensis — — ac alterum monasterium abbatiae nuncupatae Sancti Petri Auxerensis respectivae civitatis Sancti Benedicti seu alterius respective Ordinis — — perpetuo, ut infra, unirentur annecterentur et incorporarentur. — — Quare — — Fraternitati Tuae, attento quod Tu, ut dictus Vincentius archiepiscopus asserit, Ordinarius vicinior illarum partium existis, per apostolica scripta mandamus, quatenus, vocatis qui fuerint vocandi, aedificia praedicta ex nunc et cum praesertim illa, ut praefertur, perfecta fuerint — — in Collegium seu Seminarium puerorum ecclesiasticorum pro certo puerorum Illyricorum Illyrico idiomate in ecclesiasticis Ritibus et Functionibus utentium et non aliorum a Vincentio archiepiscopo praedicto (numero) praescribendo, et in eo juxta providarum Regularum seu Statutorum ab eodem Vincentio archiepiscopo desuper edendorum — alendorum ac religiose educandorum et ecclesiastica disciplina instituendorum ac quorum indoles et voluntas spem obtulerit

eos ecclesiasticis ministeriis in Idiomate praedicto perpetuo inservituros — — apostolica auctoritate tenore praesentium sine ullo alicujus praejudicio perpetuo Collegium seu Seminarium, ut praefertur, erectum seu institutum sub Beati Petri Apostoli et Sedis Apostolicae atque Nostra Protectione suscipientes, Nobis immediate ac a quacumque alia superioritate liberum, immune et exemptum declaramus. — Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae MDCCXXIX, tertio Kalendas Januarii Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Apographum authenticatum a Vicario Capitulari Jadrensi I. A. Giurovich 21 Martii 1821, in Archivo Zmajeviciano Jadrae, Fasc. Carte risguardanti l'impianto dell'Istituto Zmajevich.

„Vincentius Zmajevich de Perasto ab Archiepiscopatu Antibarensi seu Dioclensi — ad regimen Ecclesiae Jadertinae translatus X. Kalendas Junii anno 1713., Clemente XI Christi vices in terris gerente. Statim in lustranda ecclesia, multis eam spiritualis auxiliis indigentem offendit, praesertim propter inscitiam cleri, nationale tantum idioma callentis, eoque solo omnia sacra peragentis; propterea quod ex ea tantum natione in omnibus paroeciis ejusdem dioecesis animarum Pastores eligi soleant. Ignorantiam autem hanc a deficientia in his regionibus collegiorum, magistrorum, librorumque Illyricorum profectam, minime evelli posse animadvertens, quo ad usque necessariis hisce commodis idem clerus careret; statim adjecit animum quomodo pastorali sua sollicitudine rei tam gravi, et animarum utilitati consulere posset. Quare apprime opportunum fore prospexit locum aliquem, veluti Seminarium juxta Sacri Concilii Tridentini statuta in ipsa Jadrensi urbe construere, ut ibi comparatis, quae ad opus requirebantur, Illyrici pueri edocentur, ex eis utiles ecclesiae operarii, et idonei paroeciarum Rectores deligerentur. Quemadmodum vero Illyricorum tenuis res familiaris ad alendam juventutem minime suppetere poterat, neque ecclesiae dioecesis huic ferendo oneri pares erant; ita providus Pastor rem totam Apostolicae Sedi deferens, anno 1729 a Benedicto XIII Summo Pontifice obtinuit, ut duae Abbatiae, nempe S. Chrysogoni Jadrensis, et S. Petri Auxerensis, post decessum commendariorum, ad praedicti Seminarii commodum perpetuo cederent." Epitome Jadrensis in Vincentium Archiepiscopum XLIX Jadrensem apud Farlati, Illyricum Sacrum V, 167.

42. 1730, 17 Novembris, Parentin.

Petrus Grassi episcopus Parentinus in Visitatione ad Limina Apostolorum S. Congregationem Concilii de statu dioeceseos certiorem reddens, refert:

„Inter illas prius ecclesia Monghebbi praedico S, Archangelo Michaeli devota, deinde quam duorum Parochorum Plebiumque, Illiricorum scilicet et Albanensium sub invocatione S. Rochi Confessoris promiscuam habent in Fosculino — —.

Parochi, sive Officiales etc. ab Episcopo praeviis debitis examinibus, et servatis de jure servandis instituuntur; cum hoc discrimine tamen, quob Parochis, qui in Castris et Terris gerunt sollicitudinem animarum, Latino idiomate examina proponuntur; illi vero qui Campestribus dantur Ecclesiis, mos est quod sermone Illirico Interrogentur, et quamvis Gramaticae ignari, nihilomlnus admittuntur."

Autenticum in Archivo S. Congr. Concilii in Tabulario Vaticano; juxta excerptum Crncicianum anni 1892.

43. 1717—1731, Parentin.

Petrus Degrassis episcopus Parentinus in Visitatione Generali Canonica mandat:

„Abbrega: che sia accomodato il messale latino; che sia provveduto un rituale romano.

Giroldia: sia aggiustato lo schiavetto e poste le cordelle al messale latino".

Excerpta ex Visitationibus generalibus Canonicis episcopi Petri Degrassi; Pesante, La liturgia slava, 127.

44. 1732, Lussini Minoris, Absoren.

Liber Baptizatorum ab anno 1680 inde characteribus glagoliticis conscriptus, iubente episcopo Absorensi Nicolao Drasić, italice in posterum conscripitur:

„1732. Con occasione, che fece sacra visita monsignore illustrissimo Nicolò Drasich, vescovo d' Ossero, ordinò, che nell' avvenire non si scrivano gli battesimi con lettere illiriche, ma con lettere italiane e anche in lingua italiana."

Liber Baptizatorum in Archivo parochiali Lussini Minoris anno 1680 incoeptus; Cfr. Rad. Jugoslav. Akademije, LVII, 186.

45. 1733, Parentin.

Synodus Dioecesana Parentina tempore Mazzoleni episcopi septem examinatores „periti per la lingua illirica" ad examina promovendorum ad beneficia parochialia deputat.

Assemani, Kal. Un. Eccl., IV, 409 s.; Pesante, La liturgia slava, 122.

46. 1713—1733, Pirani Justinopolitan.

Episcopus Justinopolitanus Antonius Maria Borromeo a Capitulo Piranensi exigit, ut eligatur capellanus Salvorensis:

„un sacerdote di lingua schiava [Slava], perchè quei popoli alla riserva degli adulti non intendono la lingua italiana; per istruire i figliuoli e le donne nella santa Fede e cibarli con i Sacramenti della Confessione e Communione e confortarli in morte, al qual bisogno non sarebbero sufficienti i Canonici [di Pirano], ancorchè risolvessero di supplire, perchè non intendono la lingua schiava [Slava]."

Curia episcopalis Terg. Justinop. an. 1866, 173; Pesante, La liturgia slava 134.

47. 1734, Venetiis.

Preces ante et post missam a sacerdote Joanne Kraljić Dubasnicensi Veglensis dioeceseos lingua croatica conscriptae typis imprimuntur cum titulo:

Pribogoljubne molitve zgovarajuće prvo i po dospitku Mise s' dvornostyami jiste Mise na svrhi iz Diačkoga u Slovinski stomačene. U Bnecih MDCCXXXIV.

Exemplar apud V. Premuda sacerdotem Bescae Veglensis dioeceseos asservatum.

48. 1734, Justinopolitan.

In synodo dioecesana Justinopolitana tempore episcopi Barnabae Brutti celebrata Capite I statuitur:

„In Ruralibus Parochialibus illis tantummodo libellis utantur materno idiomate pro Rusticorum capacitate jussu Nostro ex Bellarmino desumptis et typis nuperrime impressis." Capite vero 33: „Promovendi ad Ruralem Parochiam, vel ad aliam Ecclesiam cui cura animarum immineat, cujus Incolae Illyrico idiomate loquentur, examinantur idiomate etim illyrico."

Synodus dioecesana Justinopolitana anni 1734; Pesante, La liturgia slava 136, 137.

49. 1737, 27 Julii, Tkoni Jadren.

Gravamen Michaelis Pelišić prioris ac aliorum monachorum abbatiae SS. Cosmae et Damiani O. S. Benedicti in monte Tkonensi Jadrensis dioeceseos, contra usurpationes colonorum suorum, Provisori Generali Dalmatiae et Albaniae porrectum, characteribus glagoliticis conscribitur.

Cfr. Jelić, Arhiv Rogovske opatije in ephemeride Viestnik hrv. arheol. dr. N. S. III (1898), 88.

50. 1737, Justinopoli.

Synodus Dioecesana Justinopolitana tempore episcopi Barnabae Brutti Seminarium Dioecesanum organizat:

„in quo sedulo vacent alumni illyrico quoque idiomate; ut apti et idonei reddantur ad animarum curam per Nos eisdem suo tempore committendam, christianam potissimum doctrinam et fidei rudimenta memoriter addiscant, ut et ipsi pueros erudiant."

Pesante, La liturgia slava, 134.

51. 1738, 12 Octobris, Jadrae.

Testimoniales Jadrensis archiepiscopi Vincentii Zmajević ob Matthaei Karaman de lingua et Clero Illyrico merita.

Vincentius etc. Universis etc. attestamur Reverendissimum Matthaeum Caraman e gremio Metropolitanae Ecclesiae Spalatensis annorum 39 circiter — — Deinde se Illyrici idiomatis studio tradidit — — tot-

que curis gravibus distentus clericos Illyricos provinciae in Sacra Theologia Morali, ac Illyricae linguae disciplina instruendos elaboravit. Quem propterea virum omni virtutum genere praeclarum de nobis, ac de universo clero Illyrico optime meritum nostris hisce litteris muniendum. — — Datum Jadrae ex nostro Archiepiscopali palatio die 12 Octobris 1738.

Farlati, Illyricum Sacrum V, 624.

52. 1738, in Istria, Liburnia Dalmatia et Romae.

Sententia liturgistae Merati de vigenti usu liturgiae Glagolito-Romae in Istria, Liburnia, Dalmatia, et Romae.

Benedictus Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ex pastorali munere, quo Romani Pontifices Catholicae praesunt Ecclesiae, eamque moderantur, consueverunt Praedecessores Nostri vigilem navare curam, ut in Sacris peragendis, suos unaquaeque Natio legitime invectos Ritus religiose custodiat, ejusque idiomatis uniformitatem retineat, quo illius respective Majores in Missae Sacrificio, Divinisque Officiis uti dignoscuntur; prohibentes ne quid a prisca lingua, vulgaribus licet dicendi formulis immutata, deflectatur, omnemque adhibentes operam, ut abusus procedentibus temporibus inolescentes eradicarent.

§. 1. Cum itaque ex fide dignorum testimonio acceperimus, in Ritum Slavo-Latinum, quem felicis recordationis Praedecessor Noster Joannes Papa VIII. fideli ac religiosae Nationi Illyricae, una cum idiomate, quod nunc Slavum litterale appellant, et characteribus, quos Hieronymianos dicunt, adhibendum concessit, et successivis temporibus recolendae memoriae Praedecessores pariter Nostri Urbanus VIII, et Innocentius X., dum Missale, et Breviarium eodem idiomate et characteribus, excudenda typis traderentur, iteratis vicibus confirmarunt; nonnullos irrepere abusus, Apostolicae Sedis intentionibus, institutisque contrarios, perniciosa aliquorum libertate, qui audent Missas, insertis Orationibus et precibus Slavo vulgari sermone conscriptis, componere, Initium quoque Evangelii secundum Joannem, et Psalmum Lavabo, eadem vulgari lingua, latinisque characteribus impressa, nulla desuper

a Nobis facultate, et approbatione praeobtenta, sibi, aliisque Sacerdotibus legenda proponere. Idcirco ne hujusmodi abusus, qui eumdem Ritum miscere ac turbare facile posset, latius progrediatur; postquam aliis Nostris editis Constitutionibus, nimirum quinquagesima septima cui initium „Etsi pastoralis," et octogesima septima incipiente „Demandatum coelitus." quae exstant in Bullarii Nostri Tom. I, p. 167. et 290, Graecorum Rituum conservationi et integritati, pro Italo-Graecorum, et Graeco-Melchitarum Nationibus, abunde providimus; eamdem nunc sollicitudinis Nostrae curam ad Illyricam Nationem convertentes, suprema, qua fungimur Apostolica auctoritate, volumus, praecipimus, atque mandamus, ut Ecclesiastici omnes et Sacerdotes tam Seculares, quam cujuscunque Ordinis, aut Instituti Regulares, qui Ritum Slavo-Latinum profitentur, in Augusto Altaris Sacrificio, et in Horis Canonicis, aliisque Divinis Officiis persolvendis ac obeundis, Missalia, Tabellas, et Breviaria characteribus Hieronymianis impressis typis Congregationis Propagandae Fidei, quaeque in posterum ibidem imprimentur, non sine praeviis opportunis revisionibus, et approbationibus, aliisque diligentiis hucusque adhibitis, et deinceps adhibendis a Viris doctis, et Slavo-Latinum idioma, ac Hieronymianos characteres apprime callentibus, quemadmodum per plura anteacta saecula ab Illyrico Clero servatum studiose fuit, ita deinceps omnino adhibere debeant, et teneantur; utque in posterum nemo ex praedicto Clero, in Missis celebrandis, aut in divinis Officiis persolvendis, Orationes et Preces, quae nostra, et Apostolicae Sedis auctoritate examinatae non fuerint, et approbatae, recitare, aut quoquo modo adhibere audeat, seu praesumat.

§. 2. Quocirca Venerabilibus Fratribus Nostris Archiepiscopis, et Episcopis, in quorum Dioecesibus Ritus Slavo-Latinus viget, committimus, atque injungimus, ut pro zelo et sollicitudine, qua tenentur concreditis sibi Ovibus praeesse, et Sacrorum Ecclesiae Rituum integritati advigilare, sedulam exactamque hujusce Nostrae voluntatis, ac districti praecepti, executionem curent, atque urgeant, ac novitates omnes, irreptosque quoslibet abusus eliminent, adhibitis efficacioribus remediis a Sacris Canonibus in pervicaces et refractarios indictis; similia vero successivis temporibus attentari minime patiantur.

§. 3. Decernentes has nostras Litteras, et in eis contenta hujusmodi, semper et perpetuo firma, valida et efficacia existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, et ab iliis, ad quos spectat, et pro tempore spectabit, inviolabiliter observari debere: sicque, et non aliter in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, horumque Congregationes, nec non Apostolicae Sedis Nuntios, et quosvis alios quacunque praeeminentia, et potestate fungentes, et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate et auctoritate, judicari, et definiri debere; ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus contrariis quibusvis, etiam in Synodallbus forsan, aut Provincialibus Conciliis editis Constitutionibus, aut Decretis;

Privilegiis quoque, et Indultis eidem Nationi Illyricae, ejusque Ecclesiis, atque Praesulibus, quavis etiam Apostolica auctoritate concessis, ac iteratis vicibus confirmatis, et innovatis, ac usibus, stylis, et consuetudinis quantumvis diuturna observantia firmatis; quibus omnibus, et singulis, tenore praesentium, et ad praemissum effectum, specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem praesentium Litterarum transumptis seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii pubblici subscriptis, et sigillo Personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exibitae vel ostensae.

§. 6. Nulli ergo Hominum liceat paginam hanc nostrae Declarationis, inhibitionis, praecepti, mandati, commissionis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae Millesimo septingentesimo quinquagesimo quarto, decimo octavo Kalendas Septembris, Pontificatus Nostri anno Quartodecimo.

Benedicti P. XIV. Bullarium Tom. IV. Romae 1757 fol. pag. 223 ss.

81. 1757, 1 Augusti, Arbi.

Joannes Luca Garagnin Arbensis episcopus, de statu dioecesos S. Sedem in Visitatione ad Limina certiorem reddens, de clero Glagolitico in Capitulo ac in parochia Novaljae haec refert:

„Duodecim Praebendae canonicales totidem alunt Canonicos, quos inter numerantur Archidiaconus, qui primam sub Episcopo sedem occupat, Archipresbyter, et Primicerius. Sequuntur sex Acolyti. Sacerdotum, et Clericorum inferiorum exiguus est numerus. Omnes latino idiomate sacra peragunt, demptis quotuor Sacertotibus, cum Parocho Novaljae, et unico Subdiacono, qui lingua utuntur Illyrica.

Arbae Kalendis Augusti 1757 — Joannes Lucas Garagnin Episcopus Arbensis.“

Farlati, Illyricum Sacrum, V, 288.

82. 1760, 8 Junii, Justinopolitan.

Carolus Camucius episcopus Justinopolitanus in Visitatione ad Limina Apostolorum S. Congregationem Concilii de statu dioeceseos certiorem reddens, refert:

„Parvum et exiguum est Seminarium in hac civitate; et est unicum in tota Histria Veneta. — In hoc vero meo Seminario aluntur gratis quatuor clerici, qui linguam Slavam noscunt, et pauci alii clerici propriis eorum sumptibus alendi recipi possunt propter fabricae angustiam.“

Authenticum in Archivo S. Congr. Concilii in Tabulario Vaticano; juxta excerptum Crncicianum anni 1892.

83. 1762, Aemonien.

Episcopus Aemoniensis in Istria Stephanus II Leoni in Visitatione generali Canonica decernit:

„Momiano: Sia comperato un Messale ed accomodato il Schiavetto,"

Pesante, La liturgia slava 140.

84. 1762, Momiani Aemonien.

Župan Burin ab episcopo Aemoniensi Stephano II Leoni petit, ut presbytero Brajković missam latina lingua diebus Dominicis celebrare interdicat.

A. Klodič, Slavische Sprache und Litteratur (in Istrien); in opere Die oesterreichische Monarchie in Wort und Bild, Bd. Küstenland, 240.

85. 1765, Venetiis.

Danielis Farlati S. J. de natura juridica liturgiae Glagolito-Romanae in provincia ecclesiastica Spalatensi sententia.

„Nunc autem usus linguae ac liturgiae Slavonicae passim viget in oppidis vicisque mediterraneis et insulis etiam Dalmatiae. — — Ita consuetudo illa Slavonice psallendi et sacrificandi, corretione aliqua adhibita, cum in ecclesias Dalmaticas Slavorum rursus recepta esset, jus tandem suum tenuit, ac nullos deinde habuit, qui sibi advesarentur, neque Episcopos Latinos, neque Pontifices Romanos; quorum quidem tacito potius permissu, quam ulla verbis expressa concessione, stabilem ac firmam possessionem adepta est — — sane ex hac Innocentiana (cfr. XIII s. N. 3) Epistola et concessione habent Dalmatae Slavi, quo se suamque liturgiam litteris iisdem, ut putant, Hieronymianis conscriptam tueri possunt. Sed, ut caetera desint, huic potissimum suffragatur, et firmissimo praesidio est vetus ac diuturna consuetudo, et multarum aetatum possessio, quam moveri non aequitas, non leges patiuntur.

Nunc vero, quemadmodum ante dixi, eo locis res est, ut liturgia Slavonica, ubicumque recepta fuit, jus suum, omni sublata controversia, retineat ac nemo sit, qui hanc in crimen ac judicium vocare audeat. Tantum vero abest, ut eam improbet Sedes Apostolica, ut potius eidem impense faveat; nec solum sua illam approbatione, sed etiam suo patrocinio dignam censet: quippe haud semel Sacrae Congregationi de Propaganda Fide mandatum fuit, ut operam suam ad codices liturgicos Slavorum typis edendos conferret, sumptumque impenderet. — — Cum autem usus Slavonici hujus Missalis latissime pateat, non solum Dalmatae Slavi, sed quaecumque Slavorum gentes patrium sermonem in rebus sacris cum Ritu Romano conjungunt, maximas gratias praestantissimo Praesuli (Matthaeo Caraman Jadrensi archiepiscopo) ac de se praeclare merito et agere et habere debent;

quod eius studio operaque nacti fuerint integram incorruptamque sacrosancti illius ac tremendi mysterii celebrandi formulam, quam in posterum ad Deum rite colendum adhibeant, et praecipuum hoc ad supremum Catholicae religionis officium Deo immortali purum atque incontaminatum persoluere possunt."

Farlati, Illyricum Sacrum III (1765), 142, 143, 144.

86. 1765, Venetiis (Spalaten.).

Status liturgiae Glagolito-Romanae in dioecesi Spalatensi et in provincia Politia.

„Universa Dioecesis praeter insulas, seu loca insularia, passum millia fere ad duecenta circuitu complectitur; quae spectat ad Septentrionem, Turcarum imperio subjecta est; tractusque ille ditioni Venetae finitimus frequentissime incolitur a Slavis ritus Graecanici, e quibus aliquae familiae habitant intra confinia Venetorum. Paroeciae omnes sunt circiter quatuor et sexaginta; et Catholicorum quadraginta millia. Bifariam divisae sunt; plerasque Illyrici, reliquas Latini Sacerdotes administrant; hi siquidem Latina, illi vero Slavonica lingua ad liturgiam ac rem divinam peragendam, utrique tamen ritu Romano utuntur. Parochos campestres eligendi penes populum, approbandi jus est penes Archiepiscopum. Singulis annis deligi vel confirmari solent. Tredecim Parochiarum procuratio pertinet ad Patres Franciscanos de Observantia; eas siquidem, cum essent sub potestate Turcarum, non sine maximis laboribus et periculis solerter pieque gubernarunt. — — Duo sunt Seminaria archiepiscopalia, unum in urbe ad Latinos, alterum Almissae recens conditum ad Illyricos clericos erudiendos. — In hac Provincia (Politia) septem et viginti Paroeciae numerantur, ac totidem Curatores animarum; quorum unus omnibus praesidet Vicarii Foranei munere et auctoritate praeditus. Presbyteri Clericique omnes ad rem divinam faciendam, itemque ad caetera publici cultus officia peragenda ritu quidem Latino sed sermone Slavonico utuntur."

Farlati, Illyricum Sacrum III (1765) p. 13—15.

87. 1765, Venetiis.

Typis Demetrii Teodosii, curante Fr. Antonio Juranić Ordinis S. Francisci, versio Glagolitica „Orationum ante et post missam" ex Missali Romano imprimitur.

Ljubić, Ogledalo književne povjesti jugoslavenske, Rieka 1864, I, 44.; I. Berčić, Čitanka staroslav. jezika, Prag 1864, p. XVII et 92 Ivanić Poraba.

88. 1765, Justinopolitan.

Carolus Camucius episcopus Justinopolitanus in Visitatione ad Limina Apostolorum S. Congregationem Concilii de statu dioeceseos certiorem reddens, refert:

„Visitavi secundo totam meam dioecesim, idque majori cum gaudio animi mei; nam oves meae vocem meam audire omnes potuerunt cum prius earum Illyricam linguam, non sine improbo labore, dedicere (sic!) volui, ut in singulis paroeciis vernacula eorum lingua concionem habere possem, prout de facto habui. Sicque belantium agnorum voces et ipse audire potui, scilicet pueros circa fidei catholicae rudimenta per memetipsum examinando. —

In omnibus paroeciis meae dioecesis, prout in tota Istria, ubi viget lingua Illyrica, singulis festis diebus in missa parochiali post lectam aut cantatam Epistolam et Evangelium Latinum, solet legi aut cani Epistola ipsa et Evangelium Illyrico sermone; non quidem ex Missali Romano characteribus Illyricis seu Hieronimianis impresso, qui quidem characteres, unico me excepto, omnibus omnino clericis meis et parochis sunt prorsus ignoti, sed ex quodam libro nuncupato Schiavetto charactere latino, idiomate autem Illyrico conscripto. Quaero, utrum usus iste sit tolerandus propter ejus maximam antiquitatem, et cum multum gratus sit rudi populo?

Et quatenus affirmative, peto humiliter docear, quae sit accuratior traductio, et quae melior editio similium librorum Schiavetti nuncupatorum? Non enim adeo facile cogere potero meos parochos, ut ediscant characteres Hieronymianos difficillimos.“

Authenticum in Archivo S. Congr. Concilii in Tabulario Vaticano; juxta excerptum Crncicianum anni 1892.

89. 1765 c., Romae (Justinopolitan).

Responsales S. Congr. Propagandae Fidei S. Congregationi Concilii datae, super dubio episcopi Justinopolitani [cfr. N. 88] de Epistolario vulgo „Schiavetto“:

„Iustinopolitano episcopo sciscitanti de puriori Epistolarii et Evangeliarii editione, quod vulgo dicitur Schiavetto, nullo modo satisfacere possumus. Hujusmodi enim volumen Sacrae Congregationis Progandae Fidei auctoritate, neque ejus typographio, neque alibi, quod noverimus, fuit unquam excusum. Hic Romae Ecclesia S. Hieronymi, in qua natio Illyrica suis ritibus sacra facit, utitur quadam editione Venetiis a Pezzana anno 1718 comparata. Ceterum utrum ea Sclauonica interpretatio, ejusque usus sit probandus, an potius exigendus, decernere est Sacrae Inquisitionis esse videtur.“

Authenticum in Archivo S. Congr. Concilii in Tabulario Vaticano; juxta excerptum Crncicianum anni 1892.

90. 1767, Romae.

Curante Antonio Juranić Veglensi, Ministro Provinciali Tertii Ordinis S. Francisci, altera editio Missalis Glagolito-Romani, iam a Joanne Pastrić anno 1707 [cfr. N. 12] editi, sub titulo „Mise za umršve

samo iz Misala Rimskoga izvadjene," probabiliter Propagandae Fidei typis, vulgatur.

Ljubić, Ogledalo književne povjesti jugoslavenske, Rieka 1864, I, 43 anno 1765 hanc editionem; sed I. Berčić, Citanka staroslav. jezika, Prag 1867 p. XVII et 93, anno 1767 ponit.

91. 1769, Venetiis.

Status liturgiae Glagolito-Romanae in nonnullis dioecesibus Dalmatiae, Croatiae et Bosniae.

A.) Status liturgiae Glagolito-Romanae in diocesi Nonensi.

„Tota dioecesis paroecias ad quatuor et viginti complectitur; ex quibus quatuordecim Latino, decem ritu Graeco utuntur; et lingua Slavonica ubique, praeterquam Nonae et Novigradi, ad Psalmodiam et rem divinam adhibetur."

Farlati, Illyricum Sacrum, IV, Venetiis 1769, 206.

B.) Status liturgiae Glagolito-Romanae in provincia Bosna-Argentina.

„Nunc hanc regionem incolunt Christiani cum Turcis permixti, partim Catholici ritusque Latini, sed linguae Slavonicae; partim Schismatici, ritusque Graecanici, sed lingua itidem Slavonica."

L. c. 41.

C.) Status liturgiae Glagolito-Romanae in dioecesi Segnae et Modrusciae.

„Multae sunt in hac dioecesi ecclesiae ritus Graeci, aliae quidem schismatica labe infectae, aliae cum Ecclesia Romana conjunctae, quibus sacerdotes ejusdem ritus, et dogmatis vel catholici vel schismatici praesunt, quos ipsi Calogeros vocant, et plerique ad divinam Liturgiam peragendam lingua Slavonica utuntur."

L. c. 117.

D.) Status liturgiae Glagolito-Romanae in dioecesi Scardonensi.

„Paroecias Catholicas habet omnino quindecim; quarum pleraeque ad rem divinam peragendam Slavonicum idioma adhibent, sed cum ritu Romano conjunctum. Harum administratio commissa est Patribus Franciscanis ab Observantia cognominatis."

L. c. 10.

92. 1773, 17 Julii — 26 Augusti, Vindobonae et Romae.

Glagolitici libri Romae editi a cancelleria Aulica Hungarica requiruntur a S. Sede, ut ad illorum normam Vindobonae libri liturgici in usum ecclesiae Graeco-Unitae in Hungaria et Croatia edi possint;

et a S. Congregatione Propagandae Fidei: Missale Glagolito-Romanum, Rituale Croaticum, Doctrina Bellarmini Croatica „Schiavetto," transmittuntur.

Estratti dei dispacci del Cardinale Visconti da Vienna al Cardinale Pallavicini, segretario di Stato a Roma.

Vienna 12. Agosto 1773.

Emo. e Rmo. Sig. mio Ossmo. Il signor conte Esterhazy, gran cancelliere d' Ungheria, mi ha ultimamente fatta rimettere l' annessa Memoria, sottoscritta di sua mano, l' argomento della quale grandemente concerne l' interesse della santa unione. Sarei veramente consolatissimo, se si verificasse, che in cotesta stamperia della Propaganda fossero stati impressi i libri euchologici, liturgici e dogmatici, che ora si ricercano per norma delle nuove edizioni che qui si stanno divisando; mentre in tal caso verrebbe tolto di mezzo ogni pericolo sì d' errore che di frode. Dopo aver etc.

Pro—Memoria!

Inter alia rem sacrae unionis concernentia, etiam quoad libros, qui seu pro tenera juventute, seu pro adultis, seu vero pro ecclesiasticis cum primis necessarii forent, quaestione occurrente; Suam Majestatem Sacratissimam quoad libros euchologicos et liturgicos seu Rituale et Missale, non absimiliter quoad cathechismum Bellarmini, qui anno 1627 in Illyricum versus Romae in typographia de Propaganda Fide impressus extaret, clementissime ordinare dignatam fuisse, ut quoad hos sub censura hujate occasione impressionis cura habeatur, ne ullae aliae correctiones librorum istorum praeter illas solas admissae sint, quibus conformantur postremis editionibus Romae correctis et repurgatis.

Cum igitur praeattacti libri Romae correcti et repurgati esse perhibeantur, Cancellariae autem huic regiae Hungarico-aulicae editiones eaedem incognitae sint, adeoque certo non constet, an tales in lingua hujatum Graecorum usitatis Romae vel existant?

Ideo antequam editiones hae Romanae pro norma isthic statuantur, de benigno iussu regio Eminentia Vestra officiose requiritur, quatenus praerecensitorum librorum Romanae editiones in genuinis exemplaribus Roma adferri, ac subinde allatus Cancellariae regiae Hungarico-aulicae communicare haud gravetur.

Viennae die 17 Julii 1773.

Comes Franciscus Esterhazy.

All' Emo. Sig. Cardinale Pallavicini, segretario di Stato di Nostro Signore.

[Roma] Dalla Propaganda 26 Agosto 1773.

In ossequio de' venerati desideri di Sua Maestà l' imperatrice regina rimette Borgia, segretario di Propaganda, con ogni prontezza all' Emo. Sig. Cardinale segretario di Stato gli esemplari richiesti del Missale Illirico o Slavonico dell' ultima edizione in carattere Geroni-

miano, come pure del Rituale e della Dottrina del Bellarmino in carattere Latino detto „Schiavetto“, perchè queste corrette stampe di Propaganda possano seguire di norma alla Maestà Sua nelle nuove edizioni, che medita di farne a vantaggio della religione. E ritornando lo scrivente all' E. S. le carte relative alla petizione passa a rassegnarsene con ossequiosissimo rispetto ecc.“

Theiner, Mon. Slavorum Meridionalium, II, 289 s.

93. 1773, Bosnen.

Evangeliarium lingua croatica Bosnensis dialecti vulgari a Joanne Bandulović Skopljensi Or. S Francisci M. Obs. versum, prima vice Venetiis 1613 editum, decima vice reimprimitur.

Milinović, Crtice o slovenskoj liturgiji, Jadrae 1880, 146 ss.

94. 1773, Venetiis.

Evangeliarium lingua croatica vulgari, a Petro Knežević Kniniensi Or. S. Francisci M. Obs. versum, vulgatur.

Milinović, Crtice o slovenskoj liturgiji, Jadrae 1880, 146 s.

95. 1774, 30 Julii, Jadrae.

Testimoniales Vicarii Capitularis Jadrensis Joannis Armani, fratribus conventus S. Michaelis Jadrae Tertii Ordinis S. Fr. liturgiae Glagolito-Romanae utentibus datae.

Giovanni Armani Dottor in ambe le Leggi Archidiacono di questa Chiesa Metropolitana Vicario Generale Capitolare. — — Fra gli altri Regolari officiano e celebrano la Santa Messa nella pura madrelingua Illirica, osservando rigorosamente li precetti del linguaggio glagolito. Perlochè veggendo Noi li Religiosi componenti la presente famiglia di detto Convento, utili al serviggio di Dio, et al vantaggio dell' anime, ospitali co' poveri e singolarmente co' morlachi Sudditi, che per i loro privati interessi cencorrono alla città da tutta la Provincia dando ad essi alloggio, e vito, pronti al culto della chiesa, zelanti dell' onor di Dio Signore di coscienza timorata, e condotta religiosa si siamo persuasi munirli delle presenti veridiche attestazioni nostre, perchè possono valersi delle stesse ovumque occoresse. In quorum fidem.

Zara dalla Cancelleria Arcivescovile li 30 Luglio 1774.
Giovanni Armani Vicario generale Capitolare.

Authenticum in Archivo conventus S. Michaelis Jadrae.

96. 1774, Venetiis.

Sententia abbatis Fortis de coadjutore Matthaei Caraman in corrigendis libris liturgicis Glagolito-Romanis Matthaeo Sović Chersino,

cui iam 1742 anno papa Benedictus XIV cathedram linguae veteroslovanicae, in Collegio Urbano Romae fundatam, tradiderat:

Matteo Sovich „Ottenne in premio delle sue fatiche l'arcidiaconato della Cattedrale di Ossero — —. Fu richiamato a Roma più volte pella correzione del Breviario [Glagolito-Romano];. — — Fra queste [schede del Sovich vedute dal Fortis] deve trovarsi una fatica a perfezione, ch' é la Grammatica Slavonica di Melezio Smotrinski, messa in latino, col testo a fronte, purgata delle superfluità ed arrichita di nuove osservazioni per uso de' giovani Ecclesiastici Illîrici. Quest' opera è tanto più meritevole di vedere la luce, quanto che lingua Sacra Slavonica, che si studia ne' Seminari di Zara e d' Almissa, non ha grammatiche ben condotte e che morto l' arcidiacono Sovich, non v' è più (sia detto con buona pace de' viventi) chi possa a buon diritto chiamarsene Professore."

Fortis, Viaggio in Dalmazia, Venezia Miloco 1774 I, 91.

97. 1774 c., Romae (Aquilejen).

Typis S. Congregationis Prop. Fidei Missale Glagolito-Romanum, curante episcopo Justinopolitano ac postremo patriarcha Aquileiensi Camuzzi, vulgatur.

Ljubić, Ogledalo književne povjesti jugoslovenske, Rieka 1864, I, 44.

98. 1775, Venetiis (Absoren. et Veglen.).

Status liturgiae Glagolito-Romanae in dioecesi Absorensi et Veglensi.

„Extra utranque civitatem Absori et Crepsae, ubique ad psalmodiam et liturgiam, praeterquam in ecclesia Lubenizze, sermo Slavonicus adhibetur.

In tota dioecesi paroeciae sunt non amplius septem; prima ac praecipua est Castri Muscli [Omišalj], ubi templum primarium titulo Deiparae in coelum assumptae consecratum est; et insigne ibidem collegium Presbyterorum et clericorum, qui ad psalmodiam et liturgiam Slavonicum adhibent sermonem."

Farlati, Illyricum Sacrum, V, Venetiis 1775, 184 et 296.

99. 1667—1776, Romae.

Usus Liturgiae Glagolito-Romanae, consuetudine ab immemorabili in ecclesia S. Hieronymi Slavonorum, de Urbe vigens.

„Nos Archipresbiter, et Canonici Venerabilis Ecclesiae Collegiatae S. Hieronimi Nationis Illyricae Urbis medio juramento tacto pectore mores testamur, verboque veritatis notum facimus, quod certis diebus solemnioribus, scilicet Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, Pentecostes, ac Divi Hieronymi, cui dicata comperitur Ecclesia in qua ex summa munificentia S. M. Sixti V. erectum fuit nostrum Capitulum, semper

atque semper ab eo tempore quo fuimus recepti inter Clericos Beneficiatos ac Canonicos usque in presens, inter Missarum Solemnia binos Canonicos, Diaconum nempe et Subdiaconum, Evangelia et Epistolas lingua Illyrica cecinisse. Testamurque insuper ita semper fuisse observatum a tempore, cujus initium memoria non extat, sicut Nobis tradiderunt Majores Nostri, obtestantes sic eos observasse et audivisse ab illorum Majoribus, seu Predecessoribus Capitularibus observatum fuisse, citra quod ab hac laudabili inveterataque consuetudine fuerit unquam declinatum nedum, ut cuique patens esset peritia linguae Illyricae juxta id quod in Constitutione erectionis prescribitur, verum etiam ut vigeat Romae perpetuum monumentum consuetudinis laudatae ab Apostolica Sede recitandi Officia divina, itemque Missas celebrandi idiomate illyrico per Sacerdotes Illyricos.

In quorum fidem presentes dedimus manu nostra obsignatas, et Sigillo R.mi Capituli, quo in his utimur, munito.

Datum ex Sacrario Ven. Ecclesiae S. Hieronimi Illyricorum Urbis."

Stampa. Romanae praetensae habilitationis — contra R. D. Josephum Boghetti 1776; in Archivo Congregationis S. Hieronymi Slavonorum de Urbe.

100. 1777, 1 Novembris, Jadrae.

Capitula septemdecim disciplinae internae Seminarii Illyrici Zmajeviciani Jaderae [Cfr. N. 40, 41] lingua vulgari croatica ab archiepiscopo Jadrensi Joanne Karsana statuta.

Copia di altre Regole parimenti Manuscritte, quali si leggono in Refetorio ogni Sabato, dal chierico di settimana, in dialetto Slavo e sono:

Način zapovidjen od Prisvitloga i Pripoštovanoga Gospodina Ivana Karsane Arcibiskupa Zadarskoga: ec: na koj se imaju uzdaržati i živiti Djaci Alunni u Semenariju Ilirskomu ili Slovinskomu grada Zadarskoga, pod posluhon Gospodina Retura, ili drugoga koj je na njegovo misto, takojer i Prefeta iii drugega, koj bude postavljen od Gospodina Prisvitloga i Pripoštovanoga Gospodina Arkibiskupa. U Zadru iz Arcipiskupije na 1 Novembra 1777.

Ivan Arkibiskup Zadarski.

III. Suviše imaju doniti sobom. — — Takodjer Tologiju Kadčića, Brevial i ako se može Misal, Nauk Karšćanski, a navlastito Kardinala Belarmina Katekizam Rimski. Napokon da nastoju dobaviti knjige od bogoljubnosti, pripovidanja, a navlastito oca Filipovića iz Rame.

IV. Pokle je zvonila jutarnja imaju pojti svi zajedno slišati Svetu Misu u Carkvi Prvostolnoj. — Pokle su ručali povratit će se istanovice u učionici, onde će se pripraviti i počekati dokle dojde Meštar, koj, po ure pokle su slišali Misu, ima biti u učionici, u kojoj ima in tumačiti Theologiju Kadčića, i druge stvari po oni način, koj njemu bude naredjen od Prisvitloga Gospodina Arcibiskupa.

V. U učionici ima se Meštar uzderžati dvi ure, koj pokle su svaršile odiliće se Meštar, i s njim zajedno Djaci inostranci, a Alluni megju

njiman poćinuće razgovarajući se tiho, manje od četvertoga dila od ure. Posli toga svi skupno, na pò glasa rećiće bogoljubno Vrimena, t. j. Parvu, Tretu, Šestu i Devetu. Ovdi se priporučuje, da u govorenju Oficija Svetoga razmisle dobro na ono, što je bilo naredjeno na 17 Setembra 1777, da oni koj su od druge strane, nimaju početi njegov redak, dokle nesvaršu podpuno oni koje su na ovoj strani. Na pò redka imaju štogod malo pristati, kako ista Cerljenica od Berviala nas uči. Posli Oficija istanovice postaviće se učiti dokle se dade bilig od obida, koj on čas, kada bude dan, imaju reći Litanije Prislavne D. M. i pojti svi zajedno u Gostivnici. Ovdi ima se dobro usvistiti Kuač, da kad su dnevi od posta, da ima samo po ure prid podne dati bilig od obida, a uru druge dneve.

VI. Oni čas kad su došli u Gostivnici imaju blagovati jizbine oni način, kako je u Bervialu Rimskomu. U vrime pako kada počmu blagovati, imaju štiti knjige od boljubstva, ili živote Svetih i Sveti ah, ili pisanje stvari Carkvenih; takojer svako godišće Carljenice Rituala, Misala i Berviala Rimskoga. A po blagovanju, pokle su zafalili, imaju reći Psalam „Iz dubina“ za sve dobročince, dali navlastito za dušu najvećega Dobročinca i Temeljitelja od ovog Semenaria, Prisvitloga i Pripoštovanoga Gospodina Arcibiskupa Vincenca Zmajevića, za kojega svako godišće u početku od nauka, i svarhu od istoga ima se reći od Djacih Alluni vaskolik Oficij Martaški t. j. parvi Oficij reći će se na 20 = ili na 22 Luja Miseca, a drugi na 3 = ili 4 Miseca Otobra.

IX. Nauk u litu po obidu počeće na devetnajest uri, u zimi posli devetnajest i pò; statiće u zimu dvi ure, u litu dvi ure, kako u jutro pokle se svarši nauk, i pokle malo počinu razgovarajući se medju sobom od stvari svetih, rećiće skupno Večernju i Pavečernjicu i Jutarnje dneva došasnoga pomljon privelikon. — —

Ivo Karsana po Božijemu milosrdiju Apostolskoga Stola milosti Arcibiskup Zadarski, hoćemo svakojako, da oni Zakoni, koj su bili od nas naredjeni i zapovidjeni na prvi Novembra 1777 skupljeni u sedavnajest Poglavjih za dobro živenje od žaknih Alunih našega Seminaria Ilirskoga da posve imaju se obslužiti.

Apographum 9 Novembris 1802 a presbytero Petro Marelić confectum, iam supra N. 66. citatum, in Archivo Zmajeviciano Jadrae.

101. 1777, Aemonien.

Joannes Dominicus Stratico episcopus Aemoniensis in Visitatione Generali Canonica mandat:

„Verteneglio: Sia rimesso il Canone nuovo ad ún altro. Sia comprato un Schiavetto dell' Epistole ed Evangelj.

Momiano; Sia comperato un Ritual nuovo. Siano mutati i Canoni ai Messali e comprato un nuovo. Sia comprato un Messale dei morti Sia comprato un Rituale illirico.“

Pesante, La liturgia slava, 140.

102. 1778 c., Ragusien.

Unus linguae croaticae vulgaris in Epistola et in Evangelio perlegendis in ecclesiis foraneis Ragusiensis dioeceseos:

„Tutti i parroci Foranei [della Diocesi di Ragusa], dopo cantato l'Evangelio in latino, sono obligati a cantarlo in lingua illirica; per questo ogniuno di loro deve avere l'Epistole ed Evangelii in illirico, stampati per la diocesi di Ragusa. Come pure il Rituale illirico stampato da Propaganda".

Mattei, Memorie sulla chiesa di Ragusa, III, 403, 406.

103. 1739—1778, Veglen.

Episcopus Veglensis Petrus Antonius Zuccherius clericos Glagolitos ad studium linguae latinae ac veteroslavicae obligat.

„Cum sermo Illyricus litteralis vulgari plurimum differat, haud semper secus, quam ab Italo Latinus, et a vulgari Graecus itidem litterarius; clerici Illyrici discebant quidem, et legere sciebant codices divinos, et liturgicos Illyrice scriptos, sed quae illis sententia subjecta esset penitus ignorabant; cum linguae Illyricae litterariae intelligentia prorsus carerent. Illis itaque huiusmodi sacros codices litteris nostratibus et Latinis explicandos [Petrus Antonius Zucherius] curavit; et linguae utriusque Illyricae et Latinae addiscendae legem imposuit. Non defuerant quidem, qui perutili huic consilio inventoque obstiterent, atque illi obtrectarent, quod novum et inusitatum utriusque linguae percipiendae onus clericis imponebat. Obtrectatoribus silentium indictum; valuit auctoritas Episcopi, et praeclarum institutum tenuit."

Farlati, Illyricum Sacrum, V, 315.

104. 1742—1748, Parentin.

Caspar Negri episcopus Parentinus in Visitatione Generali Canonica mandat:

„Mompaderno: Che sia aggiustato il Messale Latino.
Caroiba: Che nel Messale Latino sieno posti li Santi Novi.
Bercaz: sia governato il Schiavetto.
Villa di Rovigno: che sia provveduto un Rituale Latino."

Excerpta ex Visitationibus Generalibus Canonicis episcopi Casperi Negri; Pesante, La liturgia slava 127.

105. 1779, Justinopoli.

In synodo dioecesana Justinopolitana tempore episcopi Bonifacii de Ponte celebrata capite 2. statuitur:

„Rurales quoque Parochi hoc utantur libello [Doctrina Pauli Francisci Justiniani episcopi Tarvisini] jam Illyricae Linguae reddito, quem extemplo aptabunt sermoni, unicuique Parochiae proprio; quoniam tot variat terminis Illyrica lingua apud rusticos, ut unumquodque Rus proprium quasi sibi vindicet Idioma. Dum Orationes praecipuas ab Ecclesia approbatas in Illyricum convertunt sermonem, nec detrahant, nec immutent quidquam, quod absolute vetamus." Capite vero 24: „Ad ruralem Parochiam promovendus, in qua Illyrico idiomate utuntur incolae, examinari debet an Illyricum calleat sermonem...." Hac de causa ex viginti examinatoribus Synodalibus tres ex parochiis foraneis pro examine Illyricae linguae deputantur.

Synodus dioecesana Justinopolitana anni 1779 Venetiis, Occli, 1780 p. 153; Pesante, La liturgia slava 120, 136, 137.

106. 1779, Presburgi.

Hungarus quidam de usu vigenti liturgiae Glagolito-Romanae in dioecessi Scardonensi.

„Scardona (Scodra), urbs vetere aevo, ac hodie, celebrior, est aperta, redire incipit in florem pristinum, mercatoribus ex Bosnia et Servia huc sedem transferentibus. Est praeterea Episcopi Sedes, Belgrado huc translata, incluta, in cujus dioecesi sunt 15. parochiae Romano-Catholicorum, in quarum plurimis sacra a D. P. Franciscanis idiomate peraguntur Slavonico. Hodiernus episcopus est Ladislaus Kovats, cathedralis Ecclesiae Jaurinensis praepositus major et canonicus."

Compendiolum Regnorum Slavoniae, Croatiae, Dalmatiae, Galiciae, Lodomiriae Magnique Principatus Transilvaniae geographicum, (ex Introductione Cl. Joannis Severini in orbis antiqui et hodierni geographiam Szaszkianam) supplementis et notis illustratum, Presburg 1779, p. 52.

107. 1780, 27—29 Augusti, Aemoniae.

Statuta Synodus dioecesanae ab episcopo I. D. Stratico, Jadertino patria, habitae de lingua slavica in Sacris ac Clero Illyrico:

„Sessio II, Caput V: In Conventualibus Missis, popularis cantus aedificationem inspiret; praesertim pueri, ad hoc instruentur. Serventur, quod fieri poterit, Rubricae pro Missis solemnibus, praescriptae. Confirmamus, et omnino servari volumus usum canendi Illyrica lingua Epistolam et Evangelium, et caetera eo idiomate Populo annunciari consueta. Oramus Parochos et Cappellanos ne id unquam Festo die praetermittant, ne scilicet paulatim utilis hic ad fidelium intelligentiam usus, sanctissima vetustate confirmatus, decrescat.

Sessio II. caput VIII: Illyrica lingua in Nostra Dioecesi Clericis utilis. Vehementer optamus Clericos et Sacerdotes majores praesertim in Illyrica populari lingua peritia edoctos esse, ut Dei verbo ministrando idonei fiant; ne unquam pauci ac tenues Nostratum Ecclesiarum proventus Extraneis dtstribucre opus sit, necessaria hac cognitione in No-

stris deficiente. Nostro quidem iudicio Sermones Domenicales P. Philippi Occhievich, Quadragesimales P. Pavatich, Institutio Christi Ill.mi et Rev.mi D. D. Archiepiscopi Tharsensis olim Justinopolitani Antistitis, Catechismus Romanus nuper in hanc linguam vernaculo stylo conversum, Lexicon Ardelli satis erunt, ut ejusmodi lingua ad Sacros usus familiaris fiat. Nos fortasse, Deo juvante, gravioris Doctrinae libros Illyricos quandoque ad Sacerdotum Illyricorum utilitatem edemus."

Synodus dioecesana Aemoniensis habita diebus 27, 28, 29 Augusti 1780 sub episcopo Stratico, Patavii, Typis Seminarii 1781, 58 s.

108. 1780 c., Nigrocorcyren.

Nicolaus Belglava patria Jadrensis: „Dum in Illyricam liturgiam corrigendam incumbebat, jussu Praesidum Congregationis pro Fide propaganda institutae, Pius VI Pontifex — Corcyrensi Episcopatu ab eodem Pontifice insignitus fuit ob praeclare ejus merita anno 1781."

Farlati, Illyricum Sacrum VI, 408.

109. 1781, 10 Novembris Jadrae.

Testimoniales tribuni militiae territorialis Jadrensis Simonis Zapić fratribus conventus S. Michaelis Jadrae Tertii Ordinis S. Fr., liturgia Glagolito-Romana utentibus, datae.

Adì 10 Novembre 1781 Zara.

Faccio fede, ed attesto io sottoscritto collonello del contado di Zara, dacché sono istato destinato a quest' impiego, che li R.R. P.P. del Terzo Ordine di S. Francesco in Dalmazia sono Nazionali, e sudditi del Serenissimo Veneto Dominio. Attendono questi alla quotidiana officiatura in Lingua Illirica Litterale unicamente praticata da essi, sommamente preggiata e gradita a questa Illirica Nazione, redendosi assai gradevoli e proficui alla stessa. In oltre si mostrano uttili e benefici a questa Cragina, come da vive ed universali voci rilevasi, tanto più, quanto che soccorrono, accettano, e riccoverano i morlachi somministrando à cadauno luoco, e fuoco, ed allimento, che sarebbero infelici se li mancasse tale suffraggio, particolarmente nella cruda staggione dell' inverno. Accettano in educazione i loro figlioli, somministrandogli tutte le possibili assistenze di pietà e carità verso i medesimi, nonchè al soccorso d' ogni persona, ed in particolare al povero morlacco mendico. Attendono finalmente con assiduità alle opere spirituali, e poi sono zelanti per il culto divino, e fedeli al suo Principe. Per lo ché degni essendo d' ogni merito a mie cognizioni, ed evidenza della pura verità gli rilascio la presente per valersene ovumque gl' occorresse firmandola di mio proprio pugno.

In fede

Simon Zappich Collonello del Contado di Zara.

Adì 10 Novembre 1781 Zara.

Apographum in Archivo S. Michaelis Jadrae.

110. 1743—1781, Jadrae.

Capitulum Jadrense ad petitionem antistium: Ecclesiastici, Nobilium et Civium ordinum, de numero Sacerdotum Glagolitorum ac de singulis ecclesiis Glagolitis in dioecesi Jadrensi publicam fidem facit.

Si fa fede per l'Offitio della Cancelleria Arcivescovile di questa Città esservi fuori della stessa in tutta la diocesi le infrascritte Parocchie, e Cappellanie Curate al numero di sessantacinque coperte da Sacerdoti Illyrici nativi del Territorio, e Distretto della Città medesima (eccettuati li quattro sottoespressi), [che esercitano il proprio pastorale offitio verso quei popoli nell'Idioma Illirico, offitiando nello stesso parimenti li giorni Festivi il numero di quaranta Chiese Parrochiali, e Curate con gli altri Sacerdoti, e Chierici; celebrando egualmente tutti questi (eccettuati li due Parrochi di Rito Serviano) la Messa nel Rito Latino, e Idioma Illirico, a riserva del Parroco del Borgo Erizzo, che la celebra in lingua latina], e di quelli, che attesa la loro capacità sono abilitati a celebrarla egualmente in latino;) essendovi nel numero delli suddetti Parrochi cinque col titolo di Vicarij Foranei disposti nella Diocese per sopraintender a quel Clero, non compreso il Vicario della Colleggiata di Pago, che presiede alla stessa, ed alle Parochie di quell'Isola, le funzioni della qual Colleggiata procedono in lingua latina. [E la presente si rilascia a ricerca dei Capi dell'Ordine Ecclesiastico, e Civico di questa Città].

Parrochie, e Cappellanie della Diocesi di Zara sopra l'Isole, e Scogli.

Ulbo — Parroco con due Cappellani.
Selue — Parroco con un Cappellano.
Premuda — Parroco
Gisto — Parroco.
Zapuntello — Cappellano.
Berguglie — Cappellano.
Melada = Cappellano.
Bosaua = Parroco, e Vicario.
Verona = Cappellano.
Soline = Cappellano.

Uglian — Parroco con un Cappellano.
Lucoran — Parroco
S. Eufemia — Parroco, e Vicario con un cappellano.
Cale — Parroco.
Cuclizza — Parroco.

Dragoue — Parroco.
Berbigno — Parroco.
Sauro — Parroco.
Rauua — Cappellano.
Valle — Parroco.
Sman — Parroco.
Sale — Parroco, e Vicario con un cappellano.
Eso Sirocal — Parroco.
Eso Ponental — Parroco.
Sestrugn — Parroco.

Bagno — Parroco.
Dobropogliana — Parroco.
Neuiane — Parroco.
Pasman — Parroco.
Tcon — Parroco.
Vergada — Parroco.

Parrocchie e Cappellanie del Littorale, e Terraferma nella suddetta Diocesi.

Borgo Erizzo — Parroco nato nella Diocesi di Sappa in Albania.
Bibigne — Parroco nato nella Diocesi di Segna.
S. Cassan — Parroco, e Vicario.
Torrette — Parroco.
Ss.ti Filippo, e Giacomo — Parroco.
Zaravecchia — Parroco.
Percos — Parroco.
Gallovaz — Cappellano.
Zemonico — Parroco.
Smocovich — Parroco di Rito Serviano nato nella Diocesi di Nona.
Murvizza — Parroco.
Gruhe — Parroco.

Paskostiane — Parroco, e Vicario.
Vrana — Parroco.
Radosinouzi — Parroco.
Pristegh — Parroco.
Miragne — Parroco di Rito Serviano nato nella Diocesi di Cattaro.
Polazza — Parroco.
Tign — Parroco.
parrochie pro nunc unite { Gorizza, e Krencina — un Parroco.
parrochie pro nunc unite { Malpaga, e Cerno — un Parroco solo.
Boccagnazzo — Parroco.
Diclo — Parroco.
Cosino — Parroco.
Peterzane — Parroco.
parrochie pro nunc unite { Gliuba, e Radovin — un Parroco solo.

Parrochie sopra l' Isola di Pago della Diocesi antescritta.

Collane — Parroco.
Gorizza — Parroco.
Dignisca — Parroco.
Vlassich — Parroco.
Pougliana — Parroco.

Minuta in Archivo Capitulari Jadrensi sub Numero 80; litteris saecundae medietatis XVIII saeculi. Hoc concordat cum parocho villae Borgo Erizzo vel Albanesi Michaele Tonsi Sapae nato, qui illi parochiae ab anno 1747 ad 1781 praefuit (Bianchi Zara Cristiana II. 169). Quae uncis quadratis, cum cruce praecedente signantur in originali, expunctioni in transcriptione solemni destinata fuisse videntur.

111. 1743—1781, Jadrae.

Capitulum Jadrense ad petitionem antistium: Ecclesiastici, Nobilium et Civium Ordinum, de numero Parochiarum et Capellaniarum liturgiae Glagolito-Romanae in dioecesi Jadrensi publicam fidem facit.

Laus Deo.

Si fà fede per l' Offizio della Cancelleria Arcivescovile di questa città, esservi fuori della stessa nel Territorio, e Distretto di tutta la Diocese le infrascritte Parochie e Capellanie Curate, occupate da' Sacerdoti Illirici, nativi delle Ville della Diocese stessa (eccettuati trè di sotto espressi), che esercitano il proprio Pastoral Offizio verso quei Popoli nel loro Illirico Idioma, offiziando nello stesso parimente con

li altri Sacerdoti e Chierici delle Ville dove ne sono, cadauna delle chiese Parochiali, le quali sono respettivamente servite dagl' Ecclesiastici stessi, e promossi Sacerdoti nell' Idioma Illirico, essendovi nel numero de' Parochi, cinque col titolo di Vicarij Foranei Illirici, disposti per le Ville della Diocese per la buona disciplina e direzione del Clero Foraneo.

Uille de' Scogli.

Ulbo = Paroco con due Capellani.
Selue = Paroco con un Capellano.
Premuda = Paroco.
Zapuntello = Capellano.
Berguglie = Capellano.
Melada = Paroco.
Bosaua = Paroco e Vicario.
Pontebianche = Capellano.
Soline = Capellano.
Dragove = Paroco.
Birbigno = Paroco.
Sauro = Paroco.
Rauua = Capellano.
Ualle = Paroco.
Neuiane = Paroco.
Pasman = Paroco.
Tcon = Paroco.
Uergada = Paroco.
Sman = Paroco.
Sale = Paroco, e Vicario con un Cappellano.
Eso Sirocal = Paroco.
Eso Ponental = Paroco.
Sestrugn = Paroco.
Uglian = Paroco con un Capellano.
Lucoran = Paroco.
S. Eufemia = Paroco, e Vicario con un Capellano.
Cale = Paroco.
Cuclizza = Paroco.
Bagno = Paroco.
Dobropogliana = Paroco.

Uille Littorali e di Terraferma.

Pacoschiane = Paroco e Vicario.
Zaravecchia = Paroco.
S. Filippo e Giacomo = Paroco.
S. Cassan = Paroco e Vicario.
Bibigne = Paroco.
Albanesi = Paroco Albanese.
Diclo = Paroco.
Cosino = Paroco.
Peterzane = Paroco.
Gliuba = Paroco.
Radouin = Paroco.
Gruhe = Paroco.
Bocagnazzo — Paroco.
Cerno = Paroco.
Malpaga = Paroco.
Muruiza = Paroco.
Smocouich = Paroco Greco Illirico.
Zemonico = Paroco.
Percos = Paroco.
Gorizza = Paroco.
Gallouaz = Capellano.
Tign = Paroco.
Polazza = Paroco.
Pristeg = Paroco.
Vurana = Paroco.
Radossinuzi = Paroco.
Giagodgne = Paroco.

Uille nell' isola di Pago
Diocese di Zara.

Gorizza = Paroco.
Dignisca = Paroco
Vulassich = Paroco.
Pougliana = Paroco.
Collane = Paroco.

Hoc documentam Archivi Capitularis Jadrensis, nitidiori forma descriptum, vel est solemnis redactio praecedentis N. 110, vel paulo posteriori tempore independenter rogatum. Collatum vero cum actis antíquis in Archivo archiepiscopali, eandem manum characteres revelant, quae acta anni 1769 descripsit in libro Beneficiorum. Parochus villae Albanesi et ipse Nationis Albanensis est Michael Tonsi Sapatensis patria, qui ab anno 1747 ad 1781 illo munere functus est (Bianchi Zara cristiana II, 169).

112. 1782, 10 Decembris, Venetiis.

Dux Venetorum Paulus Renier Fratribus Tertii Ordinis S. Francisci provinciae Istro-Dalmaticae, ut perseverent in sua activitate erga populum croaticum, praesertim liturgia Glagolito-Romana sacra celebrando, commendat:

„facendo uso specialmente dell' idioma illirico loro naturale, uniformente anche al loro istituto medesimo, cosicchè ne provenga sempre maggiore il compiacimento nostro, il bene del popolo."

Fr. S. Ivančić, Poraba glagolice kod redovnika III. reda sv. Frane, Jadrae 1884, 43.

113. 1783, 29 Aprilis, Venetiis.

Dux Venetorum Paulus Renier Fratres Tertii Ordinis S. Francisci provinciae Istro-Dalmaticae, de cura animarum ac de usu liturgiae Glagolito-Romanae benemeritos, laudat:

„certi Noi che essi Religiosi, continuando nell' antico loro istituto dell' assistenza a' Parrochi, dell' ospitalità verso i poveri e della particolare coltura della lingua illirica, vorranno pur maggiormente meritarsi la nostra predilezione."

Fr. S. Ivančić, Poraba glagolice kod redovnika III. reda sv. Frane, Jadrae 1884, 43.

114. 1783, Venetiis.

Commissio rebus ecclesiasticis raeformandis de statu provinciae Istro-Dalmaticae Tertii ordinis S. Francisci, ab Antonio Juranić provinciali ministro edocta, declarat, quod nihil reformandi invenit in statu existenti illa praecipua de causa, quia iidem Fratres populo utiles sunt propter usum liturgiae Glagolito-Romanae:

„che si riconosce utile a quella popolazione, anche per l' uso della lingua illirica, ossia slava nella ecclesiastica Liturgia, e nelle altre assistenze spirituali".

Fr. S. Ivančić, Poraba glagolice kod redovnika III reda sv. Frane, Jadrae 1884, 24, 43.

115. 1783, Aemoniae.

In Congregatione Provinciali Tertii Ordinis S. Francisci, episcoscopus Aemoniensis Joannes Dominicus Statico, de usu linguae veteroslavicae in eadem Provincia hanc orationem habuit:

„Voi, Religiosi Padri, due speciali Caratteri custodite nella Provincia della Dalmazia e dell' Istria, ove essa si estende. Il primo assistere specialmente colle Confessioni il popolo Illirico, ed essere così un' utilissimo ajuto a noi Pastori di anime nel pascolo del gregge, che ci è affidato. Il secondo conservare nella nazione il nobilissimo Privilegio della Sagra Officiatura in lingua nostrale, privilegio antichissimo, e d' immemorabile origine, che fin dal nono Secolo autorizzato da Giovanni VIII ai Dalmatini suoi nazionali è stato gelosamente custodito, nè mai interrotto, anzi preservatoci dalla S. Chiesa, in mezzo a tutte le mutazioni di disciplina, che si sono dovute fare ne' tempi posteriori, e che poche altre Cattoliche Nazioni possono vantare. Questa distinzione invidiataci da tanti Popoli Occidentali, ai quali la Chiesa per giustissime ragioni non permette la Liturgia Sagra, che nella lingua latina, è cosa di molto maggior momento, che altri non giudica, onde io mi determini, sebbene affatto ignorante di quella, a trattenervene alquanto più di proposito. La nostra lingua, oltre ogni altra, estesissima in tutta l' Europa ha dovuto anch' essa sostenere le moltiplici vicende degli umani cangiamenti, onde le varie Nazioni, che da rimotissimi tempi l' usavano, l' hanno in mille guise alterata, per il clima vario, per i mescugli de' popoli, per le guerre, e per tutte le altre cagioni, che i Filosofi sanno, onde è, che sebbene essa si parli in tutti i vastissimi Regni della Russia, in moltissime Provincie dell' Ottomanno Dominio, nella maggior parte de' felicissimi Stati soggetti alla Casa d' Austria in tutta la Polonia, Lituania &c. e nel lungo Continente dall' Istria sino all' Albania del fortunatissimo nostro Veneto Imperio; nulladimeno tanto si sono allontanati i dialetti, che appena, e non anche spesso s' intendono i varii parlatori di quella. Il che vediamo ancor noi ne' nostri Paesi, ove quasi ogni Terra, non chè Città, ha moltissimi proprii Idiotismi, che pajono strani, e barbari nel rimanente. Questo è il destino delle lingue viventi, e questo è il motivo, per cui la Chiesa esige l' Officiatura latina, perchè chi sa in quante strane guise sarebbe mutato, alterato, reso ridicolo il senso, ed il suono delle venerabili parole che nella Liturgia si adoprano dalle Divine Scritture. Nulladimeno, avuto riguardo alla dignità, e decenza della lingua Illirica, non ha mai impedito al nostro popolo questo conforto d' intendere le sublimi preghiere, che nel S. Sagrifizio, e negli altri Riti si adoprano, fidandosi siccome io credo della diligenza de' Vescovi e dello zelo de' Sacerdoti, perchè conservisi intatta la tradizione de' Maggiori, nè i sensi mai si alterino, servendo al particolare Idiotismo de' Paesi. Per questo negli ultimi Secoli la Sagra Congregazione di Propaganda si è essa medesima incaricata della stampa de' Messali, e Breviarii, chiamando Uomini dotissimi a ridurli alla vera lezione, ed originale perfezione. E sebbene la lingua Illirica Serviana, o Rutena sia essenzialmente la stessa; nondimeno ha voluto conservare

„In questo Seminario si è sempre conservata fino al dì d' oggi la cattedra pella lingua paleoslavica. Dopo compiuti gli studii, chi vuole può celebrare la s. Messa e recitare il breviario in glagolito. Trovo però assai utile che il nostro clero adoperi ambe le lingue. Io non sono un „adoratore" del glagolito, ma ne sono un sincero cultore. Tutte le messe che ho cantate finora, le ho cantate in glagolito, ho cantato e recitato più volte in detta lingua tutte le ore e lo farò anche in avvenire. La S. Sede ci ha concesso questo straordinario e bel previlegio, perchè non dovremmo adoperarlo e difenderlo?"

A. Franki, Zmajevićevo Sjemenište in ephem. Jadrensi La Dalmazia Cattolica 1877, Nr. 12, 25 Martii.

77. 1878, 9 Junii, Jadrae.

Archiepiscopus Jadrensis Petrus Domnius Maupas editionem Missalis Glagolito-Romani, iam anno 1868 decretam [cfr. N. 71], apud S. Congregationem de Propaganda Fide urgens, canonicos S. Hieronymi Slavonorum de Urbe Carolum Parčić et Joanem Crnčić revisores proponit.

No. 74 ar.

Eminenza R.ma.

L' uso nella Liturgia della Lingua Slava Antica detta Glagolitica dai caratteri antichi così appellati, che un tempo si faceva dal Clero propriamente Slavo nelle Diocesi di Zara-Nona, Sebenico-Scardona, Spalato-Traù e Lesina nella Dalmazia, oltrecciò nella Diocesi Veglia-Arbe-Ossero che apparteneva pure alla Dalmazia, nonchè nelle diocesi di Segna-Modrussa, e che tuttora si fa in alcune di esse, rimonta per lo meno al nono secolo dell' era Cristiana. Con ogni probabilità essa venne introdotta nelle suindicate Diocesi dopochè gli Apostoli Slavi santi Cirillo e Metodio avendo convertiti al Cristianesimo gli Slavi del Chersoneso Taurica e i Bulgari, erano stati invitati dal Principe Moravo Rastislavo per evangellizzare gli Slavi Moravi e i loro contermini. A benefizio di questi i Santi Missionarii avevano nell' Oriente tradotta la Liturgia Greca nella lingua Slava coi caratteri Greci, modificati in seguito da Clemente loro discepolo, detti Cirilliani, e nell' Occidente la liturgia Romana coi caratteri Runici in seguito detti Glagolitici. Con ogni verisimiglianza si può ritenere che il Clero Slavo-Croato abbia desiderato di conservare pei fedeli, stati evangelizzati da Vescovi e sacerdoti sempre aderenti alla Chiesa Romana e dipendenti dal Patriarcato Occidentale, la liturgia Romana, ma che insieme, saputo che i Romani Pontefici avevano aderito all' introduzione della linqua Slava in essa liturgia nella Moravia e nelle provincie contermini, abbiano fatto istanza al Pontefice Giovanni VIII e da lui ottenuto lo stesso privilegio anche per le provincie Slave Meridionali. Quando in seguito al decreto del Ss. Concilio di Trento il Messale Romano fu riveduto dal S. Pontefice Pio V e pubblicato dai pontefici Clemente VIII e Urbano VIII, analoga modificazione dovette subire il Messale Glagolitico, e la subì di fatti avendone formalmente autorizzata la ristampa nell' anno 1631 il Pontefice Urbano VIII nella Bolla „Ecclesia Catholica." Ma anche questo Messale essendo venuto a mancare e quello più monta difettando le messe delle nuove Festività e dei nuovi Santi posteriormente prescritte e concedute da codesta Sede Apostolica, attese anche le mende che vi sono incorse, si dobrebbe devenire a una nuova ristampa e correzione per provvedere al bisogno di quei luoghi dove tuttora il popolo Slavo ama che gli sia conservata l' antica lingua, e dove infatti la Messa a vantaggio di queste popolazioni vien celebrata nella lingua Glagolitica dai parrochi, i quali, sebbene abbiano percorsi gli studi in lingua latina, ciò

non di meno apprendono anche quella, per essere in grado nei giorni festivi di celebrare la Santa Messa nell' anzidetta lingua.

Oggidì trovansi in codesta Capitale del Mondo cattolico presso il Capitolo Collegiale di S. Girolamo degl' Illirici due Canonici Dalmati, Don Giovanni Cernčić, Rettore del Collegio e Cameriere segreto di S. S., e Don Carlo Parčić, i quali sono molto versati nella lingua Antica Slavona o Glagolitica, e che sarebbero in grado di sobbarcarsi all' opera di rivedere e completare il Messale Glagolitico, tantoppiù che il secondo, D. Carlo Parčić, allorchè dimorava or sono alcuni anni nella propria diocesi di Veglia, era stato incaricato insieme coll' ora defunto sacerdote di questa Arcidiocesi di Zara Don Giovanni Berčić, dal decesso Monsig.r Vescovo di Veglia e dallo scrivente, dietro disposizione di codesta Sacra Congregazione di Propaganda, impartita a mezzo dell' Eccellentissimo e R.mo Mons. Nunzio di Vienna nell 'anno 1868, di preparare il lavoro che sarebbe stato necessario. Entrambi i sunnominati si assumerebbero di buon grado il compito che venisse loro affidato dalla Sacra Congregazione di Propaganda, a vantaggio e decoro della propria patria, e così sarebbero pronti a dare qualunque schiarimento che loro fosse richiesto sopra questo affare.

Il devotissimo sottoscritto quindi prega l' Eminenza Vostra perchè si compiaccia di ordinare quanto giudicherà necessario, affinchè colla buona volontà e idoneità dei sunnominati due Canonici possa quanto prima sarà possibile essere corretto e completato il Messale glagolitico, edito per ordine del Pontefice di b. m. Urbano VIII coi tipi della Propaganda.

Zara 9 Giugno 1878.

† Pietro-Doimo Maupas

Arciv.o m. p.

Ex apographo a Carolo Parčić confecto, quod apud J. Prodan Jadrae asservatur.

78. 1878, 11 Julii, Romae.

S. Congregatio de Propaganda Fide Joanni Crnčić canonico S. Hieronymi Slavorum de Urbe munus revidendi Missale Glagolito-Romanum proponit.

N.o 1.

Dalla Propaganda 11 Luglio 1878.

Nel 1868 questa S. C. rispondendo alle premure che si facevano per la ristampa del Messale così detto Glagolitico o in lingua Slava, diede la commissione all' Arcivescovo di Zara ed al Vescovo di Veglia di preparare il lavoro, che all' uopo sarebbe stato necessario. Ora Monsig. Maupas ha fatto sapere che V. S. ed il sig. Can.co D. Carlo Parčić sarebbero in grado di rivedere e completare il lavoro fin da

quell' epoca intrapresso, tanto più che il mentovato suo Collega dimorando nella diocesi di Veglia, alla quale appartiene, aveva avuto parte nello stesso lavoro per commissione del defunto Vescovo di quella Città. Egli è pertanto che il sottoscritto segretario per ordine di S. E. R.ma il signor Cardinale Prefetto, ed aderendo ai desiderj di Monsig. Maupas prega V. S. di assumere il suesposto incarico per il bene delle Chiese Dalmate, nelle quali è in uso il Messale Glagolitico.

Nella sicurezza di essere favorito, con sensi di distinta stima si rassegna di V. S.

Dev.mo Servo

G.B. Agnozzi m. p.

Al C.co Monsig. G. Cernčić.

Ex apographo a Carolo Parčić confecto, quod apud J. Prodan Jadrae asservatur.

79. 1878, 13 Julii, Romae.

Litterae S. Congregationis Propagandae Fidei, Joanni Crnčić archipresbytero S. Hieronymi Slavonorum de Urbe datae, de revisione novae editionis Ritualis Romano-Croatici.

L' Arcivescovo di Zara mentre ha interessato questa S. C. per la ristampa del Rituale Romano in lingua slava, ha fatto osservare, che onde il medesimo possa esser usato nelle Diocesi, nelle quali fu introdotto, dovrebbe non solo essere effetuato colla ortografia oggidi accettata e usata in tutte le provincie slave, ma dovrebbe ben anche esser correta quà e là la lingua stessa, volendosi attualmente, che i vocaboli e le frasi corrispondano al concetto slavo, e ne esprimano il vero senso. Mi ha fatto sentire ancora, che questo lavoro si poteva affidare a V. S. ed al Suo Collega Signor Canonico D. Carlo Parčić, nella sicurezza che l' avrebbero assunto per il bene della nostra santa Religione, e della Loro Patria.

Egli è però che per ordine di S. Eminenza il Signor Cardinale Prefetto di questa S. C. lo scrivente Segretario fa tenere a V. S. la copia del Rituale Romano in lingua Slava dello stesso Monsignor Maupas rimessa alla S. C., affinchè si compiaccia di accordo col prefato suo Collega di suggerire le correzioni che si avrebbero fare nella lingua per poterlo ristampare a seconda degli espressi desideri di Monsignor Maupas.

Intanto con sensi ecc.

Devotissimo Servo

G. B. Agnozzi.

Ex actis Joannis Črnčić archipresbyteri Capituli S. Hieronymi Slavonorum de Urbe. — Ex responsalibus eiusdem Črnčić ad S. Congregationem Prop. Fidei anno 1888 datis eruitur, quod exemplar (copia) Ritualis Romano Croatici ab Archi-

episcopo Jadrensi S. Congregationi missum, erat Rituale Venetae Mioševicianae editionis 1827, et quod idem Črnčić una cum collega Canonico C. Parčić, proponente archiepiscopo Jadrensi Maupas anno 1878, ab eadem S. Congregatione, ad „novam editionem Missalis Slavici seu Slavonici" curandam deputatus fuerat.

80. 1878, 27 Julii, Romae.

S. Congregatio de Propaganda Fide Carolo Parčić canonico S. Hieronymi Slavonorum de Urbe absolutionem incoeptae iam revisionis Missalis Glagolito-Romani delegat.

N.o 1.

Dalla Propaganda 27 Luglio 1878.

Volendosi ristampare il Rituale Romano in lingua Slava ed il Messale così detto Glagolitico, o Slavo Antico, per fare cosa grata all'Arciv.o di Zara, ed ai suoi Colleghi, è stato invitato M.r Cerncić di preparare con V. S. il lavoro.

Il sottoscritto Seg.rio della S. Congr. di Propaganda ne rende ora avvertita V. S. nella sicurezza che Ella sarà compiacente di assumerne l'incarico, ed intanto con la dovuta stima si rassegna Di V. S. R.ma

Dev.mo Servo

G. B. Anozzi m. p.

R.mo Sig. C.co D. Carlo Parčić.

Ex apographo a Carolo Parčić confecto, quod apud J. Prodan Jadrae asservatur.

81. 1878, Zagrabiae (Bosnen. et Syrmien).

Rituale Romanum lingua croatica vulgari, iam anno 1640 a Bartholomaeo Kašić S. J. versum et typis S. Congregationis Propagandae Fidei editum [Cfr. Fontes XVII s. N. 109], cura et impensis Joseph Georgii Strossmayer episcopi Bosnensis et Syrmiensis quinta vice imprimitur.

Juxta exemplar in cathedrali Diakovensi asservatum.

82. 1877—1880, Jadrae.

„Arcidiacono Capitolare, Protonotario Apostolico Carlo Federico cav. Bianchi" in opere „Zara cristiana dedicata a S. Ecc. Mons. Pietro Doimo Alessandro Maupas, arcivescovo di Zara, metropolita della Dalmazia" usum linguae slavicae liturgicae tam in civitate Jadrensi quam in parochiis foraneis eiusdem dioeceseos praeteritum et praesentem describit:

La liturgia Sacra. — Sotto la dominazione degli Slavi s' introdusse in Zara la lingua loro in alcune parti della liturgia. Onde troviamo

nel solenne ingresso che fece nella città nostra nel 1177 papa Alessandro III „immensis laudibus et canticis altissime resonantibus in eorum slavica ljngua". Troviamo pure che nella cattedrale nella solennità di S. Anastasia si cantavano in illírico le lezioni del matutino, i responsori, il Te Deum ed il Benedictus, come pure l' Epistola ed il Vangelo della messa solenne in aurora; che altretanto si faceva nelle chiese delle monache di S. Catarina, di S. Nicolò, ed in quelle di S. Silvestro, di S. Andrea e di S. Antonio abbate, nelle loro feste titolari, ed in altre solennità; come pure presso le congregazioni religíose del Buon Gaudio in Duomo, della carità in S Donato, e della Misericordia in S. Simeone. Usavasi ancora la lingua Slava in Duomo nel Pange lingua di tutta l' ottava del Corpus Domini, che si celebrava dalla confraternita del SS. Sagramento, ed ancora nel vangelo ed inni che cantavansi nella Lavanda di Giovedi Santo. L' uso dell' epistola e del vangelo in idioma slavo ancora oggidì si conserva presso le chiese estistenti; nelle messe in aurora.

Bianchi, Zara cristiana I (Zara 1877), p. 131 s.

Introduzione [parochie foranee della diocesi di Zara]: È necessario inoltre di sapere esservi stati un tempo due riti nella diocesi cattolica di Zara, il latino cioè ed il greco. Due erano parimenti, come lo sono anche oggidì, le lingue liturgiche la latina, cioè, e la illirica letterale. Tanto i parrochi Latini quanto i Greci si servirono nella liturgia della lingua illirica letterale.

O. c. II (Zara 1880), 8.

83. 1880, mense Martii, Priko Spalaten.

Seminarium Illyricum Spalatensis Dioeceseos in Priko prope ab Almissa, ab archiepiscopo Pacifico Bizza pro educando clero Glagolitico fundatum (cfr. Fontes XVIII s. N. 75 a), anno 1854 ab episcopo Spalatensi et Makarskensi Aloysio Maria Pini reformatum (cfr. N. 56a) a Gubernio Austriaco decreto Ministerii Cultus et Instructionis publicae 10 Februarii 1879, N. 1122, non obstantibus episcopi Spalatensis et Makarskensis Marci Calogerà protestationibus, suppressum, definitive extinguitur.

Dr. H. Zschokke, Die theologischen Studien und Anstalten der katholischen Kirche in Oesterreich, Wien und Leipzig, 1894, p. 836. Quum Seminarium Illyricum Spalatense ob paupertatem professores publice habilitatos gymnasiales, a Gubernio requisitos, instituere non potuisset, invito et protestante episcopo insciaque S. Sede, vim passum est; et dioecesis Spalatensis et Makarskensis deficentia Cleri Glagolitici extunc laborat.

84. 1880, 30 Septembris, Romae.

Leo Papa XIII. vitam et merita ss. Cyrilli et Methodii, originemque linguae Slavicae in Liturgia a concessione Sedis Apostolicae, formamque liturgiae Glagolito-Romanae toties a S. Sede approbatam

recolens, festum SS. Cyrilli et Methodi quotannis in universa Ecclesia cum Officio et Missa propria die 5. Juliis celebrandum constituit.

Sanctissimi domini nostri Leonis divina providentia papae XIII. epistola Encyclica ad patriarchas primates archiepiscopos et episcopos universos catholici orbis gratiam et comunionem cum apostolica sede habentes.

Venerabilibus fratribus patriarchis primatibus archipiscopis et episcopis universis catholici orbis gratiam et comunionem cum apostolica sede habentibus Leo PP. XIII. Venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem.

§ 1. Grande munus christiani nominis propagandi, beato Petro principi Apostolorum eiusque Succesoribus singulari modo demandatum Romanos Pontifices impulit, ut sacri Evangeli nuntios ad varias orbis terrarum gentes díversis temporibus mittendos curarent, prout res et consilia miserentis Dei postulare viderentur. — Quamobrem sicut Augustinum ad Britannos in culturam animorum legaverunt, Patricium ad Hibernos, Bonifacium ad Germanos, Willebrordum ad Phrisios, Batavos, Belgas, aliosque persaepe ad alios; sic etiam apostolici muneris apud Slavoniae populos obeundi facultatem Cyrillio et Methodio, viris sanctissimis, concesserunt: quorum instantia maximisque laboribus perfectum est, ut illi Evangelii lumen aspicerent, et ab agresti vita ad humanum civilemque cultum deducerentur.

§ 2. Cyrillum ei Methodim, par Appostolorum nobilissimum, si hominum fama, beneficiorum memor, celebrare Slavonia tota numquam desiit; non minore certe studio colere Ecclesia Romana consuevit, quae et utrumque eorum, quamdiu vixerunt, multis rebus honoravit et alterius demortui cineribus carere noluit. — Inde iam ab anno MDCCCLXIII Slavonici generis Bohemis, Moravis et Croatis, qui solemnia in honorem Cyrilli et Methodii celebrare quotannis die nono mensis martii consueverant, indulgentia Pii IX immortalis memoriae decessoris Nostri permissum est, ut deinceps diem quintum mensis Iulii festum agerent, horariasque preces ob Cyrilli et Methodii memoriam persolverent. Neque multo post, quo tempore Concilium magnum ad Vaticanum haberetur, perplures Episcopi ab hac Apostolica Sede suppliciter petiverunt, ut eorumdem cultus et stata solemnitas ad universam Ecclesiam propagaretur. Verum infecta ad hanc diem re, et ob temporum vices mutato per eas regiones reipubblicae statu, opportunus Nobis oblatus videtur locus iuvandi Slavoniae populos, de quorum incolumitate et salute solliciti magnopere sumus. Igitur cum paternam caritatem Nostram nulla in re ab iis desiderari patimur, tum latius proferri augerique religionem volumus hominum sanctissimorum, qui Slavonicas gentes, sicut olim, disseminata fide catholica, ab interitu ad salutem revocarunt, ita nunc sunt coelesti patrocinio potenter defensuri. Quo autem magis emergat, quales sint quos orbi catholico venerandos et colendos proponimus, placet rerum gestarum historiam breviter attingere.

§ 3. Cyrillus et Methodis fratres germani, Thessalonicae amplissimo loco nati, Constantinopolim mature concesserut, ut in ipsa urbe Orientis principe humanitatis artes adiscerent. Nec latuit scintilla ingenii, quae iam tum elucebat in adolescentibus; nam uterque plurimum brevi profecerunt; et Cyrillus maxime, qui eam scientiarium laudem adeptus est ut singularis honoris caussa Philosophus appellaretur. Non longo intervallo monachum agere Methodius coepit; Cyrillus autem dignus est habitus, cui Teodora imperatrix, auctore Ignatio Patriarcha, negotium daret erudiendi ad fidem christianam Chazaros trans Chersonesum incolentes, qui indoneos sacrorum administros Constantinopoli imploraverant. Quod ille munus non gravate accepit. Itaque Chersonam in Tauris adlatus, sermoni vernaculo illius gentis, ut quidam ferunt, aliquamdiu operam dedit; eoque tempore sibi contigit optimis auspiciis, ut S. Clementis I. P. M. sacros ceneres inveniret, quos quidem haud difficile agnovit cum ex pervagata maiorum memoria, tum ex anchora, quacum ipsa martyrem fortissimum Traiani imperatoris iussu in mare praecipitem actum, et deinde conditum fuisse constabat. — Tam pretioso thesauro potitus, in Chazarorum urbes sedesque penetravit; quos praeceptis suis edoctos et Dei numine instinctos, multiplici superstitione deleta, ad Iesum Christum adiunxit. Recenti christianorum communitati optime constituta, continentiae simul et caritatis memorabile documentum edidit cum oblata ab indigenis dona omnia recusavit, excepta servorum, qui christianum nomen profiterentur, manumissione. Mox Constantinopolim rediit alacer, atque in monasterium Polychronis, quo se jam Methodius receperat, Cyrillus ipse secessit.

§ 4. Interim res apud Chazaros prospere gestas ad Rastilaum Moraviae principem fama detulerat. Is, Chazarorum exemplo incitatus, de aliquot operariis evangelicis Constatinopoli arcessendis cum imperatore Michaele III nec difficile, quod volebat, impetravit. Igitur tot iam factis nobilitata virtus, proximorumque iuvandorum in Cyrillo et Methodio perspecta voluntas effecit, ut ii Moraviensi expeditioni destinarentur. Cumque itam per Bulgariam instituissent christianorum initiatam sacris, nullo loco praetermittunt amplificandae religionis opportunitatem. In Moraviam vero effussa obviam multitudine ad imperii fines, summa voluntate et celebri laetitia excipiuntur. Nec mora fuit, quin imbuere christianis institutionibus animos aggrederentur et in spem caelestium bonorum erigere; idque tanta vi, tam operosa industria, ut non longo intervallo Moravorum gens nomen Iesu Christo libentissime dedederit. Ad eam rem non parum scientia valuit dictionis slavonicae, quam Cyrillus ante preceperat, multumque potuerunt sacrae utriusque Testamenti litterae, quas proprio populi sermone reddiderat. Quare omnis Slavorum natio plurimum homini debet, quod non fidei christianae solum, sed etiam civilis humanitatis ex illo beneficium acceperit: nam Cyrillus et Methodius principes inveniendi fuerunt ipsas litteras, quibus est sermo ipsorum Slavorum signatus et expressus, eaque de causa eiusdem sermonis auctores non immerito habentur.

§ 5. Ex tam remotis disiunctisque provinciis rerum gestarum gloriam secundus rumor Romam nuntiaverat. — Atque ita cum Nicolaus

I. P. M. fratres optimos Romam contendere iussisset, ii sine cunctatione imperata facere instituunt, romanumque iter alacriter ingressi, reliquias S. Clementis secum advehunt. Quo nuntio, Hadrianus II., qui in locum Nicolai demortui fuerat suffectus, Clero popoloque comitante, obviam magna cum honoris significatione progreditur hospitibus illustribus. Corpus S. Clementis magnis extemplo prodigiis nobilitatum, solemni ducta pompa, inlatum est in Basilicam iisdem vestigiis paternae domus martyris invictissimi Constantiniano tempore excitatam. Deinde Cyrillus et Methodius de munere apostolico, in quo essent sancte laborioseque versati, ad Pontificem Maximum, assidente Clero, referunt. Et quoniam fecisse contra instituta maiorum religionesque sanctissimas arguebantur, quod sermonem Slavonicum in perfunctione munerum sacrorum usurpavissent, causam dixere rationibus, tam certis tamque illustribus, ut Pontifex totusque Clerus et laudarint homines et probarint. Tum ambo, dicto ex formula catholicae professionis sacramento, iuratique se in fide beati Petri et Pontificum Romanorum permansuros, Episcopi ab ipso Hadriano creati consecratiqne sunt pluresque ex discipulis eorum ordinum gradibus initiati.

§ 6. Erat tamen provisum divinitus, ut Cyrillus Romae conderet vitae cursum anno DCCCLXIX die XIV Februarii, virtute magis quam aetate maturus. Elatus est funere publico magnificoque apparatu, eo ipso, quo Pontifices Romani solent, et in supulcro, quod sibi Hadrianus extruxerat, perhonorifice compositus. Sacrum defuncti corpus, quia Constantinopolim asportari populus romanus non pertulit, quamquis parentis moestissimae desiderio expetitum, deductum est ad sancti Clementis, atque huius prope cineres conditum; quos Cyrillus ipse tot annis venerabundus asservaverat. Cumque veheretur per Urbem inter festos psalmorum cantus, non tam funeris quam triumphi pompa, visus est populus romanus libamenta honorum caelestium viro sanctissimo detulisse.

§ 7. Haec ubi acta, Methodius iussu auspiciisque Pontificis Maximi ad consueta apostolici muneris officia in Moraviam episcopus remigravit. In ea provincia factus forma gregis ex animo rei catholicae inservire maiore in dies studio institit; factiosis rerum novarum auctoribus, ne catholicum nomen opinionum insania labefacerent, fortiter resistere; Suentopolcum principem, qui Rastilaum exceperat, ad religionem erudire; eumdemque officium deserentem admonere, increpare, demum sacrorum interdictione punire. His de causis invidiam excepit teterrimi atque impurissimi tyranni, a quo actus est in exilium. Sed aliquanto post restitutus tempestivis adhortationibus impetravit, ut mutati animi indicia princeps ederet, pristinamque consuetudinem novo vitae modo redimi intelligeret oportere. Illud vero est mirabile, quod vigilans Methodii caritas, praetervecta Moraviae fines, sicut superstite Cyrillo Liburnicos et Servios attingerat, ita nunc Pannonios complectebatur, quorum principem, Cocelum nomine ad religionem catholicam informavit, et in officio retinuit: et Bulgaros, quos ipsos cum rege eorum Bogori in fide christiani nominis confirmavit: et Dalmatas quibuscum caelestia partiebat communicabatque charismata; et Carinthios, in quibus ad unius veri Dei notitiam cultumque traducentis plurimum elaboravit.

§ 8. Sed ea res molestiam homini peperit. Etenim quidam ex novella christianorum societate, quia strenue actis rebus virtutique Methodii inviderent, apud Joannem VIII Hadriani successorem, insontem postularunt de suspecta fide violatoque more maiorum, qui in sacris obeundis sermonen graecum aut latinum unum adhibere consueverunt, praeterea nullum. Tunc Pontifex incolumitatis fidei disciplinaeque veteris studiosissimus, Methodio Romam evocato diluere crimina, seseque purgare imperat. Is, ut semper erat ad parendum alacer conscientiaeque testimonio fretus, anno DCCCLXXX cum coram Joanne et Episcopis aliquot Cleroque urbano adfuisset, facile vicit, eam prorsus fidem et se retinuisse costanter et ceteros diligenter edocuisse, quam praesente et approbante Hadriano declaratam, ad sepulcrum principis Apostolorum iureiurando confirmarat: quoad vero ad linguam Slavonicam in Sacris peragendis usurpatam, se iustis de causis, ex venia ipsius Hadriani Pontificis, nec Sacris Literis repugnantibus, iure fecisse. Qua peroratione ita se qualibet culpae suspicione liberavit, ut in re praesenti complexus Methodium Pontifex, potestatem eius archiepiscopalem, expeditionemque Slavonicam libenti animo ratam esse iusserit. Insuper, aliquot delectis Episcopis, quibus Methodius ipse praeesset, et quorum opera in administranda re christiana iuvaretur, perhonorificis commendatum litteris in Moraviam cum liberis mandatis remisit. Quas res omnes postea Summus Pontifex confirmatas voluit per litteras ad Methodium datas, cum scilicet huic rursus subeunda malevolorum invidia fuit. Quare securus animi, cum Pontifice Maximo cunctaque Ecclesia romana arctissimo caritatis fideique vinculo coniunctus, adsignatum sibi munus explere multo vigilantius perseveravit; nec diu desideratus est egregius operae fructus. Nam cum primum ipse per se ad catholicam fidem Borzivoium principem Bohemorum, deinde Ludmillam uxorem eius, adhibito quodam sacerdote, perduxisset, brevi perfecit, ut in ea gente christianum nomen longe lateque vulgaretur. Per eadem tempora Evangelii lumen in Poloniam invehendum curavit; quo cum ille per mediam Gallaeciam penetravisset, sedem episcopalem Leopoli statuit. Inde, ut nonnulli tradiderunt, in Moscoviam proprii nominis digressus, thronum pontificale Kiowense constituit. Cum his haud sane arescentibus laureis in Moraviam reversus est ad suos: iamque sese abripi ad humanum exitum sentiens, ipsemet sibi successorem designavit; Clerumque et populum supremis praeceptis ad virtutem cohortatus, ea vita, quae sibi via in caelum fuit, placidissime defunctus est. — Uti Cyrillum Roma, sic Methodium Moravia, decedentem luxit, amissum quaesivit, funere eius modis omnibus honestato.

§ 9. Horum factorum, Venerabjles Fratres, periucunda Nobis accidit recordatio; nec mediocriter commovemnr, cum retro longe respicimus optimis initiis splendidam Slavonicarum gentium cum Romana Ecclesia coniunctionem. Etenim duo isti christiani nominis propagatores, de quibus loquuti sumus, Constantinopoli quidem ad ethnicos populos discesserunt; sed tamen eorum missionem ab hac Apostolica Sede, catholicae unitatis centro, aut omnino imperari, aut, quod plus vice simplici actum est, rite sancteque approbari opportuit. Revera hic in Urbe Roma ab iis est et suscepti muneris ratio reddita, et ad accusationes responsum; hic ad

sepulcra Petri et Pauli in fidem catholicam iuratum, consecratioque episcopalis accepta una cum potestate sacri imperii, retento ordinum discrimine, constituendi. Demum hinc est usus Slavonici sermonis in ritibus sanctissimis impetratus; atque hoc anno decimum expletur saeculum, ex quo Joannes VIII P. M. ad Suentopolcum Moraviae principem ita scripsit: ‚Litteras slavonicas . . . quibus Deo laudes debitae resonant, iure laudamus et, in eadem lingua Christi Domini Nostri praeconia et opera ut enarrentur iubemus. Nec sane fidei vel doctrinae aiiquid obstat, sive missas in eadem slavonica lingua canere, sive sacrum Evangelium vel lectiones divinas Novi et Veteris Testamenti bene translatas et interpretatas legere et alia horarum officia omnia psallere.‘ Quam consuetudinem multas post vices sanxit Benedictus XIV per apostolicas Litteras anno MDCCLIV die XXV Augusti datas. — Pontifices autem Romani, quotiescumque opem rogati sunt a principibus viris, qui populis praeessent Cyrilli Methodiique opera ad christianos ritus traductis, numquam ommiserunt, ut sua desideraretur in adiuvando benignitas, in docendo humanitas, in consiliis dandis benevolentia, in rebus omnibus, quibuscumque possent, eximia voluntas. Prae ceteris vero Rastilaus, Suentopolcus, Cocelus, sancta Ludmilla, Bogoris insignem Decessorum Nostrorum caritatem pro re et tempore experti sunt.

§ 10. Neque Cyrilli ac Methodii interitu constitit aut remisit paterna Romanorum Pontificum pro Slavoniae populis sollicitudo; sed in tuenda apud eos sanctitate religionis conservandaque prosperitate publica semper enituit. Revera ad Bulgaros Nicolaus I sacerdotes qui populum instituerent, et Episcopos Populoniensium et Portuensium ab Urbe Roma misit qui recentem christianorum societatem ordinarent: item Bulgarorum crebris de sacro iure controversiis is ipse responsa peramanter reddidit, in quibus vel ii, qui minus Ecclesiae Romanae favent, summam prudentiam collaudant atque suspiciunt. Ac post luctuosam dissidii calamitatem, laus est Innocentii III reconciliasse cum Ecclesia catholica Bulgaros, Gregorii autem IX, Innocentii IV, Nicolai IV, Eugenii IV in reconciliata gratia retinuisse. — Similiter erga Bosnienses et Erzegovinenses, pravarum opinionum deceptos contagiis, insigniter eluxit Decessorum Nostrorum caritas, scilicet Innocentii III et Innocentii IV, qui evellere ex animis errorem; Gregorii IX, Clementis VI, Pii II, qui sacrae potestatis gradus per eas regiones stabiliter firmare studuerunt. — Nec exiguam, nec postremam curarum suarum partem Innocentius III, Nicolaus IV, Benedictus XI, Clemens V in Servios contulisse putandi sunt, a quibus fraudes, ad labefactandam religionem astute comparatas, providentissime continuerunt. — Dalmatae quoque et Liburnici ob fidei constantiam, vicissitudinemqne officiorum a Ioanne X, a Gregorio VII, a Gregorio IX, ab Urbano IV favorem singularem et gravia laudum praeconia adepti sunt. — Denique ipsa in Ecclesia Sermiensi, saeculo sexto barbarorum incursionibus deleta, posteaque sancti Stephani I Hungariae regis pio studio restituta, multa sunt Gregorii IX et Clementis XIV benevolentiae monumenta.

§ 11. Quapropter agendas Deo grates esse intelligimus, quod idonea Nobis occasio praebeatur gratificandi genti Slavorum, commu-

nisque ipsorum utilitatis efficiendae, non minore certe studio, quam quod est in Decessoribus Nostris omni tempore perspectum. Hoc scilicet spectamus, hoc unice cupimus, omni opere contendere ut gentes Slavonici nominis maiore Episcoporum et sacerdotum copia instruantur; ut in professione verae fidei, in obedientia verae Iesu Christi Ecclesiae obfirmentur, experiendoque quotidie magis sentiant, quanta vis bonorum ab Ecclesiae catholicae institutis in convictum domesticum omnesque reipublicae ordines redundent. Illae quidem Ecclesiae plurimas et maximas curarum Nostrarum sibi partes vindicant; nec quicquam est, quod optemus vehementius, quam ut earum possimus commoditati prosperitatique consulere, cunctasque perpetuo concordiae nexu Nobiscum habere coniunctas, quod est maximum atque optimum vinculum incolumitatis. Reliquum est, ut adspiret propositis Nostris et incoepta secundet dives in misericordia Deus. Nos interim apud ipsum deprecatores adhibemus Cyrillum et Methodium Slavoniae magistros, quorum sicut volumus amplificari cultum, ita coeleste patrocinium Nobis adfuturum confidimus.

§ 12. Itaque praecipimus ut, rato die quinto mensis Iulii quem f. r. Pius XI constituit, in Kalendarium Romanae atque universalis Ecclesiae inseratur, agaturque quotannis festum sanctorum Cyrilli et Methodii cum ritus duplicis minoris Officio et Missa propria, quae sacrum Consilium legitimis ritibus cognoscendis approbavit.

§ 13. Vobis autem omnibus, Venerabiles Fratres, mandamus, ut has Litteras Nostras publicandas curetis, et quae in iis praescripta sunt cunctos ex ordine sacricolarum, qui divinum Officium ritu Ecclesiae Romanae celebrant, servare iubeatis in suis quisque Ecclesiis, Provinciis, civitatibus, Dioecesibus, et locis Regularium. Denique volumus Vobis suadentibus et cohortantibus, in universum rogari atque orari Cyrillum et Methodium, ut qua valent apud Deum gratia, Oriente toto rem christianam tueantur, implorata catholicis hominibus constantia, dissidentibus reconciliandae cum vera Ecclesiae concordiae voluntate.

§ 14. Haec, ut supra scripta sunt, ita rata et firma esse iubemus non obstantibus sancti Pii V Pontificis Decessoris Nostri aliisque Apostolicis super Breviarii et Missalis Romani reformatione editis Constitutionibus, statutis quoque ac consuetudinibus, etiam immemorabilibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Coelestium vero munerum auspicem et praecipuae Nostrae benevolentiae pignus, Apostolicam benedictionem Vobis omnibus, Venerabiles Fratres, cunctoque Clero et populo singulis Vestrum commisso peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum die XXX Septembris Anno MDCCCLXXX, Pontificatus Nostri anno Tertio.

LEO PP. XIII

Juxta authenticum Romae editum, adiecta tamen notatione paragraphorum.

85. 1880, Flumine.

Evangeliarum lingua croatica vulgari, vulgo „Šćavet“ vel „Tumač“, pro Dalmatia, Bosnia, Hercegovina et Istria, archiepiscopo Jadrensi Petro Domnio Maupas approbante, a Matthaeo Ivčević recensitum, prodit.

Štenja i Evangjelja priko svega crkvenoga godišta iztumačena po razlogu najnovijega Misala Rimskoga i boljim pravopisom dana na svitlo, sa priložkom brojnice blagdana pomičnih i znamenitijih svetkovina u Dalmaciji, Bosni, Hercegovini i po otocih Kvarnera itd. Na Rici, u Zavodu Tipolitografičkomu Emidija Mohovića, MDCCCLXXX.

N. 709. Cum hoc Epistolarum et Evangeliorum cum Orationibus Sanctorum, Feriarumque, nec non caeterarum precum Volumen Illyricum „Tumač“ noncupatum nihil contra fidem ac bonos mores contineat, praelo publico donari posse censemus in Domino.

L. S. Dabamus Jaderae in Nostra Curia Archiepiscopali die 8 Maji 1879.

† Petrus Domnius Archiepiscopus m. p.

86. 1881, 25 Januarii in die Conversionis S. Pauli Ap., Spalati.

Duodecim Sacerdotes dioecesium unitarum Spalatensis et Makarskensis, litteris circularibus „ad Sacerdotes Dalmatiae“ datis, Constitutione „Grande Munus“ Leonis P. XIII, 30 Septembris 1880 data moti, ad cultum linguae liturgicae veteroslovenicae ac liturgiae Glagolito-Romanae invitant.

Štovanim svećenikom po Dalmaciji: Fr. Bulić, Vranjica; A. Kurtić, Makarska; N. Škarica, Stari; E. Ravlić, Makarska; A. Bilan, Spalatum; J. Deanković, Štafilić; C. Ljubić, Makarska; M. Topić, Kučići; M. Pavlinović junior, Podgora; N. Šimić, Igrane; B. Grgić, Vranjica; T. Morović, Igrane.

87. 1881, Februario, Jadrae.

Archiepiscopus Jadrensis ac Metropolita Regni Dalmatiae, Petrus Domnius Maupas epistola quadragesimali italico ac croatico sermone edita, commemorans litteras encyclicas Leonis papae XIII „Grande Munus“ (Cfr. Nr. 84) momentum peculiare liturgiae Glagolito-Romanae in dioecesi Jadrensi ac in provincia Dalmatica extollit, Praeccessorum suorum ac sui ipsius in liturgia Glagolito-Romana conservanda curas recensens.

„Fu allora che Metodio, superstite a Cirillo nei suoi viaggi dalla Moravia alla Bulgaria con ogni probabilità ebbe assicurati i popoli delle provincie contermini alla nostra, che questa lingua riconosciuta come sacra dai Romani Pontefici, avrebbe potuto usarsi nelle ecclesiastiche funzioni; per cui nacque il desiderio anche nei nostri di adoperarla nei sacri riti. La novità potè in alcuna delle nostre Diocesi

destare un' opposizione per la vigilanza dei sacri Pastori, la quale però ebbe il suo termine subito che i Romani Pontefici parlarono e ne confermarono l' uso che ricevette la sua piena sanzione colla dichiarazione dell' illustre Pontefice Benedetto XIV. Privilegio fu questo di alta importanza, il quale mantenne i fideli desiderosi di usarne, fermi nella fede e nell' attaccamento all' Apostolica Sede, e contribuì a conservare fra le nostre popolazioni un documento dell' antico liguaggio comune agli Slavi, di cui nè nelle cronache Romane e Greche, nè in verun altra storia trovasi un benchè minimo ricordo. Fu perciò studio dei Nostri Predecessori di fare che il Clero destinato alla cura delle anime nelle nostre isole e nelle campagne del continente ne conservasse la memoria e l' uso, là specialmente dove fino dai sui primordi n' era sorto il desiderio, e dove anche tuttogiorno esso è gradito al popolo, fedele custode dei riti religiosi celebrati da molti secoli in un linguaggio privilegiato. Fu pure premura dei Nostri Predecessori ad adoperarsi a che l' iusegnamento dell' antica lingua sacra fosse impartito a coloro pure che ebbero accesso al nostro Seminario Teologico latino dalle diocesi della Provincia; come Noi in egual modo, or sono dieci anni (1871), ci adoperammo onde lo stesso non fosse tolto, essendo consapevoli che, nelle nostre isole specialimente i pii affetti di quelle popolazioni sarebbero stati molto sodisfatii coll' assistere ai solenni riti della Chiesa, nei quali risuonasse la lingua sacra ereditata dai loro padri per la benevola sollecitudine ed autorevole concessione dei Romani Pontefici. E perciò là dove il buon volere e lo zelo dei curatori d' anime, vennero incontro ai desiderii dei loro affidati, risuona tuttora la lingua dei Santi Apostoli Cirillo e Metodio, che al paro d' altre antiche lingue fu dalla Chiesa approvata.

Voi ben ricordate, o Diletissimi, l' egregio Sacerdote di f. r. Canonico Onorario e Professore di Teologia (Giovanni Berčić) in questo Seminario Teologico, il quale a tutto uomo erasi consecrato allo studio di questa ecclesiastica lingua, ed a fare inchiesta dei più antichi codici glagolitici nei quali essa era conservata; e come ritrovatili, aveali fatti riprodurre coi tipi nella dotta città di Praga. Egli può servire d' esempio e di eccitamento ad altri pure sacerdoti di questa e d' altre Diocesi della Dalmazia per continuare in questo studio che oggigiorno si mantiene in questo medesimo Seminario accanto alle altre Teologiche discipline, come monumento delle antiche patrie tradizioni care sempre a tutti i popoli. Essendo poi stato innalzato per volontà del regnante Sommo Pontefice Leone XIII, il Culto finora prestato dalla Chiesa ai Santi fratelli Cirillo e Metodio ad un rito maggiore; in tutti i luoghi dove si conserva la loro santa memoria mediante l' uso della lingua sacra dai medesimi introdotta, sarà nel corrente anno festeggiato il giorno cinque di luglio con maggiore solennitá. Esistendo quindi in questa Nostra Città un Convento di Religiosi, i quali con lodevolissima premura si fecero da tempi remoti custodi di questo raro privilegio, e già nell' anno decorso, col nostro assenso, ebbero solennizzato l' Ottavo Anniversario dei benemeriti e Santi Apostoli delle genti Slave; siamo sicuri che essi vorranno prestarsi anche nel corrente col medesimo zelo, onde

il surricordato giorno sia nella loro Chiesa festeggiato colla maggior possibile solennità; e perciò Ci riserviamo di stabilire col Superiore dei suddetti Religiosi il modo di festeggiarlo. In quell' incontro sarà nostro filiale dovere, Dilettissimi figli e fratelli, di invocare la protezione di entrambi i Santi Apostoli sopra tutti i popoli da loro evangelizzati, e sopra di noi tutti eziandio, i quali nel culto che prestiamo ai Santi, intendiamo di onorare Colui il quale ebbe li eletti e santificati: e siccome le loro gesta, gli esempi da loro dati, e specialmente l' Apostolico loro zelo ebbero loro procacciata l' aureola di gloria di cui va cinto il loro capo, procuriamo Noi pure di imitarli. I sacrifizi, le fatiche e le privazioni che taluni potessero soffrire nel ministero apostolico, sieno offerte dai medesimi a Colui che ispirò queste eroiche virtù nei gloriosi Santi fratelli di Tessalonica, Maestri ed Apostoli delle Slave genti, fra le quali annoveransi quelle pure che popolarono quasi interamente queste nostre provincie. Al grande Pontefice poi il quale in tempi tanto difficili regge la Chiesa, ed a Cui nulla sfugge di tutto ciò che può tornare utile spiritualmente alle varie nazioni raccolte nella stessa, a Leone XIII, Padre e Pastore Universale, che nella prevenerata Enciclica dimostrò tutta l' Apostolica e paterna sua benevolenza e sollecitudine verso i popoli Slavi, sieno da Noi tutti rese devotissime grazie, pregando l' Onnipotente Iddio, perché si degni di aggiungere agli anni del Suo luminoso Pontificato, ricco di tante salutari dottrine, quelli dei Patriarchi; e così il magnanimo Suo cuore possa gioire nel vedere molti popoli un tempo uniti ed ora separati dalla Chiesa, rientrare nel seno di questa Unica Madre, onde si adempiano le parole di Gesù Cristo: Vi sono ancora altre pecorelle che non sono di questa greggia, anche queste fa d' uopo ch' io raguni; e ascolteranno la mia voce e sarà un solo gregge ed un solo pastore. (Giov. 10, 16).

Ephemeris La Dalmazia Cattolica 24 et 28 Februarii 1881.

88. 1881, 20 Aprilis, Brunae.

Carolus Noetting episcopus Brunensis de reliquiis SS. Cyrilli et Methodii in cathedrali Brunensi Cardinalem Domenicum Bartolini certiorem reddit.

Eminentissime ac Illustrissime Domine Cardinalis.

Aestimatissimis literis, quas Eminentia Tua die XIII. Aprilis a. c. mihi scribere dignata est, satisfacturus, haec ad benevolam notitiam referre mihi honori duco.

Quae P. Theodorus Moretus in volumine I. Sanctorum Actorum a. 1630 de reliquiis S. Cyrilli, Moraviae Apostoli, in Ecclesia Collegiata (nunc Cathedrali) SS. Petri et Pauli Brunae asservatis scripsit, veritate omnino nitebantur. Juxta antiquas relationes in Archivio Capituli Brunensis obvias Dr. Augustinus Kasebrod, vulgo Olomucensis dictus, Ecclesiarum Cathedralis Olomucensis et Collegiatae Brunensis ab a 1506—1513 Praepositus, Wladislai Bohemiae et Hungariae Regis

Secretarius supremus, vir ob insignem eruditionem, cujus multa documenta scripto reliquerant, aetate sua celebratissimus, praeter insignem particulam S. Crucis, in pura aurea magna cruce inclusam (quae hodie in Ecclesia Brunensis extat) etiam brachium S. Cyrilli Moraviae Apostoli, magna argentea theca ornatum „Ecclesiae Collegiatae SS. Petri et Pauli Brunae dono dedit." Ab hoc tempore thesaurus hic sacer fidelissime in Ecclesia memorata custodiebatur, atque quibusdam in solemnitatibus, praesertim in festo SS. Cyrilli et Methodii publice exponebatur fidelium osculo honorandus. Testes huius sunt „Inventaria" antiqua, quae adhucdum supersunt. Sic in Inventariis latino sermone scriptis de a. 1625, 1646, 1655 commemoratur „Brachium argenteum cum Reliquiis S. Cyrilli Moraviae Apostoli"; item in Inventariis germanico idiomate exaratis a. 1751, 1793, 1801, 1805 scribitur „Brachium S. Cyrilli, Moraviae Apostoli, argento inclusum."

Veruntamen in Inventario a. 1811 exarato et reliquis recentioribus nulla amplius mentio huius sancti Brachii occurrit. Quum nimirum anno 1811, ut reipubblicae continuis bellis adversus Napoleonem gerendis exhaustae succurreretur, Ecclesiae suppellectilem argenteam fere omnem pubblici aerarii usibus tradere iuberentur, etiam Ecclesia Cathedralis Brunensis quaecumque vasa sacra Argentea (una monstrantia seu Ostensorio pro SS. Sacramento excepta) et proin etiam argenteam thecam, in qua brachium S. Cyrilli inclusum erat, publicis usibus tradidit. Qua occasione, quod maxime dolendum est, ipsum sanctum brachium, incuria, verosimiliter Canonici, qui tunc Custodis munus obibat, deperditum est, nec unquam, non obstantibus investigationibus diligentissimis seriori temqore institutis, detegi potuit.

De cetero in Monasterio Rayhradensi Or. S. Benedicti prope Brunam asservatur ad hunc usque diem particula „de brachio S. Cyrilli Episcopi Moravorum Apostoli", quam Capitulum Brunense, ut sigillum eius adhuc illaesum et inscriptio testatur, saeculo XVIII, memorato Monasterio donaverat. Haec referens atque intimos profundissimae venerationis sensus insimul profitens cum manuum osculo persevero.

Eminentiae tuae Illustrissimae

Eminentissimo ac Illussimo Domino Domino Dominico S. R. E. Cardinali Bartolinio

Humillimus et devotissimus † Carolus Noetting Episcopus Romae.

Bartolini, Memorie storico critiche ed archeologiche dei SS. Cirillo e Metodio, Roma 1881, 200 ss.

89. 1881, 5. Julii, Jadrae.

Solemni Missae Glagolito-Romanae in die festo SS. Cyrilli et Methodii in ecclesia S. Michaelis Tertii Ordinis S. Francisci, Archiepiscopus Jadrensis Petrus Domnius Maupas pontificaliter adsisit.

Prodan, Borba za glagolicu, Jadrae 1900, 193.

90. 1881, apud Brunam.

Monasterium Rayhradense Ordinis S. Benedicti apud Brunam, suam reliquiam „de brachio S. Cyrilli Episcopi Moravorum Apostoli", iam XVIII saeculo a Capitulo Brunensi dono acceptam, Leoni P. XIII donat; qui ipsam i neoerecto oratorio SS. Cyrillli et Methodii apud basilicam S. Clementis recondere iubet.

Epistola Cardinalis Dominici Bartolini ad Ioannem Danilo 1881 data; Cfr. Danilo, Sv. Cirilo i Metod, Jadrae, 1887, 127.

91. 1881, Romae.

Ex Typographia polyglotta S. Congregationis de Propaganda Fide pars Missalis Glagolito-Romani, a Carolo Parčić recensita, prodit.

Ordo et Canon Missae cum orationibus ante et post Missam iuxta Missale Romanum.

Ordo et Canon Missae, nec non orationes ante et post Missam, quae in hoc libello extant ex Missali Romano-Slavonico excerptae ad normam et uniformitatem veterum Slavonicorum Codicum castigatae, fideliter cum latino textu concordant. In quorum fidem, etc. Romae, 25 Aprilis 1881.

Carolus A. Parčić, Ad Slav. Gentis Eccl.
S. Hieron. de Urbe Can.

Attenta fide suprascripti Rev. Canonici Censoris imprimi poterit. Hac die 1 Julii 1881 ex Secretaria Congregationis SS. Rituum.

L. † S. Plac. Ralli S. R. C. Secr.

Imprimatur
Pr. Raph. Archang. Salini O. P. S. P. A. Magistri Soc.

Imprimatur
Julius Lenti Archiep. Siden. Vicesg.

92. 1881. Romae.

Appendix ad Missale Romano-Slavonicum anni MDCCXLI, complectens missas pro universali ecclesia, pro aliquibus locis, nec non pro Tertio Ordine S. Francisci in Dalmatia et Istria cura et expensis P. Hyacinti Buić Ministri Provincialis, in typographia polyglotta S. C. de Propaganda Fide imprimitur.

Haec Appendix ad Missale pro Tertio Ordine S. Francisci veteroslavonico idiomate per duos a Nobis ad id deputatos Examinatores revisa et collata fuit cum originali latino, quorum testimonio fidem faci-

mus nihil in eam incurrisse quod sub Dogmatico, morali ac religioso obtutu adversetur unanimi sensui Catholicae Ecclesiae, ideoque minime obstare quo Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praesentari possit ad facultatem, ut typis mandari valeat, obtinendam. — Ab Ordinariatu Episcopali Veglae die 9 Novembris 1875.

L. S. Joannes Josephus, Episcopus.

Examinata superius nominata Appendice, accedo iudicio et sententiae Rmi. Ordinariatus Veglensis desuper prolatis, humillimas preces meas adiungo, ut typis vulgetur. — Tergesti die 4 Februarii 1876.

L. S. Georgius Episcopus.

Missae in hoc Libello contentae fideliter in Slavicum idioma translatae sunt ex Appendice latina Missarum pro tribus Ordinibus S. P. Francisci a. S. Rit. Congregatione approbata. Romae die 2 Augusti 1879.

Carolus Parčić, Canonicus.

Nihil obstat quominus Missae superius relatae imprimi valeant. Ex Secretaria S. Rituum Congr. die dicta.
L. S. Plac. Ralli S. R. Congregationis Secretarius.

Imprimatur
Fr. Raph. Archang. Salini O. P. S. P. A. Magistri Soc.

Imprimatur
Julius Lenti Archiep. Siden. Vicesg.

93. 1882, 5 Julii, Jadrae.

Solemni Missae Glagolito-Romanae in die festo SS. Cyrilli et Methodii in oratorio Seminarii Theologici Centralis Archiepiscopus Petrus Domnius Maupas pontificaliter adsistit.

Ephemeris La Dalmazia Cattolica, 6 Julii 1882, Nr. 51.

94. 1882, Spalaten - Makarsken.

Propositio libros liturgicos Glagolito-Romanos, latinis characteribus imprimendi, a presbyteris Spalaten. - Makarskensis dioeceseos peculiari elucubratione peroratur.

Memoria sulla conversione dell' alfabeto Glagolito nel Latino pei libri liturgici slavi di Rito Romano, presentata dai Sacerdoti delle diocessi di Spalato e Makarska al Reverendissimo Ordinario. Edizione privata a guisa di manoscritto.

Juxta exemplar apud auctorem asservatum.

95. 1882, Jadrae.

Matutinale et Vesperale lingua croatica vulgari, ex Evangeliario, Rituali caeterisque libris devotionalibus excerptum pro usu privato fidelium, approbantibus archiepiscopis Jadrensibus Petro Domnio Maupas et Gregorio Rajčević bis editur.

Hrvatski bogoslužbenik ili sbirka jutrnjâ i večernjâ glavnih svetkovinah preko godišta, i obrednih molitava i raznih pjesama, koje se običavaju po hrvatskih župah u Dalmaciji i susjednih zemljah. Priredio O. S. I(vančić), izdalo Upraviteljstvo „Narodnoga Lista". U Zadru 1882.

Br. 1546.

Častnoj Upravi tiskarne „Narodnog Lista" u Zadru.

U koliko je nabožna knjiga „Hrvatski Bogoslužbenik" sbirka jutrnjâ i večernjâ, poglavitih pjesama i molitava već tiskanih u odobrenih knjigah, sa strane Ovoga Naredništva nema nikakve zaprjeke, da je vaša tiskarna, na korist bogoljubstva naroda, izdade; nu ovo odobrenje ne odnaša se po ništa na porabu u javnom bogoslužju gorinaznačene, kao ritualne knjige.

Želi se, da ova dozvola bude doslovce tiskana na koncu knjige, ako li častna Uprava nalazi za shodno, da ista knjiga izadje sa odobrenjem crkovne vlasti.

Tim je riešeno Vaše pitanje od 26 srpnja 1882.

Zadar, 10 Listopada 1882.

† Petar Dujam Nadbiskup.

Altera editio anni 1893.

ad N. 1725.

Imprimatur

Ex Archiepiscopali Curia

Jaderae, die 16 Juli 1893.

L. S. † Gregorius Archiepiscopus.

96. 1885, Romae.

Particula „de corpore S. Cyrilli Slavorum apostoli", iam ab immemorabili asservata in reliquiario Confraternitatis S. Hieronymi Slavonorum de Urbe, publicae venerationi exponebatur.

Krasnoseljcev, Cerkov s. Klimenta v Rimê, Kazan 1885, 12; et in ephemeride Pravoslavni Sobjesednik, Aprilis 1885.

97. 1886, 16 Augusti, Romae (Jadren).

Decisio S. Rituum Congregationis circa usum liturgiae Glagolito-Romanae in ecclesia parochiali Esi Majoris.

Ad dubium propositum ab Henrico Bernetić parocho Esi Majoris: An decretum Ordinariatus Jadrensis, quo oratori usus liturgiae Glagolito-Romanae interdicitur, illa cum conditione ut orator infra bimestre ad S. Sedem recurrat, sustineatur; S. Rituum Congregatio die 16 Augusti 1886.

Resp.: „Nil innovetur".

Protocollum S. Rituum Congregationis anni 1886, 16 Augusti.

98. 1886, Romae.

Leo P. XIII. oratorium SS. Cyrilli et Methodii in coelimontana basilica S. Clementis, egregio opere ac tribus picturis parietariis, in prinpali quarum se ipsum fundatorem ac oblatorem effigiatum, oblationibus tam ab Episcopo Diakovensi ejusque Capitulo, nec non a Sodalibus S. Hieronymi Slavonorum de Urbe sponte collatis, quam sua impensa, erectum dedicari, duabusque inscriptionibus decorari iubet.

Supra picturam translationis S. Cyrilli:

Anno DCCCLXXXVI
Sacellum Cyrilli et Methodii,
quorum doctrina et labore
Gentes Slavicae omnes
christianam sapientiam agnovere,
munificentia Leonis XIII. P. M.
Extructum et ornatum,
curante Dom. Bartolini Card. tit. Marciano.

Supra picturam Synodi Romanae anni 868:

Josephus Georgius Strossmayer
episcopus Bosnensis et Sirmiensis,
splendidissimus ordo Canonicorum Diacovensium
et sodales Illyrici a S. Hieronymo,
pecuniam in operis partem
sua voluntate contulerunt.

Ex apographo Doctoris Caroli de Horvat.

99. 1887, 31 Martii, Romae.

S. Sedes usum liturgiae Glagolito-Romanae in provincia Antibarensi, antiquum privilegium nationale confirmando, denuo inducit.

Nr. 69914.

Illustrissimo e Reverendissimo Signore!

Il Santo Padre—affine di completare il Concordato stipulato con Sua Altezza il Principe di Montenero in data del 18 Agosto 1886, ha creduto di soddisfare al desiderio espressogli sia dal Serenissimo Principe, sia dalla S. V. Illustrissima e Reverendissima — consente per tanto Sua Santità che sia richiamato in vigore il privilegio da gran tempo concesso dai Sommi Pontefici, e specialmente da Benedetto XIV, che cioè i Cattolici di rito latino dell'Arcidiocesi di Antivari nel Principato del Montenero possano usare della lingua paleoslovenica nella Sacra liturgia. — Inoltre Sua Santità consente che in essa possa farsi uso dei caratteri cirilliani, volgarmente chiamati civili.

Mentre sono lieto di parteciparle queste benevole concessioni Pontificie, profitto ecc.

Roma 5 Aprile 1887.

Mario Mocenni Sostituto.

Marković, Dukljansko-barska metropolija, Zagrabiae, 1902, 160.

P. Mac Swiney de Mashanaglass, de concordato inter S. Sedem et Montem Nigrum inito agens refert „Il paragrafo che stabiliva che negli uffici la preghiera pel Sovrano dovesse esser fatta in lingua slava ebbe nell' anno successivo un corollario d' importanza capitale. Approfittando del fatto che il padre Tondini, il quale aveva collaborato con tanta efficacia a condurre a termine il Concordato, si trovava di passagio in Roma, il principe Nicola lo prego di usare della sua influenza perchè la S. Sede concedesse ai cattolici de' suoi stati l' uso della lingua paleoslava nella liturgia. Idea questa eccellente da cui emergeva ancora una volta la finezza del senso politico del principe di Montenegro; perchè la misura da lui proposta non aveva altro scopo, all' infuori di quello di compiere l' opera di cui il Concordato era stato l' istrumento; cioè a dire, di sottrarre al piu possibile i cattolici montenegrini all' influenza diretta e indiretta di terze potenze interessate. — Il territorio attuale montenegrino, facendo parte di quella vasta regione in cui, poco tempo prima si adoperava la lingua paleoslava in forma generale nella liturgia latina, era ben naturale che si ritornasse allo statu quo ante, permettendolo nuovamente le vicende. — — e quindi l' uso della lingua paleoslava fu accordato ai cattolici montenegrini per decisione della S. Congregazione dei Riti in data 29 marzo 1887, approvata da Sua Santità il 21 dello stesso mese. Ma non s' arrestò qui la cosa; lo stesso decreto stabiliva che, per quanto concerneva la scrittura dei testi religiosi, si sarebbe ricorso ai caratteri cirillici volgari, cioè a dire a quei caratteri che sono d' uso comune a tutti i paesi. — Con quest' ultima misura la S. Sede contribuiva direttamente in modo affatto spontaneo ad un' opera di conciliazione di cui tutti gli Slavi dovrebbero esserle grati; all' opera, vo' dire, di abbattere, per quanto era da lei, la barriera che la differenza dell' alfabeto elevò già e che mantiene tuttora divisi i Jugoslavi cattolici, — che, come si sa, — fanno uso di caratteri latini — ed i loro fratelli ortodossi che si servono di caratteri cirillici. Sfortunatamente per ragioni a me ignote, una parte soltanto di queste misure fu applicata realmente; onde le opere liturgiche, di cui ora si fa uso, sono composte in carattere glagolitico."

Cettigne, in ephem. Cosmos Catholicus II (1900), p. 303 s. Editionem Missalis palaeoslavici characteribus cyrillianis Austro-Hungaricum et Russicum Gubernium contestando denunciarunt; quare characteres glagolitici in editione a. 1893 (cfr. N 108) adhibiti sunt.

100. 1887, 12 Maji, Vindobonae.

Nuntius Apostolicus Aloysius Galimberti, occasione raepristinationis liturgiae Glagolito-Romanae in provincia Antibarensi declarat, hoc a S. Sede factum fuisse ad confirmationem vetustae concessionis, non vero ad novam prorsus concessionem indulgendam.

Illustrissime ac Reverendissime Domine Episcope!

Noverit Dominatio Vestra Illustrissima ac Reverendissima catholicis Principatus Montis Nigri indultum fuise a S. Sede, ut in Ritu Latino obeundo idiomate, quod vocant palaeoslavico, uti possint.

Huiusmodi concessionem Princeps Montis Nigri a S. Sede efflagitaverat eo tempore, quo de conuentione cum Romano Pontifice ineunda actum fuit. Verum opportunius visum est huiusmodi postulationem ad examen revocare post conuentionis expletam stipulationem. Cum autem dicta conventio feliciter snccessisset, nec pauca sancita utrinque essent, quae ei rei catholicae emolumentum cederent, ac Princeps ipse onus dotationum ecclesiasticarum sibi suscepisset, tum Principis postulata examini subiicere e re visum est. Congregatio autem Eminentissimorum Cardinalium, quibus hoc negotium commissum est, Principis desiderio pro idiomate slavico inducendo satisfaciendum esse duxit, eo vel magis Antibarensis etiam Archiepiscopi impensae petitiones hac de re intercessissent.

Hinc facile Dominatio Vestra dijudicabit, auctoritatis tum ecclesiasticae tum civilis comune suffragium pro idiomate Slavico in Ritu Latino peragendo habitum fuisse. Nec vero omitti debet in casu actum non fuisse de nova prorsus concessione, sed de vetustae concessionis confirmatione, sicut Nicolai I., Hadriani II., Joannis VIII., et Benedicti XIV. Apostolicae constitutiones testantur. Neque abs re erit animadvertere, in praefato casu non de idiomate aliquo vernaculo vel vulgari rem actam fuisse, sed de idiomate liturgico, quod jam diu in divinis officis peragendis S. Sedes plene approbaverat. Quandoquidem vero de negotio gravis omnino momenti, quodque suis non caret difficultatibus, pertractetur, hinc S. Sedes Archiepiscopo Antibarensi instructionem dedit, ut eadem lingua palaeoslavica in sua dioecesi non prius adhibeatur, quam S. Sedes liturgicos omnes libros idem idioma praeferentes examini subjecerit atque adprobaverit.

Ex hisce omnibus pronum erit Dominationi Vestrae inferre, concessionis confirmationem Archidioecesi Antibarensi peractam nullatenus adduci posse in favorem Slavorum, qui Montis Nigri Principatui non subjecti sunt. Desunt enim hic specificae causae, quae in Principatu Montis Nigri aderant, quia adversa omnino rationum momenta hic occurrunt. Quare Dominationis Vestrae erit omnino prohibere, quominus hac de re a Slavis Vestrae jurisdictioni subjectis postulationes ad S. Sedem mittantur, quae necessaria analogia deficiente inter conditionem Archidioeceseos Antibarensis et Monarchiae Austro-Hungaricae petitionibus illis sufragari nullatenus possunt. Prudentiae etiam Vestrae erit, quae-

cumque excitamenta cohibere, praesertim vero catholicas effemerides coercere, quae ad huiusmodi concessionem comparandam animos commovere forte poterunt.

Impensissimis observantiae sensibus me profiteri laetor. Dominationis Vesfrae Ilustrissimae ac Reverendissimae.

Vindobonae die 12.a Maji 1887.

Addictissimus Servus
Aloysius Galimberti
Nuntius Apostolicus
m. p.

Episcopus Spalatensis Makarskensis Marcus Calogerà, dum in ephemeride curiali „Biskupski List" Augusti 1887 Declarationem hanc cum clero ac fidelibus communicaret, animadvertit: „Ut ex ipso textu clare perspicitur, haec Declaratio linguam veteroslavicam et novos libros liturgicos, proxime vi Concordati S. Sedis cum Montenigro in Liturgiam neoconstitutae provinciae Antibarensis inducendos respicit. De Glagolica Dalmatica Declaratio haec tacet; quare apud nos intacta et statu quo ante glagolica manet. His attentis ad notitiam et normam Nostri Cleri Curati Declarationem putavimus et opportunam et necessariam ut edatur in nostra Ephemeride; et integram iuxta originale referimus."

Episcopi vero provinciae Litoralis Austriacae, litteris pastoralibus 26 Novembris 1887 injungebant: „Omnes Sacerdotes et Clericos jusidictioni Nostrae subjectos severissime et „sub obedientia canonica" hisce vetamus propria auctoritate quidquam innovare aut qualemcumque partem habere cum iis qui liturgiam et linguam liturgicam jure ecclesiastico sancitam quomodocumque impugnant. Neve quisquam hoc Nostrum vetitum migrare vel negligere audeat, usum qui alibi vigeat, praetexendo." Hancque vero prohibitionem episcopus Veglensis Franciscus Feretić declarabat, ita ut episcopi Litoralis Austriaci „non miravano a bandire la liturgia veteroslovenica... di là ov' essa realmente sussisteva". Cfr. Volarić, La lingua slava nella liturgia nell' Istria, in ephemeride Eco del Litorale Suppl. al Nr. 136, an. 1892.

In Ephemeride „Archiv für katholisches Kirchenrecht" (volumine 58 pag. 351) nonnulla relata sunt ex Germania Berolinensi (Nr. 143, I. Bl. 28 Julii, 1887), quae momentum Declarationis Nuntii Vindobonensis ac modum se gerendi episcoporum Litoralis Austriaci ac Dalmatiae illustrant, haecque italice versa meminisse iuvabit.

„In base al desiderio del principe di Montenero permise il papa Leone XII., che nelle chiese cattoliche di quel paese venga osservata la liturgia paleoslavica. Quest' è propriamente un rinnovamento di un privilegio più antico. Nel secolo scorso cioè Benedetto XIV aveva già in una bolla (Ex Pastorali 1754) permesso per l' Illirio il rito veteroslavico, e Pio VI più tardi aveva approvato a mezzo d' un breve uno speciale offizio per l' Illirio (Breviarium romanum slavonico idiomate seu Liber precationum quotidianarum litteris Hieronymianis vulgo Glagoliticis, iussu P. Pii VI, in duas anni partes divisum, Romae 1791 S. Typis et impensis S. Congregationis de Propaganda Fide). Dai pareri redatti in Roma per ordine di Leone XIII emerse che il Montenegro come la Serbia cadono sotto questo „Illirico". La questione, se ancora altri paesi contigui appartenessero all' Illirio, sembra che la si sia lasciata indecisa, e anche pare che sia stato fatto poco uso di quella concessione di Benedetto XIV. In nessun caso potrebbero richiamarsi alla concessione accordata all' Illirio i czechi nella Boemia e Moravia. Contro l' estensione della liturgia paleoslavica nei paesi austriaci, avrebbe anche, se i fogli politici czechi ed altri slavi hanno riferito giustamente, fatto valere il suo influsso il govorno austriaco; e poichè recentissimamente per impulsi nazionali slavi, si è cominciato servirsi in Dalmazia della liturgia paleoslavica, quell' arcivescovo Maupas la proibì nel luglio 1887 (Cfr. la „Politik" di Praga, edizione serale dei 20 luglio 1887.)" Ita Pesante in opere iam saepius citato (La liturgia

slava, 88 ss.), illa germanica commentaria, non parvo errore — quod nempe liturgia Glagolito-Romana anno 1887 introduci primum in Dalmatia coeperit — scatentia, italice versa refert; quae commentaria procul dubbio fata litnrgiae Glagolito-Romanae ab anno 1887 inde sat clare elucidant; aliudque adhuc factum tanquam certum testificans (l. c. p. 165): „Nè dee perciò far meraviglia che il nostro piissimo Monarca, ricevendo nel 1887 in Pola il vescovo di Parenzo e Pola e una deputazione del clero diocesano, avesse in modo particolare raccomandato una oculata vigilanza perchè non si facessero innovazioni coll' introdurre e dilatare l' uso della liturgia slava."

Quoad prohibitiones usus liturgiae Glagolito - Romanae anno 1887. ab Ordinariatu Jadrensi latas notandum, quod ad appelationes S. Rituum Congregationi porrectas oratoribus rescriptum est: „decisio Jadren. 16 Augusti 1886 (cfr. N. 97) in viridi observantia maneat" Ex quo patet prohibitiones illas inscia S. Sede latas fuisse; nec a S. Sede ratihabitas fuisse.

101. 1887, Sarajevo Vrhbosnen.

Rituale Romanum lingua croatica vulgari, iam anno 1640 a Bartholomaeo Kašić S. J. versum et typis S. Congregationis Propagandae Fidei (Cfr. Fontes XVII s. N 109) editum, cura et impensis Joseph Stadler archiepiscopi Vrhbosnensis sexta vice imprimitur.

Juxta exemplar in bibliotheca Capitulari S Hieronymi Slavonorum de Urbe.

102. 1890, 17 Maji, Romae.

Sacra Rituum Congregatio, Ritum Graecanicum aquam benedicendi in Vigilia Epiphaniae, quod iam a Benedicto XIII anno 1715 prohibitum fuerat, sed hoc non obstante per Istriam et Dalmatiam tam in liturgia Glagolito-Romana, quam in lingua croatica vulgari in ecclesiis latine officiatis iuxta „Šćavet" viguerat, Decreto Generali interdicit; Ritumque aquam benedicendi in Vigilia Epiphaniae iuxta formam Missalis Romani observari mandat.

Cfr. Pesante, La liturgia Slava, Parenzo 1893, 15.

103. 1891, 6 Decembris, Romae.

S. Rituum Congregatio, ab episcopo Sibenicensi certior facta, quod populus slavicus abolitionem Ritus Graecanici aquam benedicendi in Vigilia Epiphaniae vi Decreti Generalis 17 Maji 1890 eiusdem S. Congregationis aegre ferret, indulget, ut Ritui Romano aquae benedicendae aliae Orationes et Psalmi ex Rituali Romano addantur, illa cum animadversione tamen: „Sacra Congregatio monet Amplitudinem Tuam per se nihil addere posse cuivis ritui ex iis quae habentur in Rituali Romano; hoc enim exclusive dependet ab auctoritate Apostolicae Sedis."

Cfr. Pesante, La liturgia Slava, Parenzo, 1893, 15.

104. 1891, Novembri, Romae.

Leo papa XIII cathedram linguae palaeoslavicae in Pontificio Seminario Romano S. Apollinaris Romae ac officium Scriptoris linguarum Slavicarum in Pontificia Bibliotheca Vaticana instituit; utrumque munus professori Ulixi Denunzio concredit.

Ephemeris La Dalmazia Cattolica 7 Decembri (XXII) 1891, N 66.

105. 1891, in Istria.

Caesareus et Regius Inspector Scholarum Antonius Klodić, vicissitudines liturgiae Glagolito-Romanae in Istria describens, inter alia animadvertit:

„Das Glagolitische verbreitete sich im gottesdienstlichen Gebrauch in der Zeit vom XII.—XVI. Jahrhundert nicht nur über Istrien, sondern auch über ganz Dalmatien, den größten Theil Bosniens und über Kroatien. Man kann sagen, daß das Glagolitische in jener Zeit das einzige Mittel schriftlichen Verkehrs der Kroaten war. Namentlich waren es die Franziskaner und Benediktiner-Mönche, welche es sehr eifrig pflegten. Wie erwähnt wurde, war der glagolitische Gottesdienst im XIV, XV. und XVI. Jahrhundert in den Pfarren von Istrien, in welchen das Slavische Element das Übergewicht hatte, in Übung. In Visinada, in Capodistria selbst und in Cittanova wurde von Franziskanern die Messe glagolitisch gelesen und in der Diöcese Parenzo zählte man im XVIII. Jahrhundert 19 glagolitische Pfarrgemeinden und in der Stadt Parenzo im Jahre 1733 gehaltene Synode bestimmte sieben Prüfungs-Commissäre für das Glagolitische. Im Jahre 1873 empfahl Dominico Stratico, Bischof von Cittanova, den Mönchen die eifrige Pflege des Glagolitischen und im Jahre 1762 kam es im Momiano vor, dass der dortige župan Burin den Bischof Leoni von Cittanova bat, er wolle dem Geistlichen Brajković verbieten, die Messe an Sonntagen lateinsch zu singen. Doch fand das Glagolitische in Istrien trotz der Förderung, welche demselben die Päpste Hadrian II. (868), Johann VIII. (880), Innozenz IV. (1243—1254), Urban VIII. (1623—1643), der Begründer des Collegium de Propaganda fide, und Benedikt XIV. angedeihen ließen, auch sehr heftige Gegner, so daß es heute auf dem Festland von Istrien auf ein viel engeres Gebiet eingeschränkt ist.“

A. Klodić, Slavische Sprache und Litteratur (in Istrien); in opere „Die österreichische Monarchie in Wort und Bild“; Bd. Küstenland, 238—241.

106. 1892, 13 Februarii, Romae.

Resolutiones S. Rituum Congregationis circa usum linguae Slavicae in liturgia Glagolito-Romana ad ordinarios Goritiensis, Zagrabiensis et Jadrensis provinciarum datae.

Nonnulla dubia super usu linguae palaeoslavicae in sacra liturgia, Sacrae Rituum Congregationi pro opportuna declaratione nuper exhibita sunt. Quum vero Sacra eadem Congregatio circa istud sane grave negotium iampridem suum studium impenderit, ut quaedam normae R.mis locorum Ordinariis hac in re traderentur, tandem in Ordinario Coetu die 13 Februari 1892 coadunato, post maturum examen attentisque praescriptionibus S. Sedis ac potissimum Apostolica Constitutione ‚Ex pastorali munere' Summi Pontificis Benedicti XIV, diei 26 Augusti 1754, insequentes resolutiones elicere censuit, nimirum:

I. In Functionibus liturgicis lingua slavica, ubi legitime in usu est, debet esse antiqua slavica, non moderna sive vulgaris.

II. Non licet Missam legere vel cantare utendo partim lingua latina, partim slavica; sed permitti potest, ubi lingua slavica invaluit, ut cantatis latino sermone Epistola et Evangelio, utrumque canatur etiam lingua palaeoslavica.

III. Sacerdotes, qui ius habent Missas celebrandi et horas persolvendi lingua slavica, debent non solum uti lingua slavica liturgica, sed etiam si addicti sunt Ecclesiae, ubi lingua latina adhibetur, Missam solemnem latine celebrare et horas latino sermone cantare. Idem dicatur de Sacerdotibus, qui latine Missam celebrantes, et horas persolventes, ministrant Ecclesiae ubi slavica lingua legitime introducta est.

Ephemeris officialis Curiae Episcopalis Spalatensis List biskupije Splitske i Makarske, 1894, p. 66.

107. 1893, Romae.

In lucem prodit typis S. Congregationis Propagandae Fidei Rituale Romanum lingua vulgari croatica, textum curante canonico S. Hieronymi Slavonorum de Urbe Carolo Parčić, sub titulo:

Rimski Ritual (Obrednik), izdan po zapoviedi sv. otca pape Pavla V. a pomnožan i poizpravljen Benediktom XIV čestite uspomene s dodatkom raznih novih blagosova. U Rimu. Tisak sv. sbora „de Propaganda Fide 1893."

In fronte: Manuscriptum Ritualis Romani Slavico-meridionali idiomate, quod hucusque bis typis vulgatum est, scilicet Romae anno 1640 (Typ. de Propaganda Fide), et Venetiis anno 1827 (Typ. Andreoli), hisce in regionibus a ducentis annis et ultra in usu est, ab Examinatoribus a Nobis deputatis revisum et collatum fuit cum latino Rituali Romano novissimo, eique penitus concordare repertum est; idcirco fidem facimus nihil in eo incurrisse, quod sub dogmatico ac liturgico obtutu adversetur unanimi sensui Catholicae Ecclesiae, ideoque nihil obstare, quominus Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praesentari possit ad facultatem, ut typis mandari valeat, obtinendam. Correctionem porro typographicam Rmo. Carolo Parčić, istius ad S. Hieronymi Illyricorum

de Urbe Collegiatae Canonico, qui huic operi perficiendo solerter adlaboravit, demandandam censemus.

Jaderae die 22 Aprilis 1893.

L. S. † Gregorius Archiepiscopus.

Imprimatur. Die 24 Augusti 1895.

† Fr. Augustinus Archiepiscopus Larissensis,
Secretarius de Propaganda Fide.

108. 1893, Romae.

Missale Glagolito-Romanum, a Carolo Parčić canonico S. Hieronymi Slavonorum de Urbe redactum, iussu et impensis Leonis P. XIII a S. Congregatione de Propaganda Fide typis eiusdem S. Congregationis publicatur.

Missale Romanum Slavonico idiomate ex decreto Sacrosancti Concilii Tridentini restitutum S. Pii V Pontificiis Maximi jussu editum, Clementis VIII, Urbani VIII et Leonis XIII auctoritate recognitum. Romae, ex typographia polyglotta S. Congregationis de Propaganda Fide MDCCCXCIII.

Cum peritorum iudicio, Missale hoc Slavonicum, characteribus Glagoliticis expressum, Missalis Romani versionem fideliter referat; typis excudi et in lucem edi, par praesentes litteras permittitur. Datum Romae ex aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide die 25 Januarii 1878.

† F. Aug. Archiep. Larissen.
Pro-Secretarius.

Imprimatur

Fr. Raphael Pierotti Ord. Praed., S. P. A. Magister.

Imprimatur

Julius Lenti Patriarcha Constantinop. Vicesg.

Juxta exemplar typicum.

109. 1898, 5 Augusti, Romae.

Decretales S. Rituum Congregationis de usu linguae slavicae in liturgia Glagolito-Romana ad Ordinarios provinciarum Goritiensis, Jadrensis et Zagrabiensis datae, cum duabus interpretationibus authenticis. N. 3999.

S. Rituum Congregationis ad Archiepiscopos, Episcopos et Ordinarios Provinciarum Goritien, Jadren. et Zagabrien.

Litterae

De usu Linguae slavicae in S. Liturgia.

Quae praecipue observanda sunt, vel cavenda circa usum palaeoslavici idiomatis in s. lit. S. haec Congr. jam edixit die 13 Febr. 1892 atque iis opportune significavit Slavorum Merid. Episcopis, qui ecclesiis praesunt ubi eiusmodi praxis invaluit. Cum vero hac super re Ap. Sedi nova proposita sint dubia Sams. D. N. Leo D. P. Papa XIII pro sua erga Slavos paterna sollicitudine, ad praedictas normas enucleandas et firmandas, omnemque removendam perplexitatem, grave hoc negotium peculiaris coetus S. R. E. Cardinalium examini submitti jussit. — Re igitur in omnibus mature perpensa, attentisque Summorum Pont. Const. et Decretis, praesertim Innocentii IV, qui Episcopis Segn. a. 1248. et Veglen. a. 1252 slavica utendi lingua concessit licentiam in illis dumtaxat partibus ubi de consuetudine observantur praemissa, dummodo ex ipsius varietate litterae sententia non laedatur; item Urbani VIII cujus jussu a. 1631 libri liturgici glagolitice editi sunt, ad usum ecclesiarum ubi hactenus praefato idiomate celebratum fuit, nisi maluerint latino; nec non Benedicti XIV, qui novam ipsorum librorum editionem a. 1754 authenticam declaravit, pro iis qui ritum slavo-latinum profitentur: ac demum Pii VI, qui a. 1791 Breviarium ejus auspiciis denuo impressum recognovit, iidem Em.mi Patres eas quae sequuntur regulas statuerunt, illasque Sanctitas Sua ratas habuit, adprobavit et in posterum ab omnibus inviolate servari mandavit:

I. Usus palaeoslavicae linguae in s. liturgia considerari et haberi debet velut reale privilegium certis inhaerens ecclesiis, minime vero ad instar privilegii personalis, quod nonnullis sacerdotibus competat. Episcoporum igitur officii munus erit, in unaquaque dioecesi quam primum conficere indicem seu catalogum ecclesiarum omnium et singularum, quas certo constet, in praesens ea concessione rite potiri. — Ad dubia porro amovenda, asserti privilegii probatio desumatur ex documentis ac testimoniis, quae in tuto ponant et probe demonstrent illud invaluisse et reapse vigere triginta saltem abhinc annis; quod temporis spatium in re praesenti tanquam sufficiens habetur ex indulgentia speciali S. Sedis.

Si quae deinceps controversiae aut difficultates in ejusmodi probationum negotio oriantur, illas Episcopi S. Rituum Cong.ni subjiciant, rerum adjuncta explicate et distincte exponendo pro singulorum casuum solutione.

II. Praedicto ecclesiarum privilegiatarum indice semel confecto et pubblicato, nulli prorsus licebit, in aliis Ecclesiis, quacumque ratione vel quovis praetextu, linguam palaeoslavicam in s. liturgiam inducere; si quid vero secus aut contra contigerit attentari, istiusmodi ausus severa coercitione reprimantur.

III. In ecclesiis quae supra memorato gaudent privilegio, Sacrum fecere et officium persolvere publica et solemni ratione permissum exclusive erit palaeoslavico idiomate, quacumque seclusa alterius linguae immixtione. Libri ad Sacra et ad Officium adhibendi characte-

ribus glagoliticis sint excusi atque ab Apost. Sede recogniti et adprobati: alii quicumque libri liturgici, vel alio impressi charactere, vel absque adprobatione Sanctae Sedis vetiti omnino sint et interdicti.

IV. Ubicumque populus sacerdoti celebranti respondere solet, aut nonnulas Missae partes canere, id etiam nonnisi lingua palaeoslavica, in ecclesiis privilegiatis fieri licebit. Idque ut facilius evadat poterit Ordinarius fidelibus exclusive permittere usum manualis libri latinis characteribus loco glagoliticorum exarati.

V. In praefatis ecclesiis quae concessione linguae palaeoslavicae indubitanter fruuntur, Rituale slavico idiomate impressum adhiberi poterit in sacramentorum et sacramentalium administratione, dummodo illud fuerit ab Ap.lica Sede recognitum et probatum.

VI. Sedulo curent Episcopi in suis Seminariis studium provehere cum latinae linguae, tum palaeoslavicae, ita ut cuique dioecesi necessarii sacerdotes praesto sint ad ministerium in utroque idiomate.

VII. Episcoporum officium erit, ante Ordinationem sacram, designare clericos qui latinis vel palaeoslavicis ecclesiis destinentur, explorata in antecessum promovendorum voluntate et dispositione, nisi aliud exigat ecclesiae neccesitas.

VIII. Si quis sacerdos, addictus ecclesiae ubi latina adhibetur lingua, alteri debeat ecclesiae inservire, quae palaeoslavici fruitur idiomatis privilegio, Missam solemnem ibi celebrare, Horasque canere tenebitur lingua palaeoslavica; attamen illi fas erit privatim Sacra peragere et Horas canonicas persolvere latina lingua.

Idem vicissim dicatur de sacerdote, palaeoslavici idiomatis ecclesiae adscripto, cui forte latinae ecclesiae deservire contigerit.

IX. Licebit pariter sacerdotibus latini eloquii ecclesiae inscriptis, in aliena ecclesia quae privilegio linguae palaeoslavicae potitur, Missam privatam celebrare latino idiomate. Vicissim sacerdotes, linguae palaeoslavicae ecclesiis addicti, eodem idiomate Sacrum privatim facere poterunt in ecclesiis ubi latina lingua adhibetur.

X. Ubi usus invaluit, in Missa solemni Epistolam et Evangelium slavice canendi, post eorundem cantum latino ecclesiae ipsius idiomate absolutum, hujusmodi praxis servari poterit, dummodo adhibeatur lingua palaeoslavica. In Missis autem parochialibus fas erit, post Evangelii recitationem, illud perlegere vulgari idiomate, ad pastoralem fidelium instructionem.

XI. Si forte, in paroeciis quae linguam habent palaeoslavicam, aliquis e fidelibus prolem renuat sacro sistere fonti nisi Rituali latino baptismus conferatur; vel si qui matrimonium recusent celebrare nisi latina lingua sacer absolvatur ritus, Parochus opportune illos instruat, moneatque; et si adhuc in propria sententia persistant, baptismum, aut benedictionem nuptialem privatim latina lingua ministret.

Vicissim agatur, in paroecia latinae linguae, si quis slavico idiomate ritus praedictos omnino peragi similiter exigat.

XII. In praedicatione verbi Dei, aliisve cultus actionibus quae stricte liturgicae non sunt, lingua slavica vulgaris adhiberi permittitur ad fidelium commodum et utilitatem, servatis tamen generalibus Decretis hujus S. Rituum Congregationis.

XIII. Episcopi illarum regionum ubi eadem in usu est lingua vernacula, studeant uniformi curandae versioni precum et hymnorum quibus populus indulget in propria ecclesia, ad hoc ut qui ex una ad aliam transeunt dioecesim vel paroeciam in nullam offendant precationum aut canticorum diversitatem.

XIV. Pii libri in quibus continetur versio vulgata liturgicarum precum ad usum tantummodo privatum christifidelium, ab Episcopis rite recogniti sint et approbati.

Datum Romae ex Secretaria SS. Rituum Congr.nis die V. Augusti anno 1898.

C. Card. Mazzella S. R. C. Praefectus

D. Panici S. R. C. Secretarius.

Collectio Actuum Officialium Curiae Archiepiscopalis Jadrensis, XVIII (1899), Nr. 3.

Interpretationes authenticae:

A). 1900, 14 Augusti, Romae.

Ad appellationem Cleri et fidelium Jadrensis dioeceseos ad S. Sedem contra decretum Ordinariatus Jadrensis (cfr. N. 110), usum liturgiae Glagolito-Romanae interdicens, qua proponebatur dubium, an Articulo I. Litterarum Decretalium S. Rituum Congregationis diei 5 Augusti 1898, privilegium liturgiae Glagolito-Romanae extinctum fuerit, ob interruptum usum etiam in illis ecclesiis, in quibus ante annum 1868 in usu erat, Vicario Capitulari Jadrensi S. Rituum Congregatio, facto verbo cum Sanctissimo, declarat:

Romae 22 Augusti 1900.

Rev.me Domine,

Circa interpretationem Art. I. Decreti N. 3999 seu Litterarum Sacrorum Rituum Congregationis diei 5 Augusti 1898 de usu linguae Slavicae in Sacra liturgia sequens dubium pro opportuna declaratione, Apostolicae Sedi suppliciter propositum fuit, nimirum:

Utrum privilegium linguae palaeoslavicae extinctum fuerit ob interruptum usum eiusdem linguae, intra postremos triginta annos, in illis etiam ecclesiis de quibus certo constat eas antea fuisse in legitima eiusdem linguae possessione?

Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII, attentis expositis, ex consulto eiusdem Sacrae Congregationis, cuius examini hoc negotium commissum fuerat, declarare dignatus est, praefatis ecclesiis privilegium extinctum non fuisse, si usus linguae palaeoslavicae intra postremos triginta annos intermissus fuerit, non voluntarie, sed ex necessitate ob externas causas impedientes, velut ex deficientia Palaeoslavorum Missalium aut Sacerdotum eiusdem linguae peritorum.

Atque ita rescribi et declarari mandavit, ceteris praefati Decreti seu Litterarum diei 5 Augusti 1898 praescriptionibus in suo robore permanentibus, die 14 Augusti 1900.

Quae dum tibi pro mei muneris ratione significo, ut diu bene valeas ex animo adprecor

tui studiosus

L. M. Card. Parocchi

D. Panici Archiep. Sardicen.

S. R. C. Secretarius

Collectio Actuum Officialium Curiae Archiepiscopalis Jadrensis, XIX (1900), Nr. 8.

B). 1902, 14 Martii, Romae.

Ad dubia sibi proposita circa interpetationem Articulorum I, IX et XI Litterarum Decretalium S. Rituum Congregationis diei 5. Augusti 1898, eadem S. Congregatio Decreto Generali declarat:

Decretum, 14 Martii 1902. Sacra Rituum Congregatio, decreto n. 3999 diei 5 Augusti 1898, et subsequenti declarationi diei 14 Augusti 1900, de usu linguae slavicae in sacra Liturgia firmiter adhaerens, ad quaedam dubia ex diversis dioecesibus sibi proposita iterum declarare censuit:

I. In Catalogo, iuxta articulum I praefati decreti n. 3999 praescripto, inscribendas tantum esse illas Ecclesias pro quibus privilegium liuguae palaeoslavicae invaluisse et reapse vigere, triginta saltem abhinc annis, documentis et testibus certo probari potest; neque sufficere solam huius iuris suppositionem, et quatenus probatio dubia habeatur, linguam latinam manere in possessione.

Item Ecclesiis privilegiatis non esse adnumerandas illas, in quibus permixtio linguae latinae cum lingua croatica seu moderna in Missae Sacrificio hucusque adhibita est; quia decretum expresse loquitur de sola lingua palaeoslavica. Neque ad ius praefati privilegii probandum satis esse, ut aliquae partes Missae, v. gr. Gloria, Credo etc. a celebrante intonentur seu cantentur in lingua croatica, dum alia omnia in lingua latina ab eodem recitantur; et ut populus tantum cantet vel recitet preces in lingua vulgari.

Iuxta hanc normam Catalogum rite confectum ad Sacram Rituum Congregationem transmittendum esse.

II. Nomen Missae privatae, de qua in articulo IX eiusdem decreti sermo est, non sensu stricte liturgico, sed sensu communiori et latiori accipiendum esse. Ad evitandas enim demonstrationes, et ad removendum scandalum, haec Missa characterem quasi solemnem assumere non debet.

III. Tandem praescripta in articulo XI supradicti decreti circa administrationem Baptismi et matrimonii extendenda esse etiam ad ultima Sacramenta, ita ut in parochiis lingua palaeoslavica privilegiatis ista neutiquam negari possint moribundis, qui eadem recipere velint, iuxta Rituale Romanum latinum.

Item in eodem articulo XI quoad collationem Baptismi vocem ‚privatim' non esse intelligendam eo sensu, ut iste administretur infantibus, omissis omnibus ritibus et caeremoniis. Illa etenim vox spectat tantum ad modum collationis non publicae, servata semper solemnitate quoad ritus et caeremonias quos in Baptismo nemini omittere licet, nisi necessitatis causa.

Atque ita rescripsit et declaravit. Die 14 Martii 1902.

D. Card. Ferrata. Praef.

D. Panici. Archiep. Laodicen., Secret.

Ephemeris Spalatensis „Biskupski List", 1902, Nr. XI.

110. 1899, 7 Martii, Jadrae.

Archiepiscopus Jadrensis Gregorius Rajčević, Litteras Decretales S. Rituum Congregationis 5 Augusti 1898 [cfr. N. 109] strictissime interpretans, et obtenta desuper decisione S. Rituum Congregationis, nec unam ecclesiam in Archidioecesi Jadrensi privilegio liturgiae Glagolito-Romanae utendi ius habere declarat.

„Utut tenor praelaudatae Instructionis [cfr. N 109] per se clarissimus sit nihilominus Nobis, solum de veritate rerum sollicitis, sequentia dubia occurrerunt, ad quae resolvenda statim Sacrae Rituum Congregationi sequentem quaestionem proposuimus:

Utrum vi Instructionis seu Litterarum Sacrorum Rituum Congregationis dd. 5 Augusti 1898 nonnullae paroeciae Archidioeceseos Jadertinae adhuc ius habeant ad usum linguae palaeoslavicae in S. Liturgia, ex eo quod olim hac lingua utebantur, vel ex eo quod in praesens in iisdem paroeciis populus utitur in eadem S. Liturgia, quae latine perficitur, lingua slavica vulgari?

His postulatis SS. Rituum Congregatio die 18 Novembris eiusdem anni 1898 respondit prout sequitur:

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem Secretarii, audito etiam voto Commissionis Liturgicae, attentis expositis omnibusque perpensis, proposito dubio respondendum censuit:

„Negative" juxta Litteras SS. Rituum Congregationis dd. 5 Augusti 1898. Atque ita rescripsit. Die 18 novembris 1898.

L. † S. C. Card. Mazzella Praef.

D. Panici Secret.

Cum poro Nobis a Sancta Sede injunctum fuerit accurate conficiendi indicem seu catalogum Ecclesiarum omnium huius Archidioececeos quae ius ad hoc privilegium in S. Liturgia utendi lingua polaeoslavica habere potuissent, Nos diligenter collectis documentis quae ad rem faciunt, factisque investigationibus praeviis super usum linguae palaeoslavicae in S. Liturgia quoad omnes Ecclesias huius Archidioeceseos, nec non adhibito testimonio quamplurium Testium fide dignorum, Sacramenti Sanctitate interposita, et considerantes

a) spatium triginta annorum, quod ad minimum requiritur ut aliqua Ecclesia jus habeat ad privilegium utendi in S. Liturgia lingua palaeoslavica intelligi debet, juxta responsum praefatae S. Congregationis, de trigiuta annis proxime elapsis, idest ab anno 1868 ad annum 1898;

b) quod indicium seu criterium linguae liturgicae in una alterave Ecclesia adhibitae desumi debet a lingua qua Sacerdos utitur in celebratione Sacrorum Misteriorum, et non a lingua qua populus in cantu utebatur responsivo, iuxta responsum eiusdem S. Congregationis;

c) considerantes quod in hac Archidioecesi per decursum temporis ac anno 1868—1898, ut ut in aliquibus Ecclesiis per aliquod temporis spatium lingua palaeoslavica in usu esset, hoc evenit vel ex eo quod nonnulli Sacerdotes, qui nullam potestatem hac lingua utendi a sibi praeposito Ordinario receperunt, ideoque per abusum talia moliti sunt, vel quod quatuor aut quinque Sacerdotes solumodo a Nostro Praedecessore piae memoriae Petro Domnio Maupas receperunt facultatem personalem utendi lingua palaeoslavica in Missa, et hoc per aliquot annos tantum locum habuit, vi litterarum, de usu linguae palaeoslavicae in Sacra Liturgia, S.S. Rituum Congregationis de die 5 Augusti 1898, et subsequae Declarationi praelaudatae S. Congregationis innixi:

Declaramus nec unam in hac Archidioecesi Nostra sive Parochialem, sive Curatialem Ecclesiam jus habere ad privilegium lingua palaeoslavica in Missae celebratione utendi.

Meminerint ergo Sacerdotes omnes huius declarationis Nostrae tenore nemini illorum in posterum licere Sacrosanctum Missae Sacrificium lingua palaeoslavica celebrare nullo praetextu adhibito sive per-

missionis antea a nostro piae Memoriae Praedecessore datae, sive praetextu consuetudinis per abusum ultimis his annis invectae et a Nobis nunquam approbatae.

Quod si sacerdos aliquis, quod Deus avertat, aliter facere vel contra attentaverit, istiusmodi ausus, ut Sacrae Congregationis verbis utamur, severa coercitione reprimendus erit.

Idcirco Adm. rev. Decanos serio admonitos volumus, et super hoc eorum conscientiam oneramus, ut Nobis statim deferant Sacerdotes qui hisce Nostris iussionibus non obbedierint — cum de caetero sint Sanctae Sedis Apostolicae ipsius mandata.

Tandem cum in praelaudatis Litteris Sacrae Rituum Congregationis immixtio linguarum in Sacra Liturgia prohibeatur, ad evitandas omnes difficultates et ad rem maturius determinandam, nam unitas in his omnibus in hac Provincia assequenda est, statuimus negotium hoc in Comitiis Episcopalibus, quae hoc anno apud Nos locum habebunt pertractare, et conlatis consiliis omnium Antistitum Suffraganeorum huius Sedis, decernere illa de quibus est sermo in iisdem Litteris numero III. X. XII. et XIII. signatis.

Datum ex Nostra Archiepiscopali Residentia

Jaderae, die 7 Martii 1899.

† Gregorius Archiepiscopus.

Collectio Actuum Officialium Curiae Archiepiscopalis Jadrensis XVIII (1899). N. 3, p. 2 s. Quum contra hoc decretum ecclesiae glagoliticae Jadrensis archidioeceos ad S. Rituum Congregationem appellassent, idem decretum S. R. C, Decreto 14 Augusti 1900 (cfr. N. 109, A.) irritum evasit.

111. 1899, 16 Aprilis, Jadrae.

Delegatio Provincialis Regni Dalmatiae Cardinalem Secretarium Status S. S. certiorem reddit, de magno animi motu populi fidelis propter suppressionem usus liturgiae Glagolito-Romanae in Jadrensi dioecesi, invocans S. Sedem ut periculosae agitationi, conservatione privilegii antiquissimi, provideat.

A Sua Eminenza il Cardinale M. Rampolla, Secretario di Stato di Sua Santità

Roma.

Eminenza! La questione della lingua slava liturgica, è una questione palpitante per la Dalmazia. La popolazione profondamente attaccata alla religione dei suoi padri, considera con orgoglio il privilegio concessole, di usare la propria lingua nelle funzioni ecclesiastiche, ed ogni attentato contro questo privilegio, porta la consequenza di una grande irritazione nel popolo, e può compromettere gli stessi interessi religiosi, addesso specialmente che l'idea nazionale divampa anche in Dalmazia, e che la pubblica opinione, ombrosa e suscettibile stà in

guardia contro ogni manifestazione che possa a questa ida presentarsi contraria. E l'agitazione in questo riguardo è più acre e più viva dinanzi la convinzione, che la S. Sede è tutt' altro che contraria alla conservazione di questo antico privilegio, e alle restrizioni che si vogliono introdurre attribuisce motivi di indole diversa, determinati più che da interessi religiosi, da interessi politici.

Di questa questione, si è vivamente occupata la rappresentanza provinciale della Dalmazia ancora nell' anno 1887. In seguito ad un' animata discussione, in cui la questione di principio non fu messa in dubbio, nemmeno dagli avversarii, la Dieta Dalmata con 30 voti favorevoli contro 7 contrarii accolse la seguente proposta: „Viene incaricata la Giunta del Regno di Dalmazia, perchè in luogo competente, schiarisca la questione della Messa Glagolitica in Dalmazia, con riguardo alla verità, ed allo stato di fatto; e si adoperi perchè sieno allontanati gli eventuali ostacoli al pacifico uso di un tale privilegio" (cfr. N. 100 c). Con una diffusa memoria venne il voto della Dieta proseguito al Luogotenente del Regno in data 14 Giugno 1889, N. 329, colla preghiera di appoggiare presso il Ministero la proposta, sollecitandolo di adoperarsi in luogo competente, perchè ogni e qualunque ostacolo sia tolto alla celebrazione delle funzioni glagolitiche in questa provincia (cfr. N. 101 c). Da parte del potere politico, non venne mai alla Giunta communicata nessuna risposta.

Pare che più tardi la questione sia stata regolata dalla S. Sede, con alcune disposizioni, l' interpretazione delle quali forma ora oggetto di pertrattazione frai Vescovi della Dalmazia. Se non che le regole di questa interpretazione sono state pregiudicate da alcune disposizioni addottate dall' Arcivescovo di Zara, disposizioni che a quanto si dice, non corrispondono alle istruzioni della S. Sede, e si risolvono in una negazione completa dell' antico privilegio nella Diocesi di Zara, che hanno provocato agitazione e malcontento, di cui si fà interprete una grande parte della stampa provinciale.

Sopra questo stato di cose la Giunta Provinciale del Regno di Dalmazia, nell' interesse della popolazione che rappresenta, crede suo dovere di richiamare l' attenzione di V. Eminenza, persuasa come è che la S. Sede saprà trovare mezzo di ordinare le cose in modo che corrisponda al diritto, agli interessi religiosi avuto riguardo alle condizioni del paese, e che ponga fine ad un' agitazione pericolosa, e dalla quale possono derivare delle assai serie conseguenze.

Voglia compiacersi V. Eminenza accogliere in questo incontro le particolari proteste di stima, e devozione della Giunta Provinciale del Regno di Dalmazia.

Zara 16 Aprile 1899.

Vranković m. p.
Dr. Bulat m. p.
Šimić m. p.
Korlaet m. p.
Dr. Ivčević m. p.

Authenticum in Archivo Delegationis Provincialis Regni Dalmatiae Jadrae, Acta anni 1888, N. 329.

112. 1899, 17 Aprilis, Jadrae.

C. R. Capitanatus Districtualis curatores animarum Jadrensis dioeceseos sub occulta vigilantia politiae ponit, ad appellationes S. Sedi contra decretum Ordinariatus Jadrensis 7 Martii 1899 (cfr. N. 110) intercipendas; sed prorsus frustrato nisu (cfr. N. 109 A).

„Wird das k. k. Posten-Commando beauftragt, in eigenem Postenrayon der etwa sich kundgebenden Bewegung wegen Gebrauches der glagolitischen Sprache Aufmerksamkeit zu widmen und alle diesbezüglichen Versuchungen sofort anher zur Anzeige zu bringen, wobei hervorzuheben kommt, ob das Streben nach der Glagolica in der Bevölkerung wirklich bestehet und sich von selbst entwickelt habe, oder ob dasselbe von betreffendem Seelsorger gewünscht, und seinem Wunsche gemäss die Bevölkerung dazu beredet wurde die Glagolica zu verlangen. Einem Posten-Commandanten, der sein Rayon kennt, wird es nicht schwer sein, ohne besondere Erhebungen und auffallendes Herumfragen, derlei Bewegung zu beobachten und zu erfahren von welcher Seite dieselbe ausgeht, — so wird der Post-Commando angefordert dies precis zu erheben und her rechtzeitig die Anzeige zu erstatten. Zara am 17. April 1899

für die k. k. Bezirkhauptmanschaft

Laneve m. p.

Cfr. Interpellationem die 8. Julii 1905 a delegato Sibenicensi Doctore Dulibić et sociis Ministro praesidi Baroni Gautsch et Ministro Instructionis et Cultus Equiti Doctori Hartel propositam, iuxta Protocollum Stenographicum Delegatorum Vindobonensium

113. 1899, 21 Aprilis, Romae (Parentin-Polen).

Quum Joannes Baptista Flapp Parentino-Polensis episcopus Litteras Decretales S. Rituum Congregationis 5 Augusti 1898 (cfr. N. 109) strictissime interpretando usum liturgiae Glagolito-Romanae decreto 20 Septembris 1898 in universa dioecesi interdixisset, undeviginti libellis supplicibus a viris laicis S. Sedi pro restitutione privilegii Liturgiae Glagolito-Romanae in eadem dioecesi porrectis, S. Rituum Congregatio decretum episcopi 20 Septembris 1898 confirmat.

N.ro 951.

Venerabili Clero Dioecesano!

A Sacra Congregatione Rituum Rescriptum quod sequitur accepimus:

N.ro 74.

Parent. et Polen.

„Ex Dioecesi Parentin.-Polen. undeviginti supplices libelli a die 8 ad diem 30 Decembris 1898, ab aliquibus laicis ad Sanctam Sedem transmissi fuerunt, qui unum eundem finem prosequuntur, nempe ut

restituatur Privilegium linguae Palaeoslavicae in Liturgia in Ecclesiis locorum; 1) Raccotola, 2) Lisignana, 3) Monsbottara, 4) Turris, 5) Promontorium, 6) Pomeriana, 7) S. Ioannes de Sterna, 8) Caldaria, 9) Monsrea, 10) Moduldin, 11) Caroiba, 12) Fontana, 13) Altura, 14) S. Domenica, 15) Villanova, 16) Novaco, 17) Castellini, 18) Monspaternus, et 19) Vossignani. Sacra porro Rituum Congregatio, referente subscripto Secretario, attentis litteris R.mi D.ni Episcopi Parent-Polen., datis die 20 Septembris 1898, quibus ipse declaravit in sua Dioecesi non extare Ecclesiam in qua usus linguae Palaeoslavicae in liturgia triginta abhinc annis viget; atque examinatis, tam in genere quam in specie, praefatis supplicibus libellis, rescribendum censuit: Ecclesias supradictas ius non habere ad privilegium Pontificium linguae Palaeoslavicae in liturgia, iuxta praescripta in Litteris Sacrae ipsius Congregationis datis die 5 Augusti 1898 n. I. et Oratores iudicio R.mi Episcopi Parentin. Polen. obtemperare debere."

Atque ita rescripsit. Die 21 Aprilis 1899.

C. Card. Mazzella Praef.
D. Panici Secr.

Sit igitur cura Ven. Cleri, ut de tenore huius Rescripti ii, quorum interest, edoceantur.

Ab Ordinariatu Episcopali Parentino-Polensi

Parentii, die 3 Maji 1899.

† Joannes Baptista
Episcopus.

Apud. J. Prodan, Borba za glagolicu, Zadar 1900, p. 202 s. Nota, quod Decreto S. Rituum Congregationis 14 Augusti 1900 (cfr. N. 109 A) basis iuridica huius Rescripti innovata est.

114. 1900, 3 Septembris, Zagrabiae.

Primus Congressus catholicus Croaticus Zagrabiae diebus 3 ad 5 Septembris a clericis et laicis ex Croatia et Slavonia, Istria et Dalmatia, Bosnia et Hercegovina nec non ex terris Slovenicis (praesentibus ex provincia Zagrabiensi Georgio Posilović Zagrabiensi archiepiscopo, Joseph Georgio Strossmayer Diakovensi, Antonio Maurović Segnensi; Julio Drohobeczky Križevacensi episcopis; ex provincia Vrhbosnensi Josepho Stadler Vrhbosnensi archiepiscopo; ex provincia Goritiensi episcopis Antonio Mahnić Veglensi et Antonio Jeglić Labacensi; ex provincia Jadrensi Francisco Philippo Nakić Spalatensi et Josepho Marčelić Ragusino episcopis, aliisque praelatis ac praepositis provinciarum Regularium) habitus, secunda Resolutione S. Sedi, de encyclica „Grande Manus" (cfr. N. 84) et Declaratione S. Rituum Congregationis 14 Augusti 1900 (cfr. N. 109 A), gratias agens, eo quod usus privilegii litur-

giae Glagolito-Romanae praesenti aetate praecipue pro religione et ecclesia apud Croatas necessarius est, votum depromit, ut benevolentia S. Sedis usus idem non tantum conservetur sed etiam dilatetur.

II. Rezolucija: Zahvaljujući Gospodinu Bogu i sv. Stolici, što je Hrvatima već u davnini dana te u najnovije doba okružnicom „Grande Munus" i Odlukom sv. Zbora za obrede od 22. augusta 1900. priznata povlastica, da mogu službu Božju obavljati u svom staroslovenskom jeziku i staroslovenskim pismom, prvi hrvatski katolički sastanak drži, da je ova povlastica, napose u današnje doba veoma nužna i po vjeru i po crkvu medju Hrvatima, te stoga izjavljuje vruću svoju želju i pouzdanu nadu, da će se taj dragocjeni amanet dobrotom sv. Stolice ne samo uzdržati nego i proširiti.

Quum haec Resolutio una cum actis eiusdem Congressus ab archiepiscopo Zagrabiensi S. Sedi relata esset, hae desuper litterae responsales emanatae sunt.

R.mo D.no Georgio Posilović Archiepiscopo Zagrabiam.

58,674.

Ill.me et R.me Domine!

Communicavi cum Beatissimo Patre litteras, quibus me de felici exitu catholici Croatiae coetus docebas. — Ut vero quae sunt in coetu statuta optatam secundamque habeant exequutionem, tibi et universis qui in eo adfuerant, Apostolicam benedictionem iterum omni affectu impertitur. Tibi fausta quaeque a Domino adprecatus, me libens profiteor. Romae, 15. septembris 1900.

Addictissimus

M. Card. Rampolla m. p.

Stjepan Korenić, Prvi hrvatski katolički sastanak obdržavan u Zagrebu dne 3, 4. i 5. Kujna godine 1900, Zagreb 1900, p. 21 ss., 428.

115. 1893—1900, Romae.

Quum editio Missalis Glagolito-Romani a canonico Carolo Parčić curata [cfr. N. 108] a competenti critico V. Jagić, professore Vindobonensis Universitatis, favorabiliter excepta fuisset, occulte a viris Liturgiae Glagolito-Romanae infestis, anonimis litteris S. Sedi porrectis dubiis et objectionibus, quasi mendis antidogmaticis, frasibusque in B. V. Mariam et SS. Trinitatem iniurioris scateret, defertur; qua de causa secunda editio eiusdem Missalis Glagolita-Romani a S. Congregatione Officii suspenditur.

Archiv für slavische Philologie XVI (1893); biographia Dragutin A. Parčić 26, V, 1832—25, XII, 1902, Krk 1903, p. 24 s. Fraude anonimorum adversariorum Caroli Parčić detecta, iussu Pii papae X eadem secunda editio Missalis Glagolito-Romani mense Augusti 1905, approbante S. Congregatione de Propaganda Fide, vulgata est.

116. 1893 — 1900, Romae.

Editio Ritualis Croatici a canonico Carolo Parčić [cfr. N. 107] curata, ab adversariis Liturgiae Glagolito-Romanae litteris anonimis S. Sedi porrectis, dolose impugnatur.

Opportunum videtur nonnulla excerpta ex litteris anonimis contra Missale Glagolito-Romanum et Rituale Croaticum, curante canonico Carolo Parčić edita, S. Sedi porrectis referre. Primae harum litterarum pharisaice hoc epiphonemate decorantur: „Evviva Maria Madre di Dio! Pereant le versioni offensive di Maria — — Se fosse redivivo il ch. teol. Cassich [cfr. XVII s. N. 109, 109 a] gitterebbe alle fiamme queste blasfeme traduzioni. — — impudenti traduzioni, diritto delle genti, diritto internazionale; — — poichè il Segret. di Stato ha dichiarato di propria bocca a due Prelati tuttor viventi, che nessun esemplare — — varcherebbe il confine Austro-Ungarico. — — Qualche dottissimo Porp. ha detto che queste inverse versioni — — eternamente all' ombra. — I revisori propongono: o all' Indice, o alle fiamme." Alterae Litterae „Liturgicae innovationes inter Illyricos catholicos intrudendae retunduntur" ab „Aliquot ex utroque clero sacerdotibus" Decano S. Collegii et Praefectis SS. Congregationum porrectae, insinuationibus subdolis et ignorantia rerum slavicarum scatentes, his frasibus decorantur: „impudens, execrabile mendacium, perniciosi deceptores, panslavico-schismaticae et massonico-schismatizantis sectae machinationes — ergo poenis afficiantur" cum conclusione: „Vobis ostensuri, nostramque exoneraturi conscientiam." Alterae tandem litterae inscriptae: „Interessante saggio delle traduzioni" et „Cenni critici sulla traduzione" concluduntur: „Ora adunque che tutti conoscono per bene il latino non dovrebbero tollerarsi certe traduzioni — — che aprono la via allo scisma e che fanno perdere la gravità ed il decoro liturgico!"

Biographia Dragutin A. Parčić 26, V, 1832 — 25, XII, 1902, Krk 1903, p. 26 s

117. XIX. s. apud Slavos Orientales.

Cultus SS. Cyrilli et Methodii apud Slavos Orientales iam praecedenti saeculo inductus, viget; apud Russos inde ab anno 1863 commemoratio eorumdem etiam in Menaea et Calendaria recipitur.

A. N. Petrov, Čestvovanie sv. slavjanskih apostolov Kirilla i Methodia, Hristianskoe Čtenie, Petroburgi 1893, Nr. 3, 526 ss.

118. XIX s. exeunte, in Istria et Dalmatia.

Usus liturgiae Glagolito-Romanae in omnibus ecclesiis decanatus Petenensis (Petena, Gračišće, S. Ivanac, Lindar, Novaki, Golagorica et Kerbune) ab immemorabili vigens, hoc saeculo in partibus missae cantatis a choro et in caeteris functionibus ac in Rituali viget.

Ex testium fidedignorum depositione; cfr. in Indice Analatico s. v. Petenen. fontes relatos.

263. XIX s., in decanatu Piquentino Tergestin.-Justinopolitan.

Usui liturgiae Glagolito-Romanae in ecclesiis decanatus Piquentini (Piquentum-Buzet, Crnica, Roč, Hum, Račice, Grimalda, Vrh, Dragnih, Sovinjak, Lanišće) ab immemorabili vigenti, ob deficentiam sacerdotum linguam palaeoslavicam callentium mediis decenniis hujus saeculi (adhuc 1840 anno Ročii parochus glagolita erat; Račicae adhuc 1837, Grimaldae adhuc 1849) substitutione latinae linguae in missa canenda et linguae slavicae vulgaris in caeteris functionibus ac in Rituali, ex parte derogatum est.

Ex testium fidedignorum depositione; cfr. in Indice Analitico s. v. Tergestin.-Justinopolitan. fontes relatos.

264. XIX s., in decanatu Pisinensi Tergestin.-Justinopolitan.

Usus liturgiae Glagolito-Romanae in ecclesiis decanatus Pisinensis (S. Petrus in Sylvis, Beram, Tervič, Grdoselo, Žminj, Kringa, Tinjan, Kašćerga, Zamask), ab immemorabili exclusive vigens, ob deficentiam sacerdotum linguam palaeoslavicam callentium decursu hujus saeculi (S. Petri in Sylvis adhuc 1822 parochus erat glagolita, qui exclusive glagolitice officiabat), ad cantum chori, exceptis missis I Classis, et ad functiones liturgicas extra missam coarctatur, linguae latinae usu pro cantu missae I Classis et linguae vulgaris slavicae pro caeteris substituto.

Ex testium fidedignorum depositione; cfr. in Indice Analitico s. v. Tergestin.-Justinopolitan. fontes relatos.

265. XIX s., in decanatu Portulano Tergestin.-Justinopolitan

Usus liturgiae Glagolito-Romanae in ecclesiis decanatus Portulani (Oprtalj) olim Aemoniensis dioeceseos ab immemorabili vigens penultimo decennio hujus saeculi a sacerdotibus linguam palaeoslavicam non callentibus coarctatus est: Šternae ad cantum chori in missa Defunctorum, ad lectiones Hebdomadae Majoris et ad alias functiones extra missam; Topolovac et Gradinjae, ubi usque ad annum 1888 omnia glagolitice persolvebantur, ad cantum chori in missis festivis, ad missas

Defunctorum et Rorate integraliter, ed ad alia officia extra missam, ritualibus exclusive iuxta Rituale Croaticum persolutis; Zdrenjae, Dailae vel Lovrečicae, in Berda curatiali Momiliani et in filiali Carsette, maxima ex parte suppressus est.

Ex testium fidedignorum depositione; cfr. in Indice Analitico s. v. Aemonien. fontes relatos.

266 XIX s., in decanatu Pyrrhanensi Tergestin.-Justinopolitan.

Usus liturgiae Glagolito-Romanae in ecclesiis foraneis omnibus decanatus Pyrrhanensis (Corte d' Isola, Castelvenere, Salbore, B. V. Mariae na Krasu) ab immemorabili vigens, mediis decenniis hujus saeculi a sacerdotibus palaeoslavicam linguam non callentibus coarctatur: Corte d' Isola ad cantum chori in missa cantata, Passionis in Hebdomada Majori et ad functiones postmeridianas; Salvore, Castelvenere et na Krasu ad Epistolam et Evangelium in missa cantata et ad processiones in Litaniis Majoribus.

Ex testium fidedignorum depositione; cfr. in Indice Analitico s. v Tergestin.-Justinopolitan. fontes relatos.

267. XIX s., Albonae Parentin.-Polen.

Usus liturgiae Glagolito-Romanae ab immemorabili in ecclesia parochiali Albonae vigens, hoc saeculo durante ob deficentiam sacerdotum linguae palaeoslavicae peritorum supprimitur, usu linguae slavicae tamen in Epistolae et Evangelii lectione et in aliis functionibus usque ad annum 1888 perdurante.

Ex testium fidedignorum depositione; cfr. in Indice Analitico s. v. Parentin.-Polen. fontes relatos.

268. XIX s., Bačve (Mondelbotte) Parentin.-Polen.

Usus liturgiae Glagolito-Romanae in ecclesia parochiali Bačve [cfr. XVII s. N. 244] usque ad annum 1888 [cfr. N. 100 e] et 1893 saltem ex parte viguit; quum ob deficentiam sacerdotum linguam palaeoslavicam callentium et ob interdictum Ordinariatus Parentino-Polensis postremis annis huius saeculi in desuetudinem cessisset.

Ex testium fidedignorum depositione; cfr. in Indice Analitico s. v. Parentin.-Polen. fontes relatos.

269. XIX s., Barbanae, Šajini, Pornjanae et B. M. Salutis Paretin.-Polen.

Usus liturgiae Glagolito-Romanae tam in parochia capitulari Barbanae, quam in filialibus Šajini, Pornjanae et B. M. Virginis Salutis (Sv. Marija od Zdravlja) a canonico Petro Stancovich et a canonico

parocho Antonio Gambini, libris liturgicis slavicis igni traditis, ad quasdam functiones secundarias restringitur.

Ex testium fidedignorum depositione; cfr. in Indice Analitico s. v. Parentin.-Polen. fontes relatos.

270. XIX s., Caldarii Parentin.-Polen.

Usui liturgiae Glagolitico-Romanae in ecclesia filiali Caldarii ab immemorabili vigenti, ob deficientiam sacerdotum linguam palaeoslavicam callentium derogatur, retento tamen usque ad 1887 annum usu Ritualis Croatici.

Ex testium fidedignorum depositione; cfr. in Indice Analitico s. v. Parentin.-Polen. fontes relatos.

271. XIX s., Canfanarii Parentin.-Polen.

Jacobus Ivošić cooperator ecclesiae parochialis Canfanarii, 1853 defunctus, glagolita erat. Usui liturgiae Glagolito-Romanae ab immemorabili vigenti, inde ab anno 1850 ob deficientiam parochorum linguae palaeoslavicae peritorum, linguae latinae et croaticae vulgaris substitutione derogatur; anno 1888 ex interdicto Ordinariatus Parentino-Polensis usus Ritualis Croatici supprimitur.

Ex testium fidedignorum depositione; cfr. in Indice Analitico s. v. Parentin.-Polen. fontes relatos.

272. XIX s., Caroibi Parentin.-Polen.

Usus liturgiae Glagolito-Romanae in ecclesia parochiali Caroibi ab immemorabili vigens ob deficientiam sacerdotum palaeoslavicam linguam callentium altera medietate saeculi exolescit, retento tamen cantu chorali palaeoslavico usque ad 1893 annum, ac usu Ritualis Croatici usque ad 1888 annum.

Ex testium fidedignorum depositione; cfr. in Indice Analitico s. v. Parentin.-Polen. fontes relatos.

273. XIX s., Castilerii Parentin.-Polen.

Usus liturgiae Glagolitico-Romanae in ecclesia parochiali Castilerii ab immemorabili vigens non obstante interdicto Ordinariatus Parentino-Polensis in omnibus functionibus praeter missam cantatam festivam, ex parte chori etiam postremis annis huius saeculi, viget.

Ex testium fidedignorum depositione; cfr. in Indice Analitico s. v. Parentin.-Polen. fontes relatos.

274. XIX s., Filipani Parentin.-Polen.

Usus liturgiae Glagolito-Romanae ab immemorabili in ecclesia parochiali Filipani usque ad postrema decennia huius saeculi vigens, exeunte hoc saeculo ad ritualia et cantum chori coarctatus est.

Ex testium fidedignorum depositione; cfr. in Indice Analitico s. v. Parentin.-Polen. fontes relatos.

275. XIX s., Foscolini Parentin.-Polen.

Usus liturgiae Glagolito-Romanae in ecclesia parochiali Foscolini ab immemorabili viget.

Ex testium fidedignorum depositione; cfr. in Indice Analitico s. v. Parentin.-Polen. fontes relatos.

276. XIX s., Funtanis, Parentin.-Polen.

Mattheus Zuvanelich parochus Funtanarum ineunte XIX s. glagolita erat.

Franciscus Blecić administrator parochialis Funtanarum 1878 et 1879, aliquando missam Glagolito-Romanam ex integro canebat, semper vero partes cantatas, slavica lingua celebrabat.

Chorus semper palaeoslavica lingua usus est, quousque anno 1888. administratores Jacobus Senčar et Joseph Plašinski, ut ab omni usu linguae palaeoslavicae desistant, ab Oridinariatu Parentino-Polensi iussi sunt.

Ex testium fidedignorum depositione; cfr. in Indice Analitico s. v. Parentin.-Polen. fontes relatos.

277. XIX s., Juršići Parentin.-Polen.

Usus liturgiae Glagolito-Romanae in ecclesia curatiali Juršići ab immemorabili usque ad postremos annos hujus saeculi viguit.

Ex testium fidedignorum depositione; cfr. in Indice Analitico s. v. Parentin.-Polen. fontes relatos.

278. XIX s., Labinci Parentin.-Polen.

Usus liturgiae Glagolito-Romanae ab immemorabili in ecclesia S. Dominicae in Labinci, usque ad quartum decennium huius saeculi vigens, a sacerdote Thoma Franca tollitur.

Ex testium fidedignorum depositione; cfr. in Indice Analitico s. v. Parentin.-Polen. fontes relatos.

279. XIX s., Lišnjani, Valturae, Monticuli, Lovorikae et Stinjani Parentin.-Polen.

Usus liturgiae Glagolito-Romanae in ecclesiis parochialibus Lišnjani, Valturae, Monticuli, Lovorikae et Stinjani ab immemorabili vigens,

ob deficientiam sacerdotum linguam palaeoslavicam callentium, postremis deceniis hujus saeculi ex parte supprimitur, linguae latinae et slavicae vulgaris substitutione.

Ex testium fidedignorum depositione; cfr. in Indice Analitico s. v. Parentin.-Polen. fontes relatos.

280. XIX s., Svet Lovreč Pazenatički Parentin.-Polen.

Usus liturgiae Glagolito-Romanae in parochiali ecclessia S. Laurentii de Pasenatico, inde ab anno 1898 partialiter tantum latinae linguae introductione derogatur.

Ex testium fidedignorum depositione; cfr. in Indice Analitico s. v. Parentin.-Polen. fontes relatos.

281. XIX s., S. Martini prope ab Albona et S. Dominicae Parentin.-Polen.

Usus liturgiae Glagolitico-Romanae ab immemorabili vigens in ecclesiis parochialibus S. Martini et S. Dominicae medio hoc saeculo ob deficentiam sacerdotum linguam palaeoslavicum callentium substitutione linguae latinae in missa cantata ex parte sacerdotis tantum innovatur; in caeteris omnibus functionibus linguae slavicae usu permanente usque ad penultimum decennium eiusdem saeculi.

Ex testium fidedignorum depositione; cfr. in Indice Analitico s. v. Parentin.-Polen. fontes relatos.

282. XIX s., Medulini Parentin.-Polen.

Usus liturgiae Glagolito-Romanae ab immemorabili vigens in ecclesia parochiali Medulini, ob deficientiam sacerdotum linguam palaeoslavicam callentium, postremis decenniis huius saeculi in desuetudinem cedens, usque ad annum 1890 in ritualibus tantum permansit.

Ex testium fidedignorum depositione; cfr. in Indice Analitico s. v. Parentin.-Polen. fontes relatos.

283. XIX s., Mompaderni Parentin.-Polen.

Usus liturgiae Glagolito-Romanae in parochiali ecclesia Mompaderni ab immemorabili vigens, anno 1899 ab Ordinario Parentino-Polensi interdicitur; sed ob commotionem populi interdicto ad missam cantatam coarctato, omnia alia ritualia slavice persolvuntur.

Ex testium fidedignorum depositione; cfr. in Indice Analitico s. v. Parentin.-Polen. fontes relatos.

284. XIX s., Montrei Parentin.-Polen.

Usus liturgiae Glagolito-Romanae in ecclesia parochiali Montrei (Montrilj) adhuc 1835 — 1838 viget; cantus choralis in Missa usque ad 1871; ususque Ritualis Croatici usque ad exitum saeculi viguit.

Ex depositione testium fidedignorum; cfr. in Indice Analitico s. v. Parentin.-Polensi fontes relatos.

285. XIX s., Motovrani, Marčani, Crnicae et Kavrani Parentin.-Polen.

Usus liturgiae Glagolito-Romanae in matrice Motovrani (Momerano) et in filialibus Marčani (Murzanae), Crnicae et Kavrani ab immemorabili usque ad finem huius saeculi viget.

Ex testium fidedignorum depositione; cfr. in Indice Analitico s. v. Parentin.-Polen. foutes relatos.

286. XIX s., Novaki Parentin.-Polen.

Usus liturgiae Glagolito-Romanae in ecclesia parochiali Novaki usque ad quartum decennium huius saeculi ab immemorabili exclusive viget; ob deficientiam sacerdotum linguae palaeoslavicae peritorum usque ad praesens in Rituali et in exequiis permanet.

Ex testium fidedignorum depositione; cfr. in Indice Analitico s. v. Parentin.-Polen. fontes relatos.

287. XIX s., Pomerii Parentin.-Polen.

Usus liturgiae Glagolito-Romanae ab immemorabili in ecclesia Pomerii vigens, ob deficientiam sacerdotum linguae palaeoslavicae peritorum postremis decennis huius saeculi ad partes missae cantatas et alias functiones extra missam coarctatur.

Ex testium fidedignorum depositione; cfr. in Indice Analitico s. v. Parentin.-Polen. fontes relatos.

288. XIX s., Predubac Parentin.-Polen.

Usus liturgiae Glagolito-Romanae ab immemorabili in ecclesia parochiali S. Laurentii in Predubac vigens, ob deficentiam sacerdotum linguam palaeoslavicam callentium secunda medietate huius saeculi ad partes missae cantatas, ad functiones Rituales et extra missam coarctatur.

Ex testium fidedignorum depositione; cfr. in Indice Analitico s. v. Parentin.-Polen. fontes relatos.

289. XIX s., Promontore Parentin.-Polen.

Usus liturgiae Glagolito-Romanae ab immemorabili in ecclesia Promontorii vigens, a parocho Francisco d' Elia (1837—1887) linguam palaeoslavicam non callente linguae vulgaris in partibus missae cantatis

substitutione innovatur; quae praxis usque ad interdictum Ordinariatus Parentino-Polensis anni 1892, permansit.

Ex testium fidedignorum depositione; cfr. in Indice Analitico s. v. Parentin.-Polen. fontes relatos.

290. XIX s., Rakalji Parentin.-Polen.

Usus liturgiae Glagolito-Romanae ab immemorabili usque ad annum 1897 in ecclesia parochiali Rakalji (Castelnuovo) viget.

Ex testium fidedignorum depositione; cfr. in Indice Analitico s. v. Parentin.-Polen. fontes relatos.

291. XIX s., Rovinjsko (villa di Rovigno) Parentin.-Polen.

Usui liturgiae Glagolito-Romanae ab immemorabili usque ad 1893 annum in ecclesia parochiali in Rovinjsko vigenti, modernus administrator Joannes Cecco derogare coepit, retento tamen ex parte usu linguae slavicae in ritualibus.

Ex testium fidedignorum depositione; cfr. in Indice Analitico s. v. Parentin.-Polen. fontes relatos.

292. XIX s., Sbandati Parentin.-Polen.

Usus liturgiae Glagolito-Romanae in parochiali ecclesia Sbandati ab immemorabili vigens, anno 1900 adhibitis custodibus securitatis publicae ab Ordinariatu Parentino-Polensi supprimitur.

Ex tes ium fidedignorum depositione; cfr. in Indice Analitico s. v. Parentin.-Polen. fontes relatos.

293. XIX s., Škitacae Parentin.-Polen.

Usus liturgiae Glagolito-Romanae ab immemorabili usque ad annum 1887 in ecclesia parochiali S. Luciae in Škitaca viguit excoeptis illis missae partibus, quae a sacerdote recitantur; sed postea innovationes ulteriores linguae latinae substitutione acciderunt.

Ex testium fidedignorum depositione; cfr. in Indice Analitico s. v. Parentin.-Polen. fontes relatos.

294. XIX s., Sternae Parentin.-Polen.

Usus liturgiae Glagolito-Romanae in ecclesia parochiali S. Joannis de Sterna ab immemorabili vigens, partialiter saltem usque ad postrema decennia huius saeculi permanet.

Ex testium fidedignorum depositione; cfr. in Indice Analitico s. v. Parentin.-Polen. fontes relatos.

295. XIX s., Turri Parentin.-Polen.

Usus liturgiae Glagolito-Romanae in ecclesia parochiali Turris et in filiali Abregae ab immemorabili viget.

Ex testium fidedignorum depositione; cfr. in Indice Analitico s. v. Parentin.-Polen. fontes relatos.

296. XIX s., Visignani Parentin.-Polen.

Usus liturgiae Glagolito-Romanae ab immemorabili Visignani vigens, postremis decenniis hujus saeculi ob deficientiam sacerdotum linguam palaeoslavicam callentium ex parte tantum exolevit.

Ex testium fidedignorum depositione; cfr. in Indice Analitico s. v. Paren in.-Polen. fontes relatos.

297. XIX s., S. Vitale Parentin.-Polen.

Usus liturgiae Glagolito-Romanae in ecclesia parochiali S. Vitalis ab immemorabili vigens usque ad secundam medietatem huius saeculi protrahitur.

Ex testium fidedignorum depositione; cfr. in Indice Analitico s. v. Parentin.-Polen. Fontes relatas.

298. XIX s., Veglen.

Usus liturgiae Glagolito-Romanae in universa dioecesi Veglensi, ab immemorabili vigens, episcopis Joanne Vitezić et Francisco Aniano Feretić, Vicario Capitulari Fr. Volarić et episcopo Antonio Mahnić curantibus ab abusibus per intrusionem linguae vulgaris pededentim purgatur, et ad primaevam puritatem reducitur.

Decreta Ordinariatus Veglensis 20 Dec. 1858, N. 814 (cfr. N. 61); 17 Julii et 27 Sept. 1880, N. 612, 853; 30 Sept. 1893, N. 1181; cfr. in Indice Analitico s. v. Veglen. Absoren. et Arben. fontes relatos.

Juxta Acta et Decreta Primae Synodi Veglensis MDCDI et Statum personalem Dioeceseos Veglensis 1903 anni (cfr. Vajs, Glagolitica I, 1903) sequentibus ecclesiis usus liturgicus linguae slavicae iam recognitus est:

„Elencus ecclesiarum dioecesis Veglensis (cui modo adiunctae sunt olim separatae dioeceseos Absorensis et Arbensis), quae gaudent privilegio linguae palaeoslavicae in s. Liturgia.

Usum linguae palaeoslavicae habent omnes ecclesiae et capellae in ambitu teritorii parochialis vel curatialis:

a) In Decanatu Veglensi: Poljicae (Poljica) numerus sacerdotum: 1.; Pontis (Punat) n. s. 2.; Monte (Vrh) n. s. 1.; S. Fuscae (Sv. Fuska) n. s. 1.

Huc adnumerari debent ecclesiae conventuales III. Ordinis Illyrici s. Francisci de Poenitentia Et quidem Veglae cum 3 sac; In Capite Insulae (Glavotok) cum 2. sac; ad S Mariam Magdal. 2. sac, Viari et Vallis S, Martini (Martinšćica) 1 sac.; residentia apud S. Joseph Lussini maioris cum 2 sacerdotibus.

b) In Decanatu Verbenicensi: Bescae (Baška) num. sac. 2.; Bescae Veteris (Stara Baška) n. s. 2.; Vallis Bescae (Draga) n. s. 1. Verbenici (Vrbnik) n. s. 3

c) In Decanatu Castromusculensi: Castromusculi (Omišalj) n. s. 2.; Dobrini (Dobrinj) n. s. 3.; Dubašnicae (Dubašnica) n. s. 2.; Miholjice n. s. 1.

d) In Decanatu Auxerensi: S. Jacobi (Sv. Jakov.) num. sac. 1.; S. Joanis (Štivan) n. s. 1.; Belej n. s. 1.; Promontorii Crucis (Puntakriža) n. s. 1.; Unije (Onije) n. s. 1.; Ustrine n. s. 0.; Vallis S. Martini (Martinšćica) n. s. 1.

e) In Decanatu Crepsensi: Capisuli (Beli, Caisole) n. s. 2.; Lubenicae (Lubenice) n. s. 1.; Vallon (Valun) n. s. 1.; Dragozetići (Dragozići) n. s. 1.; Orlec n. s. 1.; Vranae (Vrana) n. s. 0.; Predošćica (Predol-Šćica) n. s. 1.

f) In Decanatu Lussinensi: S. Petrus a Nimbis (Sv. Petar, Ilovik) num. sac. 1.; Sansigus (Susak) n. s. 1.; Ćunski n. s. 1.

g) In Provicariatu Arbensi: Neoparum (Lopar) num. sac. 1.; Novaljae (insula Pag) n. s. 2.; Lonus (Lun, ins. Pag) n. s. 1.; Barbati (Barbat) Barguli (Banjol) n. s. 1.; Mundanei (Mundanije) n. s. 1.; Vallis S. Petri (Supetarska, Draga) n. s. 1.; Camporae (Kampora) n. s. 1.

In ecclesiis paroch. Lussini minoris et maioris, in Collegiatis Crepsensi nec non in Arbensi in missarum solemniis Epistola et Evangelium lingua palaeoslavica cani solent.

Notandum quod praefatus Catalogus ecclesiarum glagoliticarum Veglensis dioeceseos a S Sede anno 1905 confirmatus est.

299. XIX s., Segnen.-Modruscien.

Usus liturgiae Glagolito-Romanae ab immemorabili vigens, ob deficientiam vero sacerdotum linguam palaeoslavicam callentium nec non librorum liturgicorum glagoliticorum, intrusione linguae latinae et slavicae vulgaris in missam cantatam, hoc saeculo durante innovatus, ab episcopo Georgio Posilović anno 1893 in universa dioecesi repristinatur.

Cfr. in Indice Analitico s. v Segnen.-Modruscen. fontes relatos; Schematismus cleri dioecesani Segnensis et Modruscensis seu Corbaviensis a. 1903; universi sacerdotes curam animarum agentes glagolitae sunt 218 numero.

300. XIX s., Flumine, Segnen.

A canonicis et cappellanis ecclesiae collegiatae S. Mariae Flumine in quaternionibus choralibus characteribus latinis partes cantatae missarum ferialium Quadragesima durante ex Missali Glagolito-Romano describuntur: Introitus, Graduale, Offertorium et Communio; ad usum cujuscumque eorum pro cantu Missae conventualis Glagolito-Romanae.

Quaterniones chorales ecclesiae Collegiatae Flumine, quibus canonicus et catechista Matthaeus Marušić, 1865—1871 munere cappellani Flumine fungens, usus est; et in praesens canonicus Joseph Polić senior utitur; qui hoc cum nobis communicarunt. Cfr. in Indice Analitico s. v. Flumine (Castro s. Viti) fontes relatos.

301. XIX s., Jadren.

Usus liturgiae Glagolito-Romanae ab immemorabili in Jadrensi et eidem anno 1828 aggregata Nonensi dioecesi vigens, ob deficientiam sacerdotum palaeoslavicam linguam callentium hoc saeculo durante hinc inde in missa ex parte sacerdotis tantum intermissus, declaratione S. Rituum Congregationis 14 Augusti 1900 (cfr. N. 109 A.) Vicario Capitulari Joanni Borzatti data, repristinatur.

Cfr. in Indice Analitico s. v. Jadren. et Nonen. fontes relatos. A Vicario Capitulari Joanne Borzatti et Illustrissimo ac Reverendissimo Archiepiscopo Matthaeo Domino Dvornik ius linguae liturgicae slavicae sequentibus ecclesiis iam recognitum est:

Bokanjac, Diklo, Peterčane, Kožino, Murvica, Gruhe-Briševo, Vlašić, Povjana, Kolane, Zaton, Vrsi, Vir, Visočane, Radovin, Ljuba, Tribanj, Slivnica, Posedarje, Pridraga, Jesenice, Nadin, Korlat, Pristeg, Vrana, Radošinovac, Biograd, Filipjakov, Turanj, Pakoštane, Vrgada, Polača, Olib, Premuda, Ist, Mulat, Sale, Zaglava, Žman, Luka, Dragove, Soline, Veli Rat, Rava, Iž Veliki, Preko, Pašman, Nevidjane-Mrljane, Dobropoljana, Banj, Tkon.

Praeterea III Ordinis Illyrici S. Francisci de Poenitentia, provinciae Quarneri: Conventus Jaderae ad ecclesiam S. Michaelis cum cappella Nativitatis B. M. V. vulgo S. Giovannino extra muros; conventus in Scopulo Galovac prope Preko ad ecclesiam S. Pauli primi eremitae. Cfr. Status personalis et localis archidioeceseos Jadertinae ineunte anno Domini MCMV, Jaderae typis S. Artale 1905.

302. XIX s., in decanatu Scardonensi Sibenicen.

Usus liturgiae Glagolito-Romanae in omnibus ecclesiis decanatus Scardonensis (usque ad 1830 annum dioeceseos Scardonensis) ab immemorabili vigens, vel a Franciscanis M. O., quorum curae maior pars parochiarum tradita est, vel a sacerdotibus linguam palaeoslavicam non callentibus, linguae latinae substitutione in missa, caeteris vero functionibus juxta Šćavet et Rituale Croaticum persolutis, hoc saeculo durante coarctatus est.

Ex testium fidedignorum depositione, cfr. in Indice Analitico s. v. Scardonen. fontes relatos.

303. XIX s., in decanatu Kniniensi, Visocensi et Dernišiensi Sibenicen.

Usus liturgiae Glagolito-Romanae in decanatu Kniniensi Visocensi et Dernišćensi (usque ad annum 1688 partibus dioeceseos Tiniensis) ab immemorabili vigens, a Franciscanis M. O., quorum curae universae ecclesiae horum decanatuum traditae sunt, taliter innovatus est, ut substituta latina missa palaeoslavicae, in caeteris functionibus, partialiter etiam in cantu chorali missae solemnis, lingua croatica juxta Šćavet et Rituale Croaticum invecta est.

Ex testium fidedignorum depositione, cfr. in Indice Analitico s. v. Tinien. et Sibenicen. fontes relatos.

304. XIX s., in decanatu Tiesnensi (Stricti) Sibenicen.

Usus liturgiae Glagolito-Romanae in ecclesiis decanatus Tiesnensis ab immemorabili vigens, in nonnullis ecclesiis perduravit (Murterii usque ad 1823; Betinae usque ad 1860), in aliis vero a sacerdotibus linguam palaeoslavicam non callentibus, linguae latinae in missa substitutione, caeteris vero functionibus juxta Šćavet et Rituale Croaticum persolutis, coarctatus est.

Ex testium fidedignorum depositione; cfr in Indice Analitico s. v. Sibenicen. fontes relatos.

305. XIX s., in decanatu Urbano Sibenicen.

Usus liturgiae Glagolito-Romanae in decanatu Urbano Sibenicensi ab immemorabili vigens, XIX. s. durante varia fata passus est. Dum in maxima parte ecclesiarum usque ad postrema decennia vel ex toto vel ex parte perseveravit (Kaprije usque 1891 exclusive; Prvić-Luka inde a XV s. ad praesens exclusive; Vodice usque 1876; Zaton usque 1817, deinde post interruptionem usque 1888; Rasline usque 1870; Šepurine usque 1859) in duobus ecclesiis tantum (Zlarin et Tribunj) ineunte hoc saeculo intermissus est; quae innovationes ob deficentiam sacerdotum linguam palaeoslavicam callentium obtigerunt; quare usu Šćaveti et Rituali croatici, nec non usu linguae croaticae in Officiis Defunctorum, et Hebdomadae Majoris, in processionibus et in aliis functionibus extra missam adhibito in ecclesiis, a sacerdotibus supradictis latinizatis, nec non in ipsa ecclesia cathedrali et in missa parochiali, in ipsa missa pontificali, linguae croaticae substitutio obliteratae palaeoslavicae invecta videtur.

Ex testium fidedignorum depositione; cfr. in Indice Analitico s. v. Sibenicen. fontes relatos.

306. XIX s., in decanatu Suburbano Sibenicen.

Usus liturgiae Glagolito-Romanae in decanatu Suburbano Sibenicensi ab immemorabili vigens, vel a sacerdotibus saecularibus linguam palaeoslavicam non callentbius (Varoš, Mandalina, Vrhpolje-Jadertovac) vel a Franciscanis M. O. (Konjevrate, Danilo et Krapanj), linguae latinae in missa substitutione, in caeteris vero Šćavet et Rituali Croatico adhibitis, maxima ex parte innovatus est.

Ex testium fidedignorum depositione; cfr. in Indice Analitico s. v. Sibenicen. fontes relatos.

307. XIX s., in decanatu Rogoznicensi Sibenicen.

Usus liturgiae Glagolito-Romanae in ecclesiis decanatus Rogoznicensis (usque ad 1828 annum partialiter Traguriensis dioeceseos) ab immemorabili vigens, hoc saeculo durante in nonnullis ecclesiis (Primošten usque 1831, Marinae usque 1861) perseveravit; et a sacerdotibus saecularibus linguam palaeoslavicam non callentibus (Rogoznica-Račice, Primošten, Marina, Blizna et Bristivica) linguae latinae in missa substitutione, caeteris functionibus juxta Šćavet et Rituale Croaticum persolutis, coarctatus est.

Ex testium fidedignorum depositione; cfr. in Indice Analitico s. v. Sibenicen. fontes relatos.

308. XIX s., Spalaten-Makarsken.

Usus liturgiae Glagolito-Romanae ab immemorabili vigens in dioecesi Spalaten. — Makarskensi (et in eidem anno 1828 aggregatis Traguriensi et parte Tininiensis dioeceseos), a sacerdotibus linguam palaeoslavicam non callentibus linguae latinae in missa substitutione, vel linguae croaticae vulgaris adoptione coarctatus, postremo decennio hujus saeculi ab Ordinariatu Episcopali ad pristinam puritatem restitui incoeptus est.

Ex testium fidedignorum depositione; cfr. in Indice Analitico s. v. Spalaten. Makarsken. Tragurien. et Tinien. fontes relatos.

309. XIX s., Pharen.

Usus liturgiae Glagolito Romanae vigens olim in Pharensi dioecesi, durante hoc saeculo [cfr. N. 77] in nonnullis ecclesiis perseveravit (S. Domenicae parochiae Svirće usque ad annum 1839; Velo Selo parochiae Vis usque 1830; S. Nicolai parochiae Supetar usque ad initium hujus saeculi; Stivanj usque ad 1850; Blacae usque ad praesens; Murvicae usque ad 1864 exclusive, deinde sporadice; Pučišće usque ad 1830; Praznicae usque ad 1872; Gornji Humac intermissive usque ad 1872); in aliis vero ob defectum sacerdotum linguam palaeoslavicam callentium, vel linguae latinae in missa substitutione vel linguae croaticae vulgaris in caeteris functionibus adoptione, coarctatus est.

Ex testium fidedignorum depositione; cfr. in Indice Analitico s. v. Pharen. fontes relatos.

310. XIX s., Ragusin.

Usus liturgiae Glagolito-Romanae in dioecesi Ragusina olim vigens, quum interdicto archiepiscopi Bernardini Larizzi exolevisset (cfr. XVII s. N. 120), adoptione linguae latinae in missa et linguae croaticae vulgaris in caeteris functionibus restringitur.

Ex testium fidedignorum depositione; cfr. in Indice Analitico s. v Ragusin. et Nigrocorcyren. fontes relatos

311. XIX s., Catharen.

Usus liturgiae Glagolito-Romanae in Catharensi dioecesi ab immemorabili vigens, XIX saeculo durante in parochiis foraneis sporadice perseverat; hinc inde a sacerdotibus linguam palaeoslavicam non callentibus, linguae latinae in missa substitutione et linguae croaticae vulgaris in caeteris functionibus adoptione, coarctatur; tandem ab episcopo Francisco Uccellini in sex ecclesiis parochialibus restituitur.

Ex testium fidedignorum depositione; cfr. in Indice Analitico s. v. Catharen. fontes relatos.

312. XIX s., in provincia Vrhbosnen.

Usus communis liturgiae Glagolito-Romane in omnibus dioecesibus modernae provinciae Vrhbosnensis, tam libera republica usque ad annum 1463, quam sub Ottomanico dominio (1463—1878) vigens, quum inde ab exitu XVIII. saeculi Franciscani M. O., quibus cura animarum in universa provincia deputata est, in scholis theologicis Italiae educati amplius linguam palaeoslavicam non callerent, presbyteros saeculares glagolitas usque ad 1849 (cfr. N. 49 c, d; 54 d) annum adhibuissent, serius vero linguam latinam in missa substituissent, intermissus; post occupationem vero huius provinciae ab imperio Austro-Hungarico una cum restitutione hierarchiae ordinariae 1881 anno, eo quod secundum Jus Canonicum tempore dominationis non christianae praescriptio contra jura ecclesiarum non admittitur, sed potius hierarchia ordinaria restituta, iisdem vestitui debent et jura; mens erat S. Sedis ut usus ille repristinaretur; quod adhuc — editionem Ritualis Croatici (cfr. N. 101) si excipias — in votis est.

Moderna provincia Vrhbosnensis anno 1881 instituta est tribus cum dioecesibus: Vrhbosnen. Banjalucen. et Mostaren.-Dumnensi. Inde ab anno 1233 Bosnen. vel Diakoven. dioecesis subjecta erat provinciae Colocensi; et 1773 unita est Syrmiensi; sed 1852 una cum Administratura Apostolica Belgraden. et Semendrien. neoerectae provinciae Zagrabiensis suffraganea constituta est. Quum autem dioecesis Bosnen. vel Diakoven. sede vacante Vicariis Apostolicis Ord. S. Fr. M. O. saepius inde a XVIII s. committeretur, inde ab anno 1832 Vicariatus Apostolicus Bosniae et Hercegovinae institutus, Bosniam cissavanam et Dumnensem dioecesim comprehendebat; anno vero 1854 dioecesis Mostaren.-Dumnensis pro Hercegovina septemtrionali restituta est. Dioecesis vero Mercano-Tribuniensis provinciae Ragusinae suffraganea, anno 1839 demandata episcopo Ragusino titulo Administratoris Apostolici, XVII s. liturgia Glagolito-Romana exlusive utebatur (cfr. XVII s. N. 120).

Bosnensem et Dumnensem dioecesin ad provinciae Spalatensis jurisdictionem antiquioribus saeculis pertinuisse probabilius videtur, tamen inde ab anno 1067 Bosnensem dioecesin ad Antibarensis provinciae ius spectasse certum est.

Saeculis XVI et XVII ius metropoliticum Spalatense in bosnenses dioeceses repristinatum videtur; nam anno 1557 Fr. Franciscus Crassus O. M. tanquam procurator episcopi Semendrien. et Administrator Bosnensis Synodo Spalatensi interfuit; et 1604 archiepiscopus Spalatensis Marcus Antonius de Dominis iura sua metropolitica in easdem dioeceses iudicialiter vindicavit.

Ex usu communiter vigente liturgiae Glagolito-Romanae in provincia Spalaten. usque ad XI s.; et inde ab anno 1067 in provincia Antibarensi pari modo ac in Ragusina provincia et modernas bosnenses dioeceses tali jure potitas fuisse patet. Ex relatione legati apostolici Joannis a Casamaris a. 1203 (Theiner, Mon. Slav Merid. I, 19, N. 34; cfr. Assemani Cal. eccl. univ. 1755, V. 63 ss.) ipsum episcopum bosnensem non liturgiae Latinae sed Glagolito-Romanae fuisse deducitur.

Liturgiam Glagolito-Romanam Franciscanos adoptasse et usque ad XVIII s. in parochialibus officiis sacris retinuisse; sacerdotes vero saeculares glagolitas in bosnensibus dioecesibus curam animarum adhuc prioribus decenniis XIX s. egisse ex relatis iam patet. Cfr. in Indice Analitico s. v. Provincia Vrhbosnensis, Dioec. Bosnen., Mostaren.-Tribinnien. et Dumnen. fontes relatos.

Liberatis Bosnia et Hercegovina anno 1878 ab Ottomanis et ordinaria hierarchia anno 1881 restituta, iura Vrhbosnensis ecclesiae etiam liturgica resti-

tuenda erant, iuxta principium canonicum iam a Joanne papa VIII in Commonitorio ad Paulum Anconitanum legatum in Germaniam et Moraviam expositum:

„Ipse nosti, o gloriosissime rex, quod Pannonica dioecesis Apostolicae Sedi sit subiecta, licet bellica clades eam ad tempus ab illa substraxerit et gladius ad horam hostilis subduxerit. Verum redita ecclesiis pace reddi debuerunt et jura, quae cum pace reddita [sic] tyrannicus unicuique furor ademerat. Id ipsum sancto papa Leone in Decretis Canonicis, cum de reintegrando nuptiarum foedere scripserat, inneunte ac dicente: remotis malis, quae hostilitas intulit, unicuique id, quod legitime habuit, reformetur. — Item. Si de annorum numero forte causatur, sciat Ludovicus rex, quia inter Christianos et eos, qui sunt unius fidei, numerus certus (annorum pro praescriptione) affixus est. Ceterum ubi paganorum et incredulorum furor in causa est, quantalibet praetereant tempora, iuri non praejudicat ecclesiarum.“ Pastrnek, Dějiny Cyrilla ta Methoda, Prag, 1902, n. 249 ss.

313. XIX s., in Goritien., Jadren., Zagrabien. et Vrhbosnen. provinciis.

In omnibus ecclesiis communitatum slavicarum Illyrici Occidentalis: provinciarum Goritien., Jadren., Zagrabien., Vrhbosnen. et Antibarensis tam Libri Liturgici Glagolitici (Missale, Breviarium), quam lingua croatica vulgari confecti et vel a S. Sede vel a SS. Concilio Tridentino approbati (Rituale Croaticum anno 1640 cfr. XVI s. N. 109; Evangeliarium vulgo Šćavet nuncupatum, cfr. XVI s. N. 100—115) antiquiorum et recentiorum editionum, ab Auctoritate ecclesiastica competenti recognitarum, singulis vel pluribus exemplaribus asservantur.

In ecclesia S. Mariae monialium Ord. S. Benedicti Jadrae Tabella Precum ante et post missam palaeoslavica lingua characteribus vero latinis, XVIII s. Venetiis typis impressa, usque ad praesens prostat.

Iuxta conscriptionem statisticam librorum liturgicorum per singulas dioeceses, quam integraliter referre superfluum videtur.

314. XIX s., in ecclesia SS. Georgii et Tryphonis Venetiis.

Usus liturgiae Glagolito-Romanae in ecclesia nationali SS. Georgii et Tryphonis ab immemorabili vigens, hoc saeculo durante, quando copia sacerdotis glagolitae adest, in missa perseverat; in caeteris vero functionibus sacris usu linguae vulgaris iuxta Rituale Croaticum et Evangeliarium semper adhibito.

Ex testium fidedignorum depositione; cfr. in Indice Analitico s. v. Venetiis fontes relatos.

315. XIX s., in ecclesia S. Hieronymi Slavonorum Romae.

Usus liturgiae Glagolito-Romanae in ecclesia nationali S. Hieronymi de Urbe olim vigens, hoc saeculo durante ad cantum Epistolae et Evangelii lingua slavica vulgari in missis solemnioribus latinis coarctatur.

Il Sommo Pontefice Sisto V ha istituito in Roma il Capitolo di S. Girolamo degli Illirici ossia dei Dalmati, Croati e Sclavoni, i quali dagl' Italiani si comprendono nel solo nome di Schiavoni; ed accordò ad essi l' insigne privilegio di cantare nelle Messe più solenni l' Epistola ed il Vangelo nella lingua Slava dopo di averli cantati nella Latina.

Cardinale Domenico Bartolini, Memorie storico-critiche archeologiche dei Santi Cirillo e Metodio, Roma Tip. Vaticana, 1881; p. 160 nota; cfr. in Indice Analitico s. v. Romae fontes relatos.

316. in basilica coelimontana S. Clementis Romae.

In basilica coelimontana S. Clementis, in qua S. Cyrillus Slavorum Apostolus sepultus est, occasione peregrinationum slavicarum liturgia solemnis tribus postremis decenniis hujus saeculi slavica lingua persolvitur; in cappella SS. Cyrilli et Methodii a Leone papa XIII aedificata, sacerdotibus glagolitis missam Glagolito-Romanam semper fas est celebrandi.

Ex testium fidedignorum depositione; cfr. in Indice Analitico s. v. Romae fontes relatos.

317. XIX s. exeunte, Romae et apud Slavos Meridionales.

Quum petitio episcopatus Hungarici, ut liturgia Graeco-Slavica apud Slavos hungaricos Ritus Orientalis vigens, liturgia Romana latina vero vel magiarica lingua substitueretur, a S. Sede rejecta esset, actio diplomatica, administro a.-hungarico negotiorum externorum et legato a.-hungarico apud Vaticanum mediantibus, intentatur, ut Slavi Meridionales catholici suo privilegio liturgiae Glagolito-Romanae privarentur vel saltem minuerentur.

Memoriale episcopatus Hungarici magiarica ac latina lingua concinnatum, et anno 1897 typis in forma manuscripti nonnullis viris doctis ad notitiam transmissum; de qua actione a testibus fidedignis certiores facti sumus; cfr. N. 118 p. 107.

ADDENDA.

27a. 1807, Gradinae seu Geroldinae Parentin.

Liber Baptizatorum Gradinae prope a Vrsar XVIII. saeculo italice ac glagolitice descriptus, anno 1807 a parocho Lodovico Babić glagolitice conscribitur.

Ex adnotatione Špinčićiana.

28a. 1809, Sv. Lovreč Aemonien.

In parochia S. Laurentii in Daila Aemoniensis tunc, post a. 1828 vero Tergestinae, dioeceseos, parochus glagolitica erat, ut ex duabus adnotationibus glagoliticis in archivo ejusdem ecclesiae eruitur.

Adnotatio clarissimi A. Špinčić: „God. 1809 dva su zapiska glagoljska u župi Svetlovrečkoj. Tu se imenuje plovanija Sutlovreška." In Collectione Špinčićiana.

37a. 1824, Flumine Segnen.

Manuale Rituum lingua croatica vulgari typis Karletzky vulgatur.

Naçini sluxiti Svete Sakramenti, çiniti neke sv. Blagoslovi i potrebne Bogolubnosti. U Reci 1824, Pritiskano slovima Osipa Antuna Karletzky.

Exemplar in cappellania S. Petri parochiae Tar Parentinae dioeceseos.

40a. 1829, 10 Aprilis, Vindobonae.

Quum archiepiscopus Jadrensis Joannes Franciscus Nowak anno 1827 declarasset, studium linguae Palaeoslavicae pro clero Dalmatico necessarium non esse, Seminarium Centrale Illyricum Jadrae (cfr. N. 31, 39), decreto Gubernii Austriaci latinizatur; retenta tamen cathedra linguae Palaeoslavicae, inde ab anno 1829 usque ad 1855 Fr. Benedicto Mihaljević Tertii Ordinis S. Francisci concredita; eoquod usus

liturgiae Glagolito-Romanae in Dalmatia vigeret (cfr. infra N. 47a, 47b, 49a, 56a, 83).

Dr. H. Zschokke. Die theologischen Studien und Anstalten der kath. Kirche in Oesterreich, Wien und Leipzig 1884, p. 825.

43 a. Usque ad ann. 1831, Aemoniae.

In die festo S. Pelagii titularis ecclesiae cathedralis (inde ab anno 1831. collegiatae) curatores animarum foranei ex universa dioecesi convenientes, liturgiam sacram in cathedrali ecclesia lingua palaeoslavica praesente episcopo persolvebant.

Ex adnotatione Špinčićiana.

43 b. 1821 – 1830, Jadrae.

In Seminario Theologico Centrali Jadrensi omnes praelectiones croatica lingua habentur iuxta textus croaticos:

1. Theologia dogmatica: Teologija općena, osobito viroredna. Latine a Matthaeo Ravniker, croatice a professore Vincentio Budrović.

2. Theologia moralis: Bogoslovje ćudoredno, Latine a Carolo Reiberger.

3. Archaeologia biblica: Arkeologija biblika oliti Biblisko Staroslovje.

4. Introductio V. F.: Pismo sveto. Uvod u stari zavjet, a professore Joseph Čubranić Bescano.

5. Introductio N. F.: Uvod u Novi Zavjet a professore Joseph Čubranić Bescano.

6. Theologia Pastoralis: Bogoslovje pastirsko a Paulo Kačić-Miošić Spalatensi episcopo.

7. Historia Ecclesiastica: Zgodopisje crkovno a Paulo Kačić-Miošić Spalatensi episcopo.

8. Jus ecclesiasticum: Zakon crkovni a Paulo Kačić-Miošić Spalatensi episcopo.

9. Philosophia: Umoslovje, Spoznanje, Ćudoslovje i Prirodoznanje a canonico Catharensi Antonio Raimundo Stefani.

10. Methodica: Blagoučenje.

11. Cathechetica: Kateketika.

12. Homiletica: Tumačenje pištula, homilije.

13. Lingua palaeoslavica: Gramatíka Slovinska a p. Benedicto Mihaljević Veglensi III. Ord. S. Francisci de Poenitentia.

14. Agricultura: Poljnotežanje.

Manuscripta originalia presbyteri Georgii Premuda sen., alumni Seminarii Theologici Centralis Jadrensis, apud presbyterum V. Premuda Bescanum asservata.

47a. 1834, in Dalmatia.

Quum propter latinizzationem Seminarii Centralis Jadrensis a Gubernio Austriaco peractam (cfr. N. 40a), dioeceses Dalmatiae et deficientia cleri et sacerdotum latinorum, in Seminario Centrali Jadrensi educatorum, inhabilitate ad curam animarum in parochiis ruralibus laborare coepissent, episcopi Dalmatiae a Gubernio Austriaco repristinationem Seminarii Illyrici pro educatione cleri Glagolitici expostulant. Spalatensis episcopus Paulus Clemens Miošić petitione Imperatori ac Regi Ferdinando I. porrecta, institutionem Seminarii Glagolitici Provincialis pro 40 alumnis his de causis proponit: 1. necessitatibus peculiaribus populi ruralis praeteritis temporibus clerus Glagoliticus optime satisfecit; e contra sacerdos educatus in Seminario Centrali latinizzato Jadrensi non est aptus ad curam animarum in ruralibus parochiis; 2. quum Studium Illyricum erectione et latinizzatione Seminarii Centralis Jadrensis abolitum fuisset, episcopi Dalmatiae privati sunt unica fonte, ex qua parochos rurales idoneos obtinere valerent; 3. in casu quod Studium Illyricum non repristinaretur, parochiae brevi tempore parochis carebunt.

Petitioni Spalatensis episcopi episcopus Catharensis Stephanus Paulović Lučić accedit, exoptans clero Glagolitico mediante unionem Graecorum Schismaticorum consequi posse, pro sua dioecesi 10 alumnatus petens; eodem modo episcopus Sibenicensis Philippus Bordini et Pharensis Joannes Škakoc petitioni Spalatensis episcopi accedentes alumnatus pro sua dioecesi petunt.

Archiepiscopus Jadrensis Joannes Franciscus Nowak assertiones suffraganeorum partialiter ratificat; et in praesentibus conditionibus repristinatio Studii Illyrici eidem quoque desiderabilis videtur; quare pro sua dioecesi 12 alumnatus in neorigendo Seminario Glagolitico Provinciali petit.

De loco erectionis Seminarii Glagolitici Provincialis episcoporum sententiae discrepant; nonnullis Seminarium Illyricum Spalatense in Priko prope ab Almissa locus congruus videtur; aliis vero urbs Jadrensis; archiepiscopo Jadrensi nulla urbs congrua videtur.

Dr. H. Zschokke, Die theologischen Studien und Anstalten der kath. Kirche in Oesterreich, Wien und Leipzig, 1894, p. 826 s.

47b. 1835, 6. Aprilis, Vindobonae.

Gubernium Austriacum repristinationem Seminarii Illyrici Provincialis pro clero Glagolitico (cfr. N. 40a, 47a) ab episcopis Dalmatiae propositam, rejicit.

„Die Studienhofcommission beantragt in dem allerunterthänigsten Vortrage (1835, Z. 2254), daß es bei der Allerhöchst sanctionirten Ordnung über die theologischen Studien in Dalmatien bleiben und das beantragte Illyrische Studium nicht wieder eingeführt werden solle, und zwar: 1. weil dasselbenicht nohtwendig und das Lateinische Studium im Wachsen der Schülerzahl begriffen sei; 2—4. würde dadurch das Lateinische Studium neben einem solchen Institute in Abnahme kommen; 5. die Wiedereinführung des Illyrischen Studiums wäre der Ehre des Weltpriesterstandes entgegen, da ja selbst die Orden, wie die Franciscaner, ein organisirtes Lateinisches Studium der Theologie besitzen und bald auch eines der Philosophie haben werden, sobald die in Wien anwesenden Cleriker ihre Bildung vollendet haben. Die Studienhofcommission beantragte daher die Abweisung der Wiedereinführung des Illyrischen Studiums, jedoch möge Se. Majestät gestatten, daß die Bischöfe Dalmatiens ermächtigt werden, solange dem Clerus noch Mangel droht, einzelne illyrische Individuen, die sie für geignet halten, in den nothwendigsten Gegenständen der Theologie unterrichten laßen, ohne daß gerade die Staatsverwaltung für diesen Unterricht irgend eine Sorge übernimmt, und wenn sie für tauglich erkannt werden, jedoch unter der Voraussetzung einer jährlich hieher zu erstattenden Anzeige und einzuholender Genehmigung, zur Priesterweihe lassen zu dürfen. Die Allerhöchste Entschließung vom 6. April 1835 genehmigte diese Anträge."

Dr. H. Zschokke, Die theologischen Studien und Anstalten der kath. Kirche in Oesterreich, Wien und Leipzig, 1894, p. 827 s.

48a. 1814—1835, in Istria.

Opusculum precum, a gubernio Austriaco in terris Illyricis introductarum, pro ecclesiis Istriae croatica vulgari lingua typis vulgatur.

Pohvale i molitve koje imadu se reći na službu božju u svih cesarskih kraljestvih. Na osobitu službu cerkav od Istrije.

Exemplar in ecclesia Mošćenice Polensis dioeceseos; ex adnotatione Špinčićiana, ubi animadvertitur opusculum hoc editum fuisse aetate Francisci I. Austriae imperatoris.

48 b. 1836, Fojnicae Bosnen.

In ecclesiis curatialibus Duvni et Livni conventui Fojnicensi Ord. S. Francisci M. O. unitis, quinque sacerdotes saeculares glagolitae curam animarum agunt:

R. D. Elias Jurčević,
„ „ Jacobus Jurčević,
„ „ Jacobus Perković,
„ „ Georgius Dilber,
„ „ Joannes Kolak.

Ex Schematismo anni 1836; juxta relationem p. Michaelis V. Batinić Ord. S. Francisci M O. Brestovski 4 Aprilis 1905 datam.

Ad N. 49. 1838, Venetiis.

Pisctole i evangelja priko svega godiscta na novi naçin ištomaçena po razlogu Missala Dvora rimskoga. U Mletczih po Ivanu Karstiteglju Merlu MDCCCXXXVIII.

Venetiis in Curia Patriarchali, Die 20 Julii 1837.

Admittitur

I. Card. Monico Patr.

Praefatio subscripta ab editore Fr. Antonio Jukić, Definitore provinciae SS. Redemptoris S. Francisci de Obs.

Exemplar in ecclesia S. Michaelis Jadrae.

49 a. 1814—1839, Sutiskae Bosnen.

In ecclesiis curatialibus Zovicae, Goricae, Bielae, Sutiskae et Roško polje, conventui Sutiskensi Ord. S. Francisci M. O. unitis, presbyter saecularis Thaddaeus Čalić glagolita curam animarum agit.

Presbyter saecularis R. D. Thaddaeus Čalić a Vinicza (Hercegovinae), glagolita; 1814 cappellanus Zovicae in parochia Dubravae; 1815 cappellanus de Goricze; 1819 cooperator parochiae Bielae; 1835 administrat parochiam S. Joannis Baptistae Sutiskae nomine conventus.

Die 8 Januarii 1835 in Roško polje. † R. Dominus Thaddaeus Čalić qui omnia sua Conventui Suttiskensi legavit.

Schematismus anni 1835; Necrologium Tolisae et Liber Baptizatorum parochiae Dubravae 1814—1819; juxta relationem P. Milivoj Mijatović Ord. S. Fr. M. O., cooperatoris Tolisae, 4 Aprilis 1905 datam.

49 b. 1817—1839, Tolisae et Sutiskae Bosnen.

Presbyter saecularis Joseph Lučić Glagolita curam animarum in ecclesiis curatialibus Bielae-Varešii, Tuzlae, Potočani et Tolisae, conventibus Sutiskensi et Tolisensi Ord. S. Francisci M. O. unitis, agit.

R. Dominus Josephus Lučić, presbyter saecularis Hieronymianus vulgo Glagolita; 1817 cappellanus parochi P. Ageli Dugonjić Varešii in filiali Biela; 1820 cappellanus Tuzlae; 1829 habitum Tertii Ordinis S. Francisci in ecclesia S. Joannis Baptistae de Sudinska induit. 1835 Socius parochi P. Lucae Terzijić in Potočani; 1835 cappellanus P. Eliae Starčević ex-definitoris Tolisae ad Savum.

Tolisae die 17 Junii 1839. Adhuc 2 hujus ictu hemi-plectico tactus R. Dominus Josephus Lučić presbyter saecularis — ex hac ad meliorem vitam migravit, annos 59. natus, cujus cadaver die sequenti — ad coemeterium Karaula dictum — humatumque fuit.

Schematismus anni 1835; Necrologium Tolisae; Liber Baptizatorum parochiae Dubravae; Liber Defunctorum conventus Tolisae; juxta relationem P. Milivoj Mijatović Ord. S. Fr. M. O., cooperatoris Tolisae, 4 Aprilis 1905 datam.

49c. 1840, 17 Augusti, Vindobonae.

C. R. Gubernium decreto N. 4714/191, studium linguae palaeoslavicae in Seminariis provinciae Dalmatiae, non amplius obligatorium, sed facultativum declarat.

Cfr. N. 49 b et 53 a.

49d. 1840, 21 Augusti, Vindobonae.

Propositio Ordinariatus Jadrensis, ut instructio lingua croatica vulgari in nonnullis saltem disciplinis theologicis apud Seminarium Centrale Jadrense introducatur, a Gubernio Austriaco rejicitur (cfr. N. 40a, 47a, b, 49c).

„Was die beiden Anträge des Ordinariates in Zara betrifft, 1. daß das illyrische Sprachstudium zu einem Obligatgegenstande erhoben werde, und 2. daß der Professor der Pastoral die Abhandlung von den Sacramenten (Liturgik) auch in der illyrischen Sprache vortrage, desgleichen der Lehrer der Katechetik seine Vorlesungen auch in derselben Sprache halte, so ist nicht in Abrede zu stellen, daß ein solcher Unterricht in der Verwaltung der illyrischen Seelsorge unentbehrlich ist. Allein zu einer solchen Verordnung liegt umsoweniger ein hinreichender allgemein giltiger Grund vor, als es sich blos um die Verpflichtung der Cleriker zum illyrischen Studium behufs ihrer Befähigung zur illyrischen Seelsorge handelt, diese Verpflichtung aber nach Maßnahme der Bedürfniße illyrischer Seelsorgestationen ohne Beirrung den betreffenden Ordinariaten zustehe. Ad 2. kann dem Antrage nicht Folge gegeben werden, weil ein Lehrvortrag in zweierlei Sprachen vor denselben Schülern Unzukömmlichkeiten Raum geben, Nachtheil für den Unterricht selbst herbeiführen würde und den bestehenden Vorschriften zuwiderläuft. Man verkennt zwar nicht, daß besondere Uebungen in der Liturgie, im Predigen, Katechisiren in illyrischer Sprache wünschenswerth sind, glaubt aber, daß hierin die erforderliche Nachhilfe von Seite des Seminarvorstandes geleistet werde. Uebrigens bleibt es dem Professor der Pastoral unbenommen, schriftliche Kanzelvorträge und Ausarbeitungen in illyrischer Sprache von seinen Schülern zu verlangen."

Dr. H. Zschokke, Die theologischen Studien und Anstalten der kath. Kirche in Oesterreich, Wien und Leipzig, 1894, p. 828.

49e. 1807—1842, Abregae Parentin. (Polen.).

Presbyter Velović, Abregae natus et in conventu B. V. Mariae in agro Visinadensi educatus, dum munere parochi functus est, liturgia glagolito-romana exclusive usus est.

Juxta testes de visu clarissimus Špinčić retulit; testificans hos libros liturgicos Abregae asservari:

1. Missale Glagoliticum pro Ecclesiis Istriae pleniori titulo: „Mise za umrvšie samo iz misala rimskoga izvadjene svojim zakonom kako se v Ist(r)ii služi, za službu i način svih crkav. Romae MDCCLXVII. Typis Sacrae Congregationis de Propaganda fide. Superiorum permissu." Cfr. XVIII s. N. 90.

2. Evangeliarium lingua croatica vulgari: „Pištole i evangjelja priko svega godišta, novo iztumačena po razlogu misala Rimskoga. V Bnecih. Po Nikoli Pecanu 1739. S pripušćenjem i privilegijom novo iztomačenje pištola i evangjeliih priko svega godišta. Sa svim koja dosad u slovenski jezik iztumačenu manjkahu. Po fra Juvanu Bandulauichu Škopljaninu R. M. B. mnogo jošte iz nova druge stvari nadodajući nakon 1639.“ Cfr. XVII s. 109, 116 b; XVIII, N. 53

53 a. 1847, 8 Martii, Jadrae.

C. R. Gubernium Dalmaticum, illo facto motus quod juvenes sacerdotes, eoquod linguam palaeoslavicam liturgicam sufficienter non callerent, curae animarum praecipue foraneae se subtrahant, ut studium linguae croaticae obbligatorium in Seminariis Provinciae introducatur proponit, votum desuper omnium Ordinariatuum episcopalium expostulans.

N.o $\frac{965}{177}$

Dall' Imp. Reg. Governo della Dalmazia.

Nel rassegnare all' Aulico Dicastero la relazione sullo stato ed audamento degli studii teologici di questa Provincia, aveva trovato il Governo di richiamare la Superiore attenzione alla circostanza di fatto che non di rado sacerdoti giovani, e specialmente oriundi dalle Città si sottragono alla cura di anime particolarmente di campagna per motivo della poca conoscenza della lingua illirica liturgica, sebbene vi esista nel Seminario Centrale un triennale corso di tale studio.

Quantunque in seguito al riverito Aulico Dispacio dei 14 Novembre a. p. No. 8244/3090 sia vicino il provvedimento della cattedra della lingua illirica, con un altro Professore in sostituzione del P. Michalevich oramai di passati 78 anni di età, pure non si potrebbe ritenere con ciò abbastanza provveduto al bisogno sino a tanto che lo studio della lingua illirica verrà in massima considerato come studio libero, per quale veniva dichiarato coll' Aulico Dispaccio dei 17 Agosto 1840 N.o 4714/191.

Il Governo ha creduto di dover dichiarare al superiore Aulico Dicastero che la conoscenza della lingua illirica si rende indispensabilmente necessaria per il clero di qualunque ceto di questa Provincia, e che in occasione della accennata decisione veniva supposto dal preriverito Aulico Dispaccio dei 17 Agosto 1840, che la Teologia Pastorale viene insegnata nella lingua illirica, ciò che da varii anni non è più il caso [cfr. N. 49 c].

Riflettuto pertanto al rimarcato inconveniente, che non pochi giovani sacerdoti sono sortiti dal locale Seminario non abbastanza preparati per la cura di anime di campagna, ha opinato il Governo che converebbe assumere in discussione se non portarebbe maggior vantaggio l' insegnamento della Teologia Pastorale nella lingua illirica, in ogni caso poì, che lo studio della lingua illirica venga dichiarato d'obbligo.

In riscontro si compiacque l' Eccelsa I. R. Aulica Commissione pegli studii di incaricare il Governo con riverito Dispaccio dei 3 Gennajo

p. p. No. 9363/366 d' interpellare li Reverendissimi Ordinariati, se essi pure sono del parere di rendere obbligato lo studio della lingua illirica nei Seminarii di questa Provincia

S' invita quindi il Reverendissimo Ordinariato di prendere in maturo esame il premesso quesito e di esternare in merito il proprio riputato parere possibilmente entro il corrente mese, avuto riguardo alle attuali circostanze e speziali esigenze di questa Provincia, specialmente in quello che riguarda la cura di anime, e la istruzione elementare per il di cui regolare disimpegno, e migliore avviamento si rende certamente necessaria la conoscenza della lingua del popolo.

Zara li 8 Marzo 1847.

(Duae subscriptiones illegibiles!)
Authenticum in archivo curiali Veglensi, 1847, N.o 580.

53 b. 1847, mense Aprilis in Dalmatia et Veglae.

Ordinariatus episcopales Dalmatiae et Veglensis ad propositionem C. R. Gubernii Dalmatici litteris circularibus 8 Martii 1847 [cfr. N. 53 a], non tantum, quod studium linguae croaticae in Seminariis ejusdem Provincia obbligatorium introducatur, consentiunt, sed etiam quod studium linguae palaeoslavicae ad conservationem speciosi privilegii liturgiae Glagolito-Romanae pari modo promoveatur, exoptant.

Cfr. Litteras circulares C. R. Gubernii Dalmatici de dato 1849, 16 Februarii N. 54 b. Ex relatione Ordinariatus Veglensis 6 Aprilis 1847 N. 580 haec excerpsisse sufficiat:

N.o 580.

Eccelso I. R. Governo di Dalmazia!

— — La lingua dominante nella Provincia Dalmata è innegabilmente l'illirica; ed anche nella parte di questa Diocesi annessa alla Provincia del Litorale viene comunemente parlata la stessa lingua. — — — — Per quanto consta all' Ordinariato, in tutta la Dalmazia sono poche parrochie, nelle quali non sia assolutamente necessaria la cognizione della lingua illirica per il rispettivo Curato, e veruna ove essa non sia molto utile, per adempire in ogni riguardo i doveri del ministero. — — — Dall' esposto riconoscerà l' Eccelso i. r. Governo esser intenzione dell' Ordinariato, e suo parere, che lo studio della lingua illirica volgare sia per gli studenti di Teologia studio di obbligo, acciò in cura di anime possano disimpegnare i loro doveri.

Quantunque tutte le esposte ragioni non possono esser addotte per fare uno studio di obbligo la lingua antica illirica, cioè il Glagolito; pure a cagione della liturgia sacra che ancora in questa diocesi ed in altri luoghi della Dalmazia forse si mantiene e celebra, a motivo della parte che il popolo prende nella liturgia, coi cantici in detta lingua usitati, del profitto che potrebbono ricavarne gli studenti a vantaggio della loro cultura per la lingua volgare illirica, e per le tante volte necessaria interpretazione di documenti originali antichi,

solamente in detta lingua esistenti, sarebbe di sommo vantaggio far loro apprendere anche il Glagolito, e ciò sott' obbligo, poichè non avendo altrimenti uno sprone, potrebbero facilmente abbandonarne lo studio o farlo svogliatamente senza profitto.

Quest' Ordinariato non può che sostenere anche l' intenzione dell' Eccelso i. r. Governo, di fare cioè pertrattare in illirico la Pastorale nei Seminarii dela Dalmazia. — — —

Dall' Ordinariato Vescovile

Veglia li 8 Aprile 1847

† Bartolomeo Vescovo.

Authenticum in archivo curiali Veglensi 1847. N. 580.

54 a. 1848, 25 Martii, in Croatia et Slavonia.

Delegati ad comitia regni Dalmatiae, Croatiae et Slavoniae, petitione regi Francisco Josepho I porrecta, repristinationem usus liturgiae Glagolito-Romanae expostulant:

No 30 . . . uvedenje narodnog jezika u cèrkvu polag starinskoga hèrvatskoga prava i običaja.

Proclamatio postulatorum Throno Regiae Caesareae Majestati a delegatis regni porrecta, Zagrabiae 1848, typis Gaj.

54 b. 1848, 5 Junii, Zagrabiae.

Quum ineunte mense Aprili votum pro repristinatione usus liturgiae Glagolito-romanae in Zagrabiensi dioecesi, eo quod idem usus usque ad XVIII s. viguerit (Cfr. XVIII s. N. 192) et in finitima Segnensi dioecesi vigeat, publice depromptum fuisset; quum voto Coronae cleri decanatus Stubicensis 25 Maji, ut desiderium populi fidelis repristinatione usus liturgiae Glagolito-Romanae, eoquod idem a S. Sede approbatus in Segnensi dioecesi vigeat quomodo et in Zagrabiensi viguerat et ob cleri incuriam tamen exoleverat, expleatur, decanatus Bednja, Krapina et Podkupje accessissent; Zagrabiensi episcopo Georgio Haulik de Várallya rem ad S. Sedem deferente („Synodus dioecesana ad summum a Papa id petere possit"); Missa Glagolito-Romana occasione installationis bani Joseph Jelačić in ecclesia S. Catharinae solemniter ab episcopo Segnensi Mirko Ožegović celebratur.

Ephemeris Narodne Novine 1848, N. 41, 57; cfr. Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagreb 1904, 95 ss.

54 c. 1849, 16 Februarii, Jadrae.

C. R. Gubernium Dalmaticum, obsequendo decreto Ministeriali 10 Januarii ejusdem anni, omnes Ordinariatus Dalmatiae nec non Veglensem certiores reddit, de programate a Gubernio statuto pro studio

linguae croaticae vulgaris, de tradendis eadem lingua nonnullis materiis in Seminario Theologico Centrali Jadrensi et de necessitate studii linguae veteroslavicae liturgicae pro cura animarum ad satisfactionem populi fidelis.

N.o $\frac{2591}{509}$

Dall' i. r. Governo della Dalmazia

Stantechè nelle altre Provincie della Monarchia la Teologia Pastorale, e la istruzione nella Catechetica e Pedagogia viene trattata giusta le vigenti norme nella lingua del Paese, l' Eccelso I. R. Ministero della pubblica istruzione ha riconosciuto col riverito Dispaccio dei 10 Gennajo p. p. N.o 107/6 corrispondente alle circostanze, che in Dalmazia tanto presso il Seminario centrale, che presso gli istituti domestici dei Francescani venga insegnata la Teologia Pastorale e la Catechetica e Metodica nella lingua illirico - Dalmata.

L' insegnamento in questa lingua avrà principio allora, che gli uditori conoscano perfettamente la lingua illirica.

E poichè anche la conoscenza della lingua illirica antica, nella quale sino da remoti tempi viene praticata la liturgia, è necessaria tuttora agli studenti di Teologia, così lo studio di questa lingua viene dichiarato di obbligo pei candidati ecclesiastici durante il corso degli studii teologici; l' insegnamento di questa lingua deve essere affidato allo Spirituale del Seminario, ove ne fosse pienamente versato nella medesima, altrimenti ad un' altro capace individuo verso una rimunerazione dal fondo di Religione.

Per quello che concerne la proposta introduzione della lingua illirica volgare come studio di obbligo nelle due classi di Umanità e di Liceo ha dichiarato il prelodato Ministero, essere frattanto sufficiente la determinazione presa col Ministeriale Dispaccio dei 28 Agosto a. p. N.o 5602/700, in seguito alla quale venne disposta col Decreto dei 6 corrente N.o 469/95 l' attivazione di due corsi dello studio della lingua illirica presso li Ginnasii, mentre fu data l' assicurazione, che nella organizzazione definitiva dello studio ginnasiale si avrà riguardo alla sistemazione di Maestri Ordinarii salariati presso li Ginnasi della Dalmazia. Si previene di ciò il Reverendissimo Ordinariato in esito al suo rapporto dei 6 Aprile 1847 N.o 580, per sua notizia e direzione, con osservazione, che a parere del Governo dovrebbe tanto meno incontrare difficoltà la pronta attivazione dell' insegnamento nella lingua illirica delle mentovate materie di Teologia pratica e di Pedagogia, avendo li candidati del quarto anno di Teologia in questo Seminario Centrale compiuti tutti li tre corsi prescritti dello studio della patria lingua, nella quale dovrebbero quindi essere abbastanza versati. In quanto alla lingua Liturgica non vi può esser dubbio sulla utilità dello studio della medesima, non solo nell' interesse della letteratura, patria ma anche teologica, d' altronde venne riconosciuta presso chè da tutti li Reverendissimi Ordinariati la somma importanza non solo

di assicurare alla Provincia, ma anzi di promuovere l' esercizio del specioso privilegio di praticare il divino culto nella patria lingua, indarno ambito, da varie altre nazioni.

Che se l' insegnamento di questa lingua sinora non ha potuto corrispondere allo scopo, sembra che si possa attribuire la causa almeno in parte al metodo osservato, di esercitare cioè li Chierici soltanto nella lettura e versione di alcuni pezzi del Messale Glagolito, ove invece occorre, che li Chierici vengano perfettamente esercitati nella liturgia, e nel Canto Ecclesiastico, requisito questo, su cui calcola molto il popolo di campagna, e contribuisce assai al suo contentamento.

Siccome colli provvedimenti, che si vanno attivando pell' insegnamento delle materie elementari nella lingua illirico-Dalmata, e colla istituzione di apposite Cattedre presso li Ginnasii, dovrebbe rendersi superflua per il Seminario la Cattedra della lingua illirica volgare, si deve perciò raccomandare maggiormente alli Reverendissimi Ordinariati di assicurarsi prima della proposizione per la accettazione nel Seminario, che li Chierici sono abbastanza istruiti nella patria lingua.

Zara li 16 Febbraro 1849.

Il Consigliere Aulico ed Amministratore della Presidenza Governativa

Strasoldo m. p.

Authenticum in archivo curiali Veglensi, 1849 N.o 417., transumptum in archivo parochiali Bescano 1849, N.o 23—30.

54 d. 1849, in Hercegovina.

Usus liturgiae Glagolito-Romanae in Hercegovina hucusque vigens, ex deficientia Sacerdotum linguae Palaeoslavicae peritorum intermittitur.

„Tabula Sacerdotum tum Saecularium — quorum corpora quiescunt in sequentibus Coemeteriis Hercegoviensibus.

Trn: Dom. Marcus Papković.
Crnač Donji: Dom. Michael Vuletić.
Brotnjo in Vidovići: Dom. Joannes Vidović.
Kovačice in Medjugorje: Dom. Valentinus Vasiljević.
Gorica: Dom. Petrus Gianpo.
Vir: Dom. Marcus Budimir.
Roško Polje: Dom. Thaddaeus Čalić.
Grabovica: Dom. Gregorius Grlić.
Rakitno: Dom. Jacobus Perković.
Šuica in Kolakovo Greblje: Dom. Joannes Kolak.
In Podgaj: Dom. Georgius Dilber.

Nota.

Quondam, et neque adhuc sunt 80 anni, a quo aliqui de nostris juvenibus, apud privatos, aut in Dalmatico Illyrico Collegio (cfr. Fontes XVIII. s. N. 75 a) pro saecularibus Presbyteris instrui cessarunt. Isti Sla-

vicum servabant Ritum; et promiscue cum Franciscanis populo ministrabant: (de quibus a 20. annis nullum habemus) et sunt de istis inter mortuos in Tabella relati."

P. Petri Bakula, Schematismus topographico-historicus Custodiae Provincialis et Vicariatus Apostolici in Hercegovina, pro anno Domini 1869, Spalati, typis Zannoni, 1869. Index personalis, p. 198—201.

Liceat hic animadvertisse, quae nobis 17 Januarii 1905 ex Brestovsko venerandus senex et eximius historiographus Franciscanorum Bosnensium P. Michael Batinić de fatis liturgiae Glagolito Romanae in Bosnia retulit:

„Petitio Fr. Joannis a Foča anno 1658 S. Congregationi de Propaganda Fide porrecta [cfr. XVII s. N. 163], qua a S. Sede facultas exposcebatur, ut Franciscanis partes cantatas missae solemnis slavonice tantum persolvere liceat, probat, quod s. liturgia in Bosnia gradatim latinizata est, secundum quod Franciscani Bosnenses saepius instituta theologica in Italia fraequentabant. Factum vero, quod sacerdotes Glagolitae usque ad medium XIX s. curam animarum in Duvno, Livno, Kupres et etiam in Posavina exercebant [cfr. N. 48a, b], nostri juris ad Usum liturgiae Glagolito-Romanae testis est. Episcopus vero Gregorius Ilijić[1799—1806] sacerdotes glagolitas, pro quibus iam episcopus noster Marcus Dobretić Manuale Theologiae Moralis conscripserat [cfr. Fontes XVIII s. N. 112b], ad ordines sacros amplius non admisit, eo quod majorem culturam theologicam exigeret. Sacerdotes Glagolitae omni sub respectu erant „aurei", a populo et a Franciscanis adamati; de quibus ego ipsemet etiam in mea juventute laudes tantum audivi "

56a. 1854, Priko Spalaten.

Episcopus Spalatensis Aloysius Maria Pini Seminarium Illyricum dioecesanum, iuxta petita episcoporum Dalmatiae (cfr. Nr. 47 a, b.) pro educatione Cleri Glagolitici, inscio Gubernio Austriaco, reformat.

Dr. H. Zschokke, Die theologischen Studien und Anstalten der kath. Kirche in Oesterreich, Wien und Leipzig 1894, p. 835.

57a. 1856, 29 Aprilis, Jadrae.

Ordinariatus Archiepiscopalis Jadrensis ad petitionem universitatis suburbianorum Jadrensium, a plebano S. Simeonis C. J. Bianchi suffultam, mandat, ut in ecclesia S. Michaelis Suburbii interioris, in qua ab immemorabili omnia officia sacra slavica tantum lingua celebrantur, etiam majalis devotio eadem lingua, ablato abusu anno praeterito invecto italice ipsam devotionem persolvendi, habeatur.

Nr. 68. Reverendissimo Ordinariato Arcivescovile Metropolitano di Zara.

Si presentarono a quest' ufficio parochiale Matteo Giurinovich, Capitano del Borgo interno, e Bartolomeo Novosselich, vecchiardo, ed esternarono il desiderio a nome di tutto il borgo, affinchè nella loro chiesa di S. Michele fosse introdotta la divozione del mese di Maria in lingua slava, facendo osservare che una tale divozione riuscirebbe di utilità spirituale ai borghesani, i quali ritornano appunto dal lavoro in quell'ora in cui suolsi praticarla.

Il sottoscritto vorrebbe accondiscendere a siffatto desiderio, ed a tal fine unisce al presente un' esemplare di adattate preghiere, che da

molto tempo si trova già in uso presso le chiese e le famiglie di Ragusa; e pregâ, Esso R.mo Ordinariato di accordare la chiesta grazia, osservando che in tal modo si provvederebbe al bene spirituale dei medesimi, e si toglierebbe contemporaneamente l' abuso introdotto l'anno decorso di fare questa divozione in italiano presso una chiesa, ove sempre tutte le pratiche religiose si fecero in slavo. Dall' ufficio parochiale di S. Simeone, Zara 29 Aprile 1856.

F. Bianchi pievano parroco.

Nr. 594. Si reverte insieme all' allegato, annuendosi alla domanda, però sotto l'immediata responsabilità e sorveglianza del rapportante Canonico Pievano di S. Simeone. Dall' Ordinariato Arcivescovile di Zara li 29. Aprile 1856.

Scarich provicario generale.

Authenticum in Archivo parochiali S. Simeonis Jadrensis Acta anni 1856, Nr. 68.

59a. 1858, Blaca Pharen.

Curatia independens Blaca Eremo Glagolitico omonimo (cfr. XVI. s. N. 90a; XVII. s. N. 115a) unitur; ex quo Rector eiusdem Eremi curatoris animarum loci officio fungitur.

Status personalis et localis dioecesis Pharensis ineunte MCMV, p. 44.

64 a. 1860, Jadrae.

Missa Defunctorum Glagolito-Romana cum cantu vulgatur, hoc sub titulo:

Missa Defunctorum cum notis cantus Gregoriani lingua veteroslovenica, litteris glagoliticis, lithographice in folio. Jaderae 1860.

Ex adnotatione presbyteri V. Premudae Bescani.

64 b. 1860. Romae et apud Slavos Meridionales.

Joseph Georgius Strossmayer episcopus Bosnensis et Syrmiensis coram Pio papa IX conservationem liturgiae Glagolito-Romanae novamque editionem librorum liturgicorum nec non repristinationem Seminariorum Glagoliticorum Romae et in Dalmatia perorat.

„Nos coram Sanctissimo Domino arbitrabamur: nesciisse eos, qui faciant, qui ritui slavo-latino et idiomati sacro glagolitico eam sortem inter Slavos pararunt, ut hodie ab agoniae statu non multum distet; impegisse id in privilegia Apostolica, auctoritate Joannis VIII. et Innocentii IV. Romanorum Pontificum firmata, quae effectu suo frustrari nefas semper haberi debuisset; nocuisse id unitati, scissionem hinc inde promovisse, et medii eius vim attenuasse, quod abs dubio,

in manibus S. Matris Ecclesiae, viam subin paci et reconciliationi optime stravisset. Huius nostrae firmae persuasionis consequens est: Nobis summi momenti rem videri, eas liturgiae slavo-latinae reliquias, quae temporum iniquitatibus resistentes aetatem tulerunt, sollicite custodiendas, fovendas et ab interitu omnimode vindicandas esse; providendum quam primum authenticae librorum lithurgicorum idiomatis glagolitici editioni; consulendum studio linguae sacrae slavonicae; renovanda. hunc in finem Seminaria aut Romae, aut in Dalmatia, ubi jam extiterant, in quibus juvenibus praeter linguae et ritus slavici, eorum omnium copia praeberetur, quibus Sacerdotes apti reduntur sanctioribus Matris Ecclesiae intentionibus inter suos promovendis."

Encyclica episcopi Bosnensis et Syrmiensis Josephi Georgii Strossmayer in ephemeride Katolički List, 1860.

65 a. 1862, Goritiae.

Studium linguae Palaeoslavicae in Seminario Theologico Centrali Goritiensi, decreto Gubernii Austriaci ex parte supprimitur.

Jam anno videlicet 1861, instante Rectore Seminarii Joanne Ev. Budau omnino invitus praelectiones Slavicas omni Sabbato alumnis Seminarii dabam, ita tamen, ut mox sequenti anno scholastico 1862 ob causas, quae mihi nunquam dictae fuerunt, praelectionibus istis jam iinis esset impositus. — Sed ut dixi, neque ego in causas hujusmodi inquirebam, neque ullus quidpiam indicavit, cur cessare debuerint praelectiones. Anno 1870 petentibus alumnis Slavis, annuente etiam, ut equum erat, Rectore Hrast, iterum praelectiones Slavicas susceperam, atque me tale quid minime intendente, animi alumnorum slavorum vehementius pro re Slavica incensi ausam praebuerunt Italis, ut aemulationes et dictae discordiae inde enatae sint. Hinc uti facile intelligitur, iterum anno scholastico illo finito finis quoque, ut videtur, pro longiori spatio temporis, omnibus aliis hujusmodi slavicis praelectionibus impositus est."

Doctor Joannes Nep. Hrast, Breves notitiae biographicae quas collegit et conscripsit Stephanus Kociančić, Goritiae 1875, p. 35.

Cfr. Interpellationem die 8 Julii 1905 a delegato Sibenicensi Doctore Dulibić et sociis Ministro praesidi Baroni Gautsch et Ministro Instructionis et Cultus Equiti Doctori Hartel propositam, iuxta Protocollum stenographicum Delegatornm Vindobonensium.

Parochus Terviči Tergestin.-Justinopolitanae dioeceseos anno 1901 testatus est, de prohibitione praelectionum linguae palaeoslavicae in Seminario Goritiensi enimadvertens „prohibitum nobis fuit addiscere Glagoliticum, et proinde necessitate coacti utimur Šćavet et aliis libris liturgicis, quibus utebantur et utuntur alii sacerdotes et etiam Episcopi, qui fuerunt et sunt, dum in cura animarum versabantur."

66 a. 1863, 5 Julii, Zagrabiae.

Quum clerus Zagrabiensis dioeceseos nec non comitatus et civitates eiusdem dioeceseos petitionibus anno 1862 et 1863 episcopo Zagrabiensi cardinali Georgio Haulik de Várallya porrectis expetiissent,

millenarium SS. Cyrilli et Methodii sequenti anno solemniter celebrandum adhibitione etiam linguae slavicae in sacris in universa Croatia et Slavonia, in cathedrali Zagrabiensi epistola et evangelium slavice decantantur, cantusque slavicus cum musica sacra adhibetur in missarum celebratione.

Ephemeris Katolički List, 1864, N. 9; Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagreb 1904, 99 ss.

67 a. 1863, Zagrabiae.

Millenarium SS. Cyrilli et Methodii sylloge elucubrationum occasionalium, inter quas „Introductio" I. Kukuljević Sakcinski, „Activitas litteraria SS. Cyrilli in Methodii" Franciski Rački, „Evangelium in slovenica versione" V. Jagić et „Officium SS. Cyrilli et Methodii" M. Mesić eminent, commemoratur.

Tisućnica slovjenskih apostolah sv. Ćirila i Metoda, Zagreb 1863.

71 a. 1869, 3 Aprilis, Jadrae.

Ordinariatus Jadrensis neomystae Blasio Cvitanović facultatem missam Glagolito-Romanam celebrandi impertitur.

No. 577.

Al Reverendo Don Biagio Cvittanovich
Sacerdote Diocesano
in Zara.

Avendo Ella dimostrato di essere sufficientemente istruito ed esercitato nelle ceremonie della Santa Messa secondo il Messale Slavonico Romano, lo scrivente La autorizza di servirsi di questo Messale per celebrare nei giorni di festa e le messe cantate anche neli giorni feriali.

Dovrà esclusivamente servirsi del Messale e per nessun conto dello Schiavetto eccetto che per cantare il Vangelo e l' Epistola cui Ella prima dovrà leggere dal Messale stesso, cosi pure non potrá nella stessa messa servirsi del Messale latino e del Messale Slavonico.

Dall' Ordinariato Arcivescovile

Zara, 3 Aprile 1869

Pietro Doimo Arcivescovo.

Authenticum apud Blasium Cvitanović, administratorem parochialem in Veli Rat.

71 b. 1870, Labaci.

Evangeliarium lingua slovenica vulgari auctoritatc ecclesiastica pro usu sacro Labacensis dioeceseos vulgatur, sub titulo:

Berila ali Listi in Evangelji za nedelje in praznike. Ljubljana 1870.

73 a. 1870, Goritiae.

Studium linguae Palaeoslavicae in Seminario Theologico Centrali Goritiensi decreto Gubernii Austriaci definitive supprimitur (cfr. N. 65 a).

Cfr. Interpellationem die 8 Julii 1905 a delegato Sibenicensi Doctore Dulibić et sociis Ministro praesidi Baroni Gautsch et Ministro Instructionis et Cultus Equiti Doctori Hartel propositam, iuxta Protocollum stenographicum Delegatorum Vindobonensium.

75 a. 1875, 19 Januarii, Jadrae.

Ordinariatus Jadrensis presbytero Rocho Počina facultatem missam Glagolito-Romanam celebrandi impertitur.

N. 1950.

Al Reverendo Don Rocco Počína
Cappellano
di Zapuntello.

Visto che nell' esame subito presso il Molto Reverendo Professore della lingua Glagolitica in questo Seminario Centrale Ella ha dimostrato di conoscere questa lingua e l' uso del Messale in modo da poter celebrare la Santa Messa, lo scrivente L' autorizza di celebrare nei giorni festivi la Santa Messa secondo il Messale Romano Glagolitico, escluso qualunque altro libro e sotto espressa condizione che tutta la Santa Messa e quindi il Canone e le Secrete siano recitate dal Messale Glagolitico.

Dall' Ordinariato Arcivescovile

Zara, 19 Gennajo 1875.

† Pietro Doimo Arcivescovo.

Authenticum apud Rochum Počina professorem linguae Palaeoslavicae in Seminario Theologico Centrali Jadrensi.

84 a. 1880, Romae.

Officium proprium SS. Cyrilli et Methodii pro Universa Ecclesia sub die 5 Julii confectum continet: Lectiones II Nocturni ex encyclica pontificia „Grande Munus" (cfr. N. 84), excerptas, et sequentes duos hymnos a Leone papa XIII concinnatos:

in I. Vesperis:

Sédibus coeli nítidis recéptos
Dícite athlétas géminos, Fidéles;
Slávicae duplex cólumen, decúsque
Dícite gentis.

Hos amor fratres sociávit unus,
Unaque abdúxit pietas erémo,
Ferre quo multis célerent beátae
Pignora vitae.

ad Laudes:

Lux o décora pátriae,
Slavísque amíca gentibus,
Salvéte. Fratres; annuo
Vos efferémus cántico;

Quos Roma pláudens éxcipit,
Compléxa mater filios,
Auget coróna Praesulum,
Novóque firmat róbore.

Luce, quae templis súperis renídet,
Búlgaros complent, Móravos, Bohémos;
Mox feras turmas numerósa Petro
Agmina ducunt.

Débitam cincti méritis coronam
Pérgite o flecti lácrimis precántum;
Prisca vos Slavis opus est datóres
Dona tuéri.

Quaeque vos clamat generósa tellus
Servet aetérnae fídei nitórem;
Quae dedit princeps, dabit ipsa semper
Roma salútem.

Gentis humánae Sator et Redémptor,
Qui bonus nobis bona cuncta praebes,
Sint tibi grates, Tibi sit per omne
Gloria saeclum. Amen.

Terras ad usque bárbaras
Inférre Christum pérgitis;
Quot vanus error lúserat,
Almo replétis lúmine.

Noxis solúta pectora
Ardor supérnus ábripit;
Mutátur horror vèprium
In sanctitátis flósculos.

Et nunc serèna Caelitum
Locáti in aula, súpplici
Adèste voto; Slávicas
Serváte gentes Númini.

Erróre mersos únicum
Ovíle Christi cóngreget;
Factis avítis aemula
Fides virèscat púlchrior.

Tu nos, beáta Trinitas,
Coelèsti amóre cóncita,
Patrúmque natos inclyta
Da persèqui vestigia. Amen.

Breviarium Romanum sub die 5 Julii; cfr. Prodan, Borba za glagolicu, Zadar 1900, 190; Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagreb 1904, 104.

89 a. 1881, 5 Julii, Zagrabiae.

Leo papa XIII concedit, ut missa Glagolito Romana in die festo SS. Cyrilli et Methodii in cathedrali Zagrabiensi celebretur.

Tkalčić, Slavensko bogoslužje u Hrvatskoj, Zagreb 1904, 104.

89b. 1881, 5—10 Julii, Romae.

Episcopi, clerici et fideles slavicarum gentium: (Poloni, Bohemi, Rutheni, Slovachi, Sloveni, Bulgari, Serbi et Croatae ex Istria, Dalmatia, Croatia et Slavonia, Bosnia et Hercegovina et septemtrionali Albania) Romam petentes, in solemni audientia die 5 Julii Vaticani Leoni papae XIII. tam de cultu SS. Cyrilli et Methodii ad Universam Ecclesiam encyclica „Grande Munus“ (cfr. N. 84) evecto, quam de paterna eius erga Slavos benevolentia gratias agunt; in basilica S. Petri Vaticana ac in coelimontana S. Clementis Officiis Sacris palaeoslavica lingua persolutis, concionibusque slavicis episcoporum Sembratović, Strossmayer, Isvorov et Štulec assistentes; a cardinalibus Schiaffino, Alimonda et Bartolini, a professoribus Petro Pressutti, Jeremia Brunelli et Verghetti comiter excepti.

J. Prodan, Uspomene o slavenskom hodočašću u Rim, Zadar 1881; Fr. Bulić, Bazilika sv. Klimenta u Rimu, Zadar 1881; Bartolini, Memorie storico-critiche archeologiche dei santi Cirillo e Metodio e del loro apostolato fra le genti slave, Roma, Tipografia Vaticana 1881, hac cum dedicatione: „Ai pellegrini slavi, che

visitano i Sepolcri Apostolici e celebrano la solenne festa dei Santi Cirillo e Metodio, Domenico cardinal Bartolini, unito alla loro fede e devozione, offre." M. Majar Zaliski. I santi fratelli Cirillo e Metodio — tradusse M. G. D. P., Roma 1881. Presutti, Il papato e la civiltà degli Slavi Meridionali, discorso avuto nel di 18 Maggio 1880 nell' Accademia Pontificia di Religion Cattolica. Idem, Dei Papi e dell' Apostolato Slavo dei Santi Cirillo e Metodio in ordine alla Religione, alla Letteratura ed alla Politica, oratio habita in eadem Accademia tempore Peregrinationis Slavicae; Jeremia Brunelli, Saluto dei fratelli latini ai fratelli slavi, quod in latina, polonica, bohemica et croatica versione vulgatum est; Verghetti, Carmen: Slavonicae peregrinationis descriptio"; cardinalis Alimondae Oratio in Accademia Vaticana in honorem Slavicae Peregrenationis habita. Zbornik cerkvenih govorov na slavu sv. Ćirila i Metoda, Ljubljana 1886.

93 a. 1882, 1 Octobris, Syrmien. et Bosnen.

Decretum episcopi Syrmiensis et Bosnensis Josephi Georgii Strossmayer, collatis consiliis cum S. Sede pro clero universae dioeceseos latum, ut in solemnitate consecrationis novae ecclesiae cathedralis Diakovi erectae, usus liturgiae Glagolito-Romanae die 1 Octobris anni 1882 in dioecesi repristinetur, interventu Gubernii Austro-Hungarici: quod nisi a decreta iam repristinatione liturgiae Glagolito-Romanae in eadem dioecesi desistatur, fore ut recognitio formalis diplomatica occupationis Urbis Aeternae ex parte Austro-Hungariae per par pari redditionem visitationis regi Italiae Romae, sequeretur, frustratur.

Ex corrispondentia epistolari episcopi Joseph Georgii Strossmayer iuxta adnotationem Caroli Parčić.

94 a. 1892, Romae (Spalaten.-Makarsken.)

Carolus Parčić canonicus S. Hieronymi Slavonorum de Urbe, revisor novae editionis Missalis Glagolito-Romani [cfr. N. 77—80, 91, 92, 108], conservationem characterum glagoliticorum in Missali Glagolito-Romano, contra propositionem innovationis latinorum characterum substitutione [cfr. N. 94] perorat.

In ephemeride Katolička Dalmacija Jadrensi 1882 et opusculo hinc extracto; cfr. biographiam Dragutin A. Parčić 26; V, 1832 — 25, XII, 1902, Krk 1903, p. 20.

95 a. 1885, 21 Januarii, Vindobonae (apud Slavos Cisleithanos).

Quum die 5 Julii 1885 millenarium obitus S. Methodii concursu omnium Slavorum Velehradi in Moravia celebrandum esset, minister Cultus et Instructionis baro Gautsch episcopis Cisleithanis suadet, motus fidelium erga participationem ad festum Velehradense sedulo inquirere sibique referre, eum in finem ut eventuales demonstrationes politicae, quae praevidentur, initis consiliis praeverti et averti possint.

Litterae ministri baronis Gautsch 21. Januarii 1885, N. 86 C U. M. iuxta adnotationem Caroli Parčić.

95 b. 1885, 5. Julii, Velehradi et in Dalmatia.

Millenarium mortis S. Methodii Velehradi in Moravia universis Slavis maximis solemnitatibus celebrantibus, sacerdos Joannes Danilo Jadrensis opus cardinalis Dominici Bartolini (cfr. N. 89 b nota) croaticae linguae donat.

Sveti Ćirilo i Metod, Povjesne crte njihova života i apostolovanja u Slavenskim narodima. Pisao Dominik Bartolini, preveo i izdao pop Ivan Danilo. U Zadru 1885, p. XXIV.

100 a. 1887, 20 Septembris Sibenici.

Antonius Joseph Fosco episcopus Sibenicensis, occasione Litterarum encyclicarum Nuntii Apostolici Vindobonensis Aloysii Galimberti [cfr. N. 100], Rituale Croaticum vulgare, ab Urbano papa VIII iam Motu Proprio indultum [cfr. XVII s. N. 109], quasi abusive tantum inductum esset, interdicit; Ritualis Latini adoptionem mandans.

Nro. 1148.

Ai RR. Parrochi della Diocesi.

Constando allo scrivente, che in alcune poche Parocchie della Diocesi i RR. Curatori d' anime si servivano sino ad ora del Rituale Romano non latino, ma in slavo volgare, vengono posti in avvertenza, essere questo un grave abuso, contrario alle prescrizioni della Santa Sede, e particolarmente a quella emanata del Sommo Pontefice Pio IX colla sua lettera dei 5 Novembre 1855 diretta a tutti i Vescovi dell' Impero austriaco, la quale suona così: „Formulae in sacrificio Missae et sacramentorum administratione in lingua cujusque ritus ab apostolica sede probati sedulo pie religioseque usurpentur", e confermata dall' attuale Pontefice Leone XIII a mezzo die Sua Eccellenza il Nunzio Apostolico di Vienna, colle sua Circolare dei 12 Maggio di quest' anno, in cui è detto: „Neque abs re erit animadvertere in praefato casu non de idiomate aliquo vernaculo vel vulgari rem actam fuisse sed de idiomate liturgico quod jam diu in divinis officiis peragendis S. Sedes plene approbaverat"; per cui vienne prescritto a tutti i M. RR. Parrochi di provedersi del Rituale Romano latino e di servirsene specialmente nell' amministrazione dei SS. Sacramenti compresa l' amministrazione dell' Eucarestia, non che la benedizione nuziale durante la santa Messa.

Dalla Curia Vescovile

Sebenico 20 Settembre 1887

† Antonio Giuseppe Vescovo.

Folium Dioecesanum, organon Curiae episcopalis Sibenicensis, VI (1887) p. 77. cfr. Adnotata ad N. 100 e.

100 b. 1887, 2 Novembris, Spalati.

Ordinariatus Spalaten.-Makarskensis neomystae Lucae Jelić facultatem missam Glagolito-Romanam celebrandi impertitur.

Ad. Num. 3113.

Marcus Calogerà Commendator Imperialis Ordinis Leopoldi, Sacrae C. R. Apost. Maiestatis actualis intimus status consiliarius, Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopus Spalatensis et Makarskensis olim Salonitanus. Dilecto nobis in Christo Reverendo Domino Lucae Jelić neo - Sacerdoti Dioecesano salutem in Domino!

Cum Te rite sacras coeremonias didicisse Nobis constet ex attestatione huius Nostri coeremoniarum Magistri pro lingua vetero-slovenica die data 31 Octobris proxime elapsi: Nos lubenti animo facultatem praesentibus Tibi impertimur atque concedimus Sacrosanctum Missae Sacrificium in quacumque Dioecesis Nostrae Ecclesia, Monialium cujusvis Ordinis excepta, nisi specialem prius licentiam obtinueris, peragendi in Dei Omnipotentis honorem et gloriam, in Tui ipsius spiritualem profectum, animarumque salutem, praemissis tamen, erga quos spectat, de jure et consuetudine, praemittendis. Nos interea etiam Tuis precibus commendatos esse cupientes, Pastoralem Benedictionem Tibi impertimur.

Datae ex Nostra Episcopali Residentia

Spalati die 2 mensis Novembris anni 1887

L. S. † Marcus Episcopus

A. Sasso

Cancellarius.

Authenticum apud Auctorem.

100 c. 1887, 17 Decembris, Jadrae.

Quum litterarum encyclicarum a Nuntio Apostolico Galimberti episcopis meridionalibus Cisleithanis datarum (cfr. N. 100) praetextu usus vigens liturgiae Glagolito-Romanae in Dalmatia supprimi coepisset, in Comitiis Provincialibus X sessione durante decretum latum est: Delegatio Provincialis Auctoritatem competentem de veritate et statu reali usus Missae Glagolito-Romanae in Dalmatia certiorem reddat, et eventualia obstacula pacificae fruitioni eiusdem privilegii removere curet:

Propositio deputati Ljubić: Daje se nalog Zemaljskomu Odboru, neka na nadležnom mjestu razbistri istinom i faktičnim stanjem stvari pitanje o glagolskoj misi u Dalmaciji, te uznastoji ukloniti slučajne zaprieke mirnom uživanju te povlastice.

Ex 37 deputatis, 30 „pro“ et 7 „contra“.

Brzopisna izvješća XXIIIa Zasjedanja Pokrajinskoga Sabora Dalmatinskoga od dneva 26 Studenoga do 19 Prosinca 1887, u Zadru 1888, p. 355, 547, 551.

100 d. 1887 exeunte, Vindobonae (apud Slavos Cisleithanos).

Minister Cultus et Instructionis baro Gautsch certior factus, quod Slavi, contra litteras Nuntii Apostolici Vindobonensis Galimberti die 12 Maji eiusdem annis datas (cfr. N. 100), pro extendendo usu liturgiae

Glagolito-Romanae petitiones S. Sedi porrigent, episcopos Cisleithanos invitat, ut clero suo a tali agitatione abstineri, quin immo eidem obsistere suadant.

Juxta adnotationem Caroli Parčić.

100 e. 1887, Parentin.-Polen.

Joannes Baptista Flapp episcopus Parentin.-Polensis normas liturgicas in sua dioecesi observandas praescribens, duplici supposito: quod usus linguae croaticae vulgaris in Rituali Romano non ex indulto S. Sedis (cfr. XVII s. N. 109) sed ex abusu tantum inductus sit, et quod ius linguae palaeoslavicae in missa amplius in eadem dioecesi non vigeat, fretus, utriusque usum severissime interdicit.

Sancita quaedam ecclesiastica et dioecesana ab omnibus, ad quos pertinet, de obedientia canonica conscientiose observanda.

De lingua liturgica.

Ea lingua appellatur liturgica, quae in catholica Liturgia de mandato aut permissu S. Sedis adhiberi potest. Ad Liturgiam catholicam vero illae functiones sacrae pertinent quarum descriptio sive formulae precatoriae in libris liturgicis Romanae S. Sedis auctoritate editis continentur. Tales autem libri liturgici sunt: Missale, Rituale, Breviarium et Pontificale et Caeremoniale Episcoporum.

Functiones sacrae piaque alia exercitia, quae ab his libris exulant, ad Liturgiam catholicam presso sensu non pertinent.

Lingua autem in qua libri liturgici de mandato et approbatione S. Romanae Sedis typis eduntur aut syro-caldaica, aut graeca, aut latina est, quibus subsequis temporibus slavonica antiqua (palaeoslavica) seu Slavum literale accesit. Linguae liturgicae hac de causa istae appellantur et sunt, in iisque solis functiones liturgicae sensu supra declarato peragi possunt.

A lingua vernaculo vero, quaecumque ista demum sit, ob continuas evolutiones tum in forma, tum in ipso verborum sensu, quibus ea fluctuat Liturgia catholica abhorret. Tales etenim mutationem puritatem Fidei in periculum ducunt pugnantque cum necessaria unitate et stabilitate Liturgiae catholicae. Qua de causa S. Sedes Liturgiam in lingua vernacula nullibi et nunquam concedit. [1]) Quapropter functiones,

[1]) Erronea est haec assertio. SS. Concilium Tridentinum non reprobavit usum linguae vulgaris in sacris ante annum 1563 inductum et biscentennaria consuetudine firmatum; sed interdixit ne in posterum missa lingua vulgari passim celebraretur, quomodo ex fontibus iam suo loco relatis (cfr. XVI s. N. 111 p. 26) patet. Quae prohibitio Tridentina ad ius Liturgicum Latinum occidentalis Ecclesiae coarctatur; nam S. Romana Ecclesia linguam vulgarem, etiam in missa Romana, Graecis, Armenis, Arabis, Rumenis, Georgianis et Sinensibus concessit, quomodo probati auctores tradunt (Benedetto XIV, Della S. Messa, Venezia 1749, p. 44; Marković, Gli Slavi ed i Papi, Zagabria 1897, I, 153 nota;

quae in libris liturgicis continentur, in lingua vernacula peragere omnimo prohibitum est. Si quis proinde Sacerdos in hac nostra Diocesi Parentino-Polensi Missam in lingua vernacula celebrare auderet, aut in ecclesia et publice sive Divina Officia sive Exequias defunctorum, sive Sacramentorum administrationem in eadem lingua persolveret, graviter paccaret omnino. Quin imo, quod Missam attinet, jam sola assertio eam lingua vulgari tantum celebrandam esse, anathemate plectitur.[2]) Ait enim Conc. Trid. Sess. XXII. can. 9.: „Si quis dixerit.... lingua tantum vulgari Missam celebrari debere.... anathema sit."

Gihr, Das heilige Messopfer, Freiburg i. B. 1880, 298, n. 1; cfr. Rassegua Giuridica Ecclesiastica, Roma II (1904), p. 657 ss., 795 ss.).

Quoad usum linguae croaticae vulgaris in nonnulis partibus Missae et in Rituali Romano, indubium est ipsum non abusive, sed consentiente et approbante S. Romana Ecclesia inductum fuisse. SS. Concilium Tridentinum et S. Sedes approbarunt Evangeliarium croaticum vulgare, quod ante Tridentinum biscentenaria consuetudine invaluerat (cfr. XVI s. N. 112, 113, 115). Urbanus papa VIII vero motu proprio anno 1640 Rituale Romanum lingua croatica vulgari Slavis Meridionalibus concessit (cfr. XVII s. N. 109, et p. 82), quae concessio editione S. Congregationis de Propaganda Fide anni 1893 (cfr. XIX s. N. 107) recognita est. Evangeliarium croaticum vulgare necnon Rituale Romanum lingua croatica vulgari ergo ad ius liturgicum particulare Illyrici Occidentalis, idest ad Ritum Slavo-Latinum, ad orientales ecclesias adscriptum, quomodo iam Benedictus XIV constitutione „Ex pastorall munere" 1754 (cfr. XVIII s. N. 80) et Bouix (Tractatus de iure liturgico, Parisiis 1853, Pars I. c. 1. p. 202: „Hodiernum ius liturgicum quoad Orientales Ecclesias — Ritus Slavo-Latinus") docuerunt, spectant; extra codificationem iuris liturgici Latini occidentalis posita, non ad normam iuris Liturgici Latini, sed iuxta normas iuris particularis communis Illyrici Occidentalis diiudicanda sunt.

[2]) Prohibitio Evangeliarii et Ritualis Croatici in dioecesi Parentin.-Polensi ab Ordinario lata in iure fundata non est; quia Ordinarius dioecesanus iuri particulari communi, a S. Romana Ecclesia approbato, derogare non valet. In materia iuris particularis liturgici Concilium provinciale cum approbatione Patriarchae tantum forum competens est.

Et in iure Latino Occidentali Ordinarius dioecesanus enim non habet forum competens in liturgicis; nam haec materia ex toto S. Sedi reservata est S. Concilii Tridentini (sess. XXV, Continuatio, Cap. „De Breviario et Missali") statuto, ubi stricte liturgica Romano Pontifici exclusive reservantur. S. Rituum Congregatio 11 Julii 1603: „Nequit enim Episcopus tanquam judex definire dubia super sacris ritibus et caeremoniis exorta", et 21 Martii 1674: „aut Ritus immutare"; 17 Septembris 1822: „Si quid dubii occurat, recurrendum est ad S. Congregationem pro declaratione" (apud Bouix o. c.). 6 Decembris 1891: „Sacra Congregatio monet Amplitudinem Tuam (episcopum Sibenicensem) per se nihil addere posse cuivis ritui ex iis quae habentur in Rituali Romano; hoc enim exclusive dependet ab auctoritate Apostolicae Sedis" (cfr. N. 103).

Joannes Crnčić archipresbyter S. Hieronymi Slavonorum de Urbe, quum iussu S. Rituum Congregationis Rituale Croaticum pro Vrhbosnensi provincia editum (cfr. N. 101) recenseret, apologiam etiam Ritualis Croatici, ab episcopo Parentino-Polensi oppugnati, concinnavit, haec inter alia Cardinali Angelo Bianchi S. Rituum Congregationis Praefecto animadvertens: „Quae defensio mea Ritualis Romani lingua slavica vulgari et quidem utriusque editionis etiam ad Episcopum Parentinum et Polensem Reverendissimum Dominum Joannem Flapp perveniat velim, qui anno superiore (1887) in Kalendario vel Directorio suo haec de lingua liturgica scribere et precipere ausus est (verba in superiori textu relata citantur). Ergo hic Episcopus negat esse licitum usum Ritualis Slavici, quod

Insuper notum est illud: „Si quis dixerit receptos et approbatos Ecclesiae catholicae Ritus in solemni Sacramentorum administratione adhiberi consuetos, aut contemni aut sine peccato a ministris prohibite omitti aut in novos alios per quemcumque ecclesiarum pastorem mutari posse, anathema sit.“ (Trid. Sess. VII. cap. 13. de Sacram. ingen.). Et huc redit mandatum Bullae Pii V. „Quo primo“ 14. Julii 1570, qua Missale romanum publicatum est. „Mandantes“, ait „ac districte omnibus in virtute sanctae obedientiae praecipientes, ut Missam juxta ritum, modum ac normam quae per Missale hoc a nobis nunc traditur, decantent ac legant, neque in Missae celebratione alias caeremonias vel preces, quam quae hoc Missali continentur, addere vel recitare praesumant.“

Ne quis autem ad usum diu perlatum provocare praesumat, ut liturgiae in lingua vernacula celebrationem cohonestet atque defendat! Abusus est enim talis celebratio quem damnamus, quique abusus omnino tolli debet, de qua re conscientia Parochorom gravata manet. Sacra etenim Congr. Rituum ad quaesitum: „An quacumque inveterata consuetudine in contrarium derogari possit legi a decretis S. C. Rit. praescriptae,“ responsum dedit: Negative 13. aug. 1839.

Praeterea serio perpendenda sunt verba Pp. Benedicti XIII in Conc. Lateran. an. 1725. „Cum invisibilia Dei per invisibilia religionis ac pietatis signa quae caeremoniarum nomine censentur, intellecta conspiciantur, pastoralis Nostri muneris curam ad hoc intendimus et ab omnibus fieri volumus et mandamus, ut in Sacramentorum videlicet administratione, in Missis et officiis divinis celebrandis aliisque ecclesiasticis functionibus obeundis non pro libitu inventi et irrationabiliter inducti, sed recepti et approbati Ecclesiae catholicae ritus, qui in minimis etiam sine peccato negligi, omitti vel mutari haud possunt, peculiari studii ac diligentia serventur. — Quamobrem episcopis stricte praecipimus ut contraria omnia quae in ecclesiis seu saecularibus seu regularibus (iis exceptis, qui proprio Rituali vel Missali vel Breviario utuntur a S. Sede probato), contra praescriptum Pontificalis Romani et Caeremonialis Episcoporum vel Rubricas Missalis, Breviarii et Ritualis irrepsisse compererint, detestabiles tanquam abusus et corruptelas prohibeant, et omnino studeant removere, quavis non obstante interposita appellatione, vel immemorabili allegata consuetudine: Quum non quod fit, sed quod fieri debet, sit attendendum.[3])

approbatum, ut demonstravi, a Romana S. Sede, usurpatum est in Ecclesiis Slavicis earum Dioecesium per ducentos et quadraginta septem annos, cujusque novam editionem Episcopi Dalmatiae et Croatiae ab eadem S. Sede implorant, illa vero favere videtur! Etenim S. Congr. de Prop. fide anno 1878 die vero 13 Julii dignata est ad me scribere hoc modo: „L' arcivescovo di Zara etc.“ (cfr. N. 79).

[3]) Quum ipsis Constitutionibus Pii papae V (cfr. XVI s., N. 119, 123) et Statuto Tridentini (cfr. XVI s., N. 111 p. 26) a reformatione Tridentina ius liturgicum particulare Illyrici Occidentalis excoeptum fuisset, quae ab Ordinario Parentin.-Polensi contra ius particulare Illyrici Occidentalis motivationes afferuntur, minime quadrant.

Quod attinet linguam slavonicam antiquam (palaeoslavicam) quae etiam slavum litterale appellatur, haec quidem prout extat in Missalibus, Tabellis, Breviariis etc. characteribus Hieronymianis seu glagoliticis, (nisi a Sancta Sede Romana aliter decisum sit), typis insuper Congregationis Propagandae Fidei impressis, atque ab eadem S. Sede Romana revisis et approbatis, pro iis Ecclesiasticis et Sacerdotibus, qui ritum Slavo-latinum profitentur, inter liturgicas linguas connumeratur. (Cfr. Breve Bened. XIV. 26. Augusti 1754.) Verumtamen quum usus hujus linguae pro functionibus liturgicis in has nostra Diocesi Parentino-Polensi tota qua late patet in praesens nullibi vigeat, omnes innovationes hac quoque in parte severe interdicimus conscientiamque Parochorum desuper graviter oneramus.[4])

Ne autem videamur Nostra tantum haec statuisse auctoritate e re ducimus hic transcribere ea, quae sub finem litterarum Excell. ac R. mi Domini Nuntii Apostolici Viennensis de dato 11 Maji 1887 ad Nos transmissarum atque de Lingua palaeoslavica archidioecesi Antibarensi per S. Romanam Sedem pro Liturgia concessa tranctantium leguntur: „Ex hisce omnibus — possunt." ([cfr. N. 100].[5])

Atque hic est etiam sensus Litt. Pastoral. Metrop. Gorit. VI Kal. Decembris 1887,[6]) ubi legimus: „Quare non minus severissamae, quae

[4]) Ex allatis in superiori Nota 2) patet, Ordinarium dioecesanum in liturgicis iuris particularis communis Illyrici Occidentalis forum competens non habere; quomodo etiam ex Decretalibus S. Rituum congregationis 5 Augusti 1898 (cfr. N. 109, p. 92 N. 1). Praeterea ius ad usum liturgiae Glagolito-Romanae iuxta principia generalis privilegii realis (cfr. l. c.) dijudicandum est. Qua de causa nec Ordinarius diocesanus habet forum competens in eadem materia, nec usus in praesens non vigens sufficit ad extinctionem ejusdem privilegii, quomodo S. Rituum Congregatio 14 Augusti 1900 (cfr. N. 109 A) declaravit. Tandem, quod saeculo XIX durante et adhuc postremis decenniis ejusdem saeculi usus liturgiae Glagolito-Romanae in Parentin-Polensi dioecesi ab immemorabili inductus viguerit, ex iam allatis N. 267-297, indubium est. Ex ipsis patet, quod propter defectum sacerdotum linguam palaeoslavicam callentium (cfr. N. 65 a, 73 a.) sacerdotes latini marte proprio linguam latinam in missa palaeoslavicae et in Rituali vulgari croaticae substituerunt; et quod innovatio facta est contra linguas liturgicas slavicas, quae in praescripto legitimo usu vigebant, et non contra linguam latinam.

[5]) Litterae Nuntii Apostolici (cfr. N. 100) per se loquendo nullo robore iuridico in liturgicis pollent; quum Nuntiatura Apostolica organon liturgicum non existat, iuxta superius n. 2 relata. Alia ex parte eaedem Litterae non proscribunt usum liturgiae Glagolito-Romanae iam legitimo modo ab immemorabili vigentem, (cfr. N. 100 nota), quomodo casus est in dioecesi Parentin.-Polensi.

[6]) Litterae Pastorales episcoporum Goritiensis Metropoleos agunt tantum de damnandis illis ephemeridibus, quae innovationem propugnant: integram liturgiam lingua tantum vulgari celebrandam esse; de usu liturgiae Glagolito-Romanae vel linguae croaticae vulgaris in Evangeliario et Rituali Romano nec verbum quidem habent; quomodo ex ipso textu patet.

Venerabili Clero universae provinciae metropoliticae Goritiensis salutem et benedictionem a Domino et Salvatore nostro Jesu Christo!

Venerabiles, dilectissimi in Christo Fratres!

Episcopi provinciae metropoliticae Goritiensis, qui de gravissimis dioeceseon suarum rebus consultaturi Goritiam convenerunt, religioni sibi duxerunt haec palam enuntiare.

nobis de rebus ecclesiasticis Nostrarum Dioeceseon nec nonde animabus curae Nostrae creditis coram Deo aliquando reddenda erit, rationis conscii quam propriae etiam Cleri ipsius . . . . . utilitati consulturi, omnes Sacerdotes et Clericos jurisdictiones Nostrae subjectos severissime et sub „obedientia canonica“ hisce vetamus propria auctoritate quidquam innovare aut qualemcumque partem cum iis, qui liturgiam et linguam liturgicam jure ecclesiastico sancitam quomodocunque impugnant. Neve quisquam hoc Nostrum vetitum migrare vel negligere audeat, usum qui alibi vigeat praetexendo, verum noverit se de sua in hac re agendi ratione ex iis tantum, quae a Superioribus ecclesiasticis ei praecepta sunt, aliquando judicatum iri.“

† Joannes Baptista Episcopus Parentino-Polensis.

Ordo ad divina Romano ritu persolvenda in ecclesiis dioeceseos Parentinae-Polensis anno Domini MDCCCLXXXVII, p. VI—IX.

In quibusdam ephemeridibus, quae in nostra provincia ecclesiastica sive rebus politicis agendis sive artibus liberalibus colendis in lucem eduntur, identidem quaedam scripta inveniuntur, quae non minus a sensu catholico aliena, quam fidelium saluti cum temporali tum spirituali perniciosa sunt. Id praeprimis nuperrime denuo accidit modo adeo nefando, ut maximo inde dolore affecti simus.

Profecto quidem! Catholici et Protestantes, Christiani et infideles SS. Patrem nostrum Leonem XIII. summa veneratione prosequuntur eumque in numero maximorum Pontificum, quos divina Providentia Ecclesiae Christi donavit, ponunt. Quare universus fere orbis certat, ut instans eius Iubilaeum sacerdotale quam solemnissime obeat. Nostrae tantum provinciae proh dolor! exceptio contigit. Ephemerides, quibus nomen „Slovenski Narod“, quae in populo perquam catholico vulgantur, cuius etiam saluti praeprimis prospicere se iactant, venerandum senem iubilarem, universi orbis christiani Principem, inde etiam fidelium curae Nostrae commissorum Patrem spiritualem, ipso, ut ita loquamur, Iubilaei pervigilio horribile dictu — „generis humani purgamentum“ dicere ausae sunt!

Quare pro Nostra, quam Iesu Christi his in terris Vicario debemus, pietate et pro studio, quo Nos honori populi catholici, curae Nostrae traditi, consulere oportet, eiusmodi ignominiae, cui in ephemeridibus publicis parem haud facile invenire liceat, quaque non tantum Catholicorum, verum etiam quorumvis aliorum honestorum hominum animi gravi offensione afficiuntur, solemniter hisce reclamamus.

Eiusdem generis ephemerides, inter quas primum locum idem „Slovenski Narod“ obtinet, suum esse ducunt sanctissimis religionis nostrae mysteriis se ingerere atque Ecclesiae Dei ordinem et linguam cultus divini praescribere.

Eadem veneranda Missae mysteria, quae antiquitus Ecclesia „disciplina arcani“ oculis prophanis subducebat, hodiedum ex aedibus sacris in forum publicum trahuntur, ubi libidini nationali et politicae exponantur! Ex antiquo iam tempore res ad liturgiam spectantes (sicut patet ex. gr. ex agendi ratione s. Gregorii) tantae gravitatis habitae sunt, ut de iis absque peculiare Spiritus S. auxilio nequidquam disponere liceret; nunc autem partes liturgiae ordinandae viri assumere volunt, quos inimico in Ecclesiam catholicam animo vel saltem legum ecclesiasticarum incurios esse publice constat! Viri quondam, licet moribus sanctissimi, gloriae Dei studiosissime plenique Spiritu Sancto essent, qui pro salute fidelium vel ipsam mortem parato animo oppetebant, nihilominus liturgiam sacram lingua aliena obibant neque persuaderi iis poterat eam regno Dei promovendo vel fidelium pietati fovendae obstare; hodiedum vero contra linguam liturgicam vel illi ipsi contendere audent, qui non tantum Ecclesiae catholicae non student, ut etiam et verbo et scripto eam impugnent, immo neque minari vereantur se ei obedientiam denegaturos, nisi ipsorum votis obsequatur!

101 a. 1888, medio mense Augusti, Vindobonae (in Dalmatia et Istria).

Minister Cultus et Instructionis baro Gautsch sedulo invigilare iubet, ne discipuli Scholarum Mediarum amplius missae Glagolito-Romanae, sed Latinae tantum, adsistant.

Juxta adnotationem Caroli Parčić.

101b. 1889, 23 Martii, Tergesti.

C. R. Directio Politiae Tergestensis, quum de vita et moribus presbyteri ac professoris Matthaei Mandić C. R. Iudicium certius redderet, asserit quod recentioribus temporibus inter populos catholicos

---

Atque (ut de Ecclesia taceamus) historia sat superque nobis testatur plures populos, licet in liturgia propria lingua usi non sint, tantam nihilominus culturae ac perfectionis culmen attigisse, ut nulla nationum, quae lingua domestica liturgiam sacram celebrant, ne a longe quidem cum iis comparari possit. Et tamen isti liturgiam nationalem praetendunt, quasi absque ea natio neque excoli neque nomen magnum sibi parare possit!

Ideo Nos eiusmodi agendi rationem, qua ordo et disciplina ecclesiastica maximo discrimini exponitur, solemni iudicio condemnamus. Si ne ipsis quidem Episcopis in sacra liturgia quidquam innovare licet, cum ius hoc soli Sedi Apostolicae reservatum sit, quomodo tolerari potest, ut homines privati, sive sacerdotes sive laici sunt, rem, quae nullo modo ad eorum munus spectat, sibi attribuant?

Neque illis assentiri possumus, qui putant, Ecclesiam eiusque instituta et liturgiam ab hominum ac temporum opinionibus, quae semper mutantur, pendere votisque politicis sive nationalibus eam morem gerere oportere.

Qui nomine catholico gloriatur, rite scit Ecclesiam non hominum, sed Dei opus esse eamque ab eodem Deo eiusque Spiritu regi. Quare neque latere eum potest non nationum esse, ut Ecclesia, neque hominis, ut Domino Deo, verum vice versa, ut Ecclesia nationibus, ut Deus hominibus normam et modum definiat, quo fideles vitam religiosam component sensaque sua cultu etiam publico communiter exprimant. Cuique fideli persuasum est Ecclesiae Dei obedientiam strictam deberi, cum Deo ipsi contradicat, qui eius Ecclesiam non audit.

Qui secus sentit, opus divinum, Ecclesiam, arbitrio humano subicit, eius indolem supranaturalem et divinam negat facitque ex creatura, videlicet ex natione, numen divinum. Atque, ut talem sentiendi modum mitissimo iudicio perstringamus, Protestantium placitis obsequi eiusmodi dicendus est, qui superiores suos tamquam populi delegatos habent, a quo potestatem nacti sint; quare etiam iure postulare possunt, ut regimen ecclesiasticum votis nationalibus et politicis obtemperet atque ex his agendorum normam sumat; verum a sensu catholico, nihil magis alienum est, quam ita sentire; quisque catholicus enim credit atque certissimum habet Papam et Episcopos a Spiritu Sancto positus esse regere Ecclesiam Dei. (Act. XX, 28.)

Quam ob rem nemo negare potest Nostrum esse omni cum auctoritate et muneris Nostri pastoralis potestate vocem Nostram contra eiusmodi molimina effere, quae tum ob principia, quibus innituntur, tum ob modum, quo fiunt, efficere valunt, ut Ecclesia a Deo fundata servilis studiorum humanorum ancilla fiat, ut fides populi labefactetur, ut vinculum, quo cum Pontifice Romano, qui a Iesu Christo Ecclesiae caput constitutus est, iungimur, relaxetur ac solvatur, disciplina ecclesiastica evertatur, tandem ut magisterium, legislatio nec non de rebus ecclesiasticis iudicandi ius ad opinionem sive privatam sive publicam deferatur.

Ceterum etiam de rebus politicis levius iudicare dicendus est putans se gloriae nationis suae eo providere, ut dessidia in ea seminet eiusque religionem

monarchiae Austro-Ungaricae panslavisticis de causis lingua slavica in usum liturgicum introduci conetur; et quod haec aspiratio cum conditione Imperii ac eius integritate consona non sit.

Acta C. R. Directionis Politiae Tergestensis 23 Martii 1889, N. 585 Res.; cfr. Interpellationem die 8 Julii 1905 a delegato Sibenicensi Doctore Dulibić et sociis Ministro praesidi Baroni Gautsch et Ministro Instructionis et Cultus Equiti Doctori Hartel propositam, iuxta Protocollum stenographicum Delegatorum Vindobonensium.

101 c. 1889, 14 Junii, Jadrae.

Delegatio Provincialis regni Dalmatiae executioni tradens decretum Comitiorum eiusdem regni 17 Decembris 1887 (cfr. N. 100 c), Caesareo Regio Locumtenenti Dalmatiae, Memoriali peculiari adjecto, significat: usum liturgiae Glagolito-Romanae ex privilegio „slavicae genti" a S. Sede concesso, thesaurum populi fidelis esse, et delegatorum po-

misceat ac turbet. Quis namque maiorem nationi ruinam parat quam illi, qu, fide sublata primas veri profectus leges ei subvertunt? Qui modo occultiusi modo manifestius, ast nunquam non animo infensissimo omnem operam navant, ut unitatem fidei catholicae impetant, ut necessitudinem in sacerdotes et laicos relaxent, ut vitam populi a fide eiusque praeceptis submoveant? Qui, ut brevi totam causam complectamur, omnibus viribus enituntur, ut in natione sensum catholicum exstinguant? Eodem tandem conferunt scriptores ephemeridum, quae „belletristicae" dicuntur, utpote artibus pulchris colendis in lucem editae, qui iuventutem, in qua cujusque nationis spes potissima posita est, stilo lubrico ac sermone expolito allicientes corrumpunt. Neque in nobis eius generis scriptores desiderantur. qui literaturam nationalem iuvandi studium praetexentes, calamum stringunt terribile illud „vaeh" negligentes, quod dominus minatus est „homini illi per quem scandalum venit". (Matth. XVII. 7.) Ideo Episcopi etiam de politica populi cuiusque salute bene merentur eius duces monentes potissimum unitatis socialis fontem, ex quo solo nationi vera beatitudo ac animi tranquillitas promanat et firmatur, Deum eiusque sanctam Ecclesiam esse: „Beatus populus, cuius Dominus Deus eius" (Ps. CXLIII. 15.) — Dominus utique atque Dux tum in rebus privatis, tum in publicis, in rebus, quae ad nationem spectant haud secus atque in vita sociali etc.

Praeter ea, quae monuimus, et alia quaedem res est, quae animum Nostram magno dolore afficit. In pluribus ephemeridibus omnium fere nationum in Imperio nostro degentium, mens quaedam — ne severius dicamus — a communi omnium nostrum patria, quae Austria est, aliena spirat, qua alii aliorsum trahuntur. Etiam haec studia Austriae inimica alioque tendentia toto animo aversamur et condemnamus. Etenim sacrosancta est lex divina, quae mandat, ut subditi simus potestatibus, quae a Deo ordinatae sunt (Rom. XIII. 1.) vetatque nos vincula illa dissolvere, quibus divina Providentia superioribus saeculis populos principibus nexuit. Obedientiam et fidem erga principes cuique Catholico non prudentiae ratio (opportunatis) commendat, sed officium religiosissimum eam imponit; neque ea ex nationalibus vel politicis aliisve similibus rationibus, verum ex sola erga Deum ipsum reverentia et obedientia pendet: haec cuique Catholico officium religiosum est, cuius eum aliquando coram Deo Iudice iustissimo rationem reddere oportebit non minus ac aliorum officiorum lege divina ei iniunctorum. Utique dolendum est, quod gravissimarum harum veritatum memoria in dies magis obliteratur; sicut enim illi, qui nationes regunt, iam dudum falsis disciplinis obsecuti Deum eiusque iura e republica exsulare fecerunt, ita etiam nationes earumque duces, malum illorum exemplum imitantes, vitam publicam a Dei et Ecclesiae praeceptis alienare student. Verumtamen lex semper manet lex atque subditi sicut pridem, ita etiam nunc principibus suis obsequium ex religione debent

puli officii esse conservationem eiusdem curare; populumque nihil novi exigere, nisi ut pacifica fruitio diuturni privilegii ab omnibus respectetur; quare interventum eiusdem Locumtenentis, testis de visu de assertis, coram Ministro Cultus et Instructionis invocat, ut omnia obstacula usui liturgiae Glagolito-Romanae removeantur.

Memoriale autem demonstrat: 1. Liturgiam Glagolito-Romanam per decem saecula ininterrupte in universa Dalmatia vigere; 2. Eandem liturgiam puritati fidei et devotioni populi nunquam obfuisse, quin immo favisse; 3. Eandem liturgiam ab extraneis politicis de causis tantum oppugnatam, calumniis adhibitis, fuisse; 4. Romanos Pontifices eam semper defendisse et fovisse; 5. Liturgiam Glagolito-Romanam tutamen

---

Etiam alia ratio est, ob quam in studia reipublicae inimica gravius Nobis animadvertendum esse putamus: emolumentum videlicet, quod ex obedientia erga Principem Ecclesia et religio catholica in nobis capit. Temporibus enim, quibus vel in regnis, quae maiore Catholicorum numero constant, Ecclesiae catholicae maxima obstacula obiciuntur et sanctissima eius iura violantur, quibus etiam principes qui nomine catholico audiunt, non verentur partes, quae solius Ecclesiae sunt, sibi arripere, quibus in omnibus societatis gradibus sensus catholicus in dies magis deperit, qui sperari poterit in regnis, quorum maxima civium pars acatholica est, principem ecclesiasticae seu caesaropapisticae potestatis libenter iacturam passurum esse, ut parvae civium catholicorum manui eorumque Ecclesiae gratiam exhibeat? Historia talium regnorum sat nobis testatur ad recentissima usque tempora contrarium evenisse, ita ut in plenam religionis perniciem cederet — ac profecto „Slovenski Narod“ et aliae eius generis ephemerides ecclesiam schismasticam ut omnium Slavorum futuram iam praedicare non erubuerunt — si popolus catholicus affinitatis tantum nationalis gratia, a nationibus, licet non genere propinquis, fide tamen catholicis, seiungi vellet, ut cum aliis a fide catholica non tantum alienis, verum eidem etiam infensissimis, societatem ineat. (Numquid non ignominia, qua in „Slovenski Narod“ Summum Pontificem impeti supra memoravimus, ex illo odio repetenda est?) — Evangelium Iesu Christi longe alium propinquorum amorem nobis commendat aliamque unius, quod necessarium sit, curam, praecipiens: „Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus; et qui amat filiam super me, non est me dignus.“ (Matth. X. 37.) „Et si salutaveritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? nonne et ethnici hoc faciunt?“ (Ibi V. 47.)

Tandem eiusmodi studia perversa damnare iubet Nos etiam pietas, qua erga glorisissimam Dynastiam austriacam, ac praeprimis erga augustissimum eius Principem, gloriosissime regnantem Imperatorum ac Dominum nostrum repleti sumus. Profecto quem nostrum latet in Austria, si Ecclesia catholica adhuc vitam agit, post Deum maxime gloriosis domus habsburgicae Principibus tanti beneficii gratias referendas esse atque nostris etiam diebus augustissimi Imperatoris gratiae deberi, quod quamvis tempora iniqua sint, nihilominus Ecclesiae catholicae tot bonis in nobis frui licet, quodque tot mala ab ea arcentur vel saltem levantur? Sicut ergo gratus animus iubet nos quotidie Dominum exercituum et Regem regum obsecrare, ut nobilem illum ac strenuum et pium sensum in augustissima Imperatoris familia gratia sua foveat ac firmet, quo Ecclesia catholica, quae firmissimum diversarum Austriae nationum ad unam societatem coalescentium vinculum est, in animis subditorum altiores in dies radices mittat; ita eiusdem gratitudinis lex populos tenet, ut firma fide ac animo constanti addicti sint augustissimae Principum familiae, cui pretiosissimum, gravissimum omniumque maxime necessarium bonum — fidem catholicam, post Deum conservatam debent.

Ceterum haud veremur solemniter hic asserere fideles terrarum curae Nostra commissarum historia teste constanti semper erga augustissimam Dyna-

sensus religiosi et basin culturae nationalis semper fuisse et futuram esse; 6. Oppugnationem liturgiae Glagoitto-Romanae, uti ab initio ita et in praesens, ex illa causa tantum politica generatam esse, ut evolutio culturae gentis slavicae impediatur; sed Slavos Dalmatiae omnibus legalibus mediis maximum suum thesaurum usque ad interitum defensuros; et omnes ausus contra ipsam tanquam facinus in evolutionem suae culturae nationalis habituros; 7. Intrusionem Gubernii Politici in questione liturgiae Glagolito-Romanae illas sequelas habituram esse, quae semper exoriuntur, quando Auctoritas Politica incompetenter ne-

---

stiam pietate devotos fuisse ac inconcussae huius fidei signa splendidissima dedisse. Sed item asseverare non dubitamus etiam in reliquum tempus vexillum Austriae ab iis non tantum non relictum iri, verum etiam semper sacrosanctum fore. Ipse honor nec non provinciae Nostrae eiusque incolarum bona, cui Nos prospicere oportet, aestimatio, postulat, ut eo gravius quarundam ephemeridum stilum nec non certi generis studia, quae ab infimis usque ad summos probantur nemini, neque populi votis respondent, sed nonnisi apta sunt efficere, ut fides eius patriotica vereque austriaca in dubium vocetur, alta voce reprobemus.

His monitis tamen officio Nostro nondum plene Nos satisfecisse putamus; etenim miseranda, quae attigimus, mala ac quae ex iis minantur pericula, postulant, ut certis consiliis iis occurramus.

Quare non minus severissimae, quae Nobis de rebus ecclesiasticis Nostrarum dioeceseon nec non de animabus curae Nostrae creditis coram Deo aliquando reddenda erit, rationis conscii, quam propriae etiam Cleri ipsius, cui, quod singuli delinquunt, universo imputari solet, utilitati consultari, omnes Sacerdotes et Clericos iurisdictioni Nostrae subiectos severissime et sub „obedientia canonica“ hisce vetamus propria auctoritate quidquam innovare aut qualemcunque partem habere cum iis, qui liturgiam et linguam liturgicam iure ecclesiastico sancitam quomodocunque impugnant. Neve quisquam hoc Nostrum vetitum migrare vel negligere audeat, usum, qui alibi vigeat, praetexendo, verum noverit se de sua in hac re agendi ratione ex iis tantum, quae a superioribus ecclesiasticis ei praecepta sunt, aliquando iudicatum iri.

Item porro — quatenus id omnino opus est — necessarium ducimus, omnibus Nostris institutis ecclesiasticis et seminariis, item omnibus Sacerdotibus et Clericis severrissime interdicere, ne ephemerides vel opera, quae supra notavimus, quacunque lingua scripta sunt habeant vel iuvent, neve quomodocunque iis edendis vel scribendis operam navent. Certo speramus nunquam futurum esse, ut Nobis causa detur in inobedientes poenis etiam canonicis animadvertendi. Econtra in spe sumus atque Clerum graviter etiam hortamur, ut omnibus viribus et pleno studio ephemerides perquam catholice sapientes et principiis Ecclesiae obsequentes, hinc augustissimae Dynastiae fidem integram servantes, fovendas propagandas et iuvandas curet, ut ita malis, quae ephemerides adversariorum haud parvo cum profectu parant, aliquo modo occurratur. Neque enim dubitare licet pastoralis Cleri muneris esse ephemerides bonas fovere.

Ita iam rationis Nobis reddendae conscii statuendum ducimus. Sed ratio haec plus minusve etiam singulorum ex Clero est. Utinam ergo omnes Nostri Sacerdotes plenam eius conscientiam servantes et principiis vere ecclesiasticis obsequentes, omni ratione, tum verbo tum opere, Episcopis suis arctissime iuncti mutuam operam exhibeant pro Deo, Caesare et Patria!

Goritiae VI. Kal. Decembris 1887.

† Aloysius, Princeps Archiepiscopus Goritiensis et Metropolita.
† Ioannes Nepomucenus, Episcopus Tergestino-Iustinopolitanus.
† Franciscus Anianus, Episcopus Veglensis.
† Iacobus, Princeps Episcopus Labacensis.
† Ioannes Baptista, Episcopus Parentino-Polensis.

gotiis ecclesiasticis immiscetur; illam publicam convinctionem — quae iam invaluit — confirmabit: nec a religiosis mediis abhorretur, quum de opprimendis Slavis agitur; nec pro Slavis illud ius constitutionale vim ullam habere, iuxta quod unicuique nationi ius plenae evolutionis cautum est.

Br. 329.

Namjestniku kraljevine Dalmacije

Zadar.

Kako ističe iz priloženog zapisnika, Visoki je Sabor Dalmatinski, pri sjednici 17 Prosinca 1887, prihvatio sliedeći zaključak (cfr. N. 100 c).

Da razbistri pravo stanje stvari Zemaljski je Odbor prikupio povjestničke crte o postanku i obstanku glagolske Mise u Dalmaciji, te ih ovde u Spomenici dodaje.

Iz te se spomenice vidi: da je Rimska Stolica veliku povlasticu podala „genti slavicae", i tim je to postalo „narodnim blagom", te dužnost i narodnog zastupstva da ga brani; vidi se, da je uvedenjem narodnog jezika u crkovnu službu, udario se temelj narodnoj prosvjeti, za koju se narodni predstavnici moraju brinuti: vidi se, da je rečenu povlasticu narod uživao neprekidno kroz deset viekova, i danas ju uživa; vidi se, da što narod traži kroz svoje punomoćnike, netraži što nova, netraži kakva obnovljenja — traži, da mu se nesmeta mirno dugovječno uživanje najmilije svetinje.

O svem tomu mora da je V. P. osvjedočena iz vlastitog izkustva, te je Odbor uvjeren da će najkrepčije Saborsku želju poduprieti kod Visokog Ministarstva, e da Ono na nadležnom mjestu uznastoji, neka se ukloni i najmanja zaprieka daljoj službi glagolske Mise u Dalmaciji.

Zadar 14 Lipnja 1889

Vojnović m. p.
Dr. Klaić m. p.
Šimić m. p.

Spomenica o glagolskoj Misi u Dalmaciji.
(Ommissa demonstratione historica.)

Iz ovih povjestničkih crta izviru ovi nepobitni čini:

1°. Glagoljska se je Misa u Dalmaciji služila od prvog postanka slavjanske bogoslužbe; od postanka se proširila po cieloj zemlji; neprokidno živila do dneva današnjega;

2°. Nije smetala čistoći vjere, bogoljubnom čuvstvu naroda, jedinstvu Rimske Crkve — već svemu tomu pomagala;

3°. Pobijali ju tudjinci ili otudjenici, iz svjetovnih ili stranačkih obzira; pobijali ju krivimi potvorami;

4°. Braniše ju najkrepčije Rimski Pape, blagosivlali ju i djelom podpomagali;

5°. Kao što je bila pričvrstom vjerskih čuvstva, bila je i podlogom narodnoj prosvjeti; — svedjer će biti jedno i drugo.

6⁰. Protivštine, koje su se kroz ovih zadnjih godina podigle protiv Glagolskoj Misi, potiču iz onih istih izvora, iz kojih su se porodile bile u početku, to jest iz razloga političkih. Progonjenjem Glagolske liturgije, misli se zapriečiti razvitak slavjanske narodnosti, u korist ne duhovnih nego materijalnih interesa. Ali naravno i drugi duh vremena, daje Slavjanskim Dalmatincima i drugih zakonitih sredstava, da ju brane i da je sačuvaju kao njihov najsvetiji amanet. Oni će se boriti dok im glave na ramenu bude, da sačuvaju onu crkvenu povlasticu, za koju su oliki narodi badava nastojali, jer je nijesu mogli dostignuti; i koju oni tdrže dikom svoga naroda. Oni će smatrati svaki napadaj proti Slavenskoj Liturgiji, kao napadaj proti razvitku svoga narodnoga života.

7⁰. Uplićanje Vladino u ovom pitanju — pošto nema kako je dokazano bilo, vjerskih razloga po sriedi — porodit će one posljedice, koje se poradjaju svedjer kada se Vlade neumjestno umeću u religijozne odnošaje pučanstva; zapriečit će razvitak duševni toliko za narod potrebit; porodit će, kako je već porodilo, javno uvjerenje, da se re; ligijozna sredstva neštede, kad se namjerava Slavjane pritisnuti k zidu- i da za njih ostaje mrtvo slovo ono ustavno načelo, po kojem svakom je narodu osigurano pravo svojeg podpunog razvitka.

Authenticum in Archivo Delegationis Provincialis Regni Dalmatiae Jadrae, Acta anni 1888, N 329.

106 a. 1892, Tergesti.

Manuale liturgicum lingua slovenica vulgari pro usu sacro dioeceseos Tergestin.-Justinopolitanae vulgatur, sub titulo:

Sveto Opravilo očitne službe božje za slovenske duhovnije Teržačko-Koparske škofije, Tergesti 1892.

108 a. 1892 vel 1893, Romae.

Quum episcopus Parentin.-Polensis tri dubbia S. Rituum Congregationi contra novam editionem Romanam Ritualis Croatici (cfr. N. 107) proposuisset, Joannes Črnčić archipresbyter S. Hieronymi Illyricorum de Urbe, consultor S. Rituum Congregationis haec retulit:

„Illustrissimus et Reverendissimus D. Joannes Flapp Episcopus Parentinus et Polensis, anno 1887 prohibuit in paroeciis suae dioecesis antiquum usum Ritualis Romani lingua slavica eaque meridionali vulgari, quod Rituale hujusmodi non esse approbatum a Sancta Sede diceret, quamvis illud jussu Summi Pontificis Urbani VIII factum esset, et typis sumptibusque S. Congregationis de Prop. fide anno 1640 aditum. Cujus prohibitionis ego Istam Sacram Congregationem anno esequenti 1888, cum Ipsi obsequens Ritualis Romani versionem slavicam ab Episcopis Bosniensibus factam recenserem, certiorem faciendam putavi, optavique ut ille Episcopus de ea approbatione moneretur (cfr. N. 100 e. nota 2). Quod Sacra Congregatio fecit. Cui propterea gratias ago.“

Ex actis Crnčićianis; authenticum in archivo S. Rituum Congregationis.

CORRIGENDA.

Pag.	39.	*N.*	*37.*	l.	9a: 10 Augusti 1819.
„	49.	„	*59.*	„	22a: Dimostrazione.
„	53.	„	„	„	17a: Villa superior (Selo gornje).
„	56.	„	*60.*	„	17a: funzioni dovevano tenersi
„	„	„	„	„	20a: 1. dai documenti
„	„	„	„	„	22a: l'annessavi Confraterna
„	60.	„	*68.*	„	2a: Commissio Pontificia Archaeologiae
„	„	„	„	„	5a: gesta ipsius repraesentantibus
„	„	„	„	„	6a: anno 868 vel 869 absolutam
„	63.	„	*71.*	„	postrema: Excellentiae V.ae
„	64.	„	„	„	2a: provincia haec
„	„	„	„	„	12a: a Carolo Parčić
„	„	„	„	„	13a: Petri Domnii Maupas
„	69	„	*81.*	post l.	6am: Obrednik biskupija Bosansko-Djakovačke i Sriemske, izdan po naredbi Preuzvišenoga Jozipa Jurja Strossmayera. Zagreb 1877. Tisak Dioničke Tiskare.

INDEX ANALITICUS

AD

FONTES LITURGIAE GLAGOLITO-ROMANAE

A XIII AD XIX S.

SYGLA:

Numerus romanus Saeculum, arabicus seriem uniuscujusque Saeculi; (p. . . .) remittit ad „Addenda“ in fine uniuscujusque Saeculi.

Lgr.na = Liturgia Glagolito-romana.
Absor. = Absorensis dioecesis Veglensi aggregata.
Aem. = Aemoniensis dioecesis, Tergestino-Justinopolitanae aggregata.
Aquil. = Aquileiensis dioeceseos pars Labacensi aggregata.
Arben. = Arbensis dioecesis Veglensi aggregata.
Dumn. = Dumnensis dioecesis Mostariensi unita.
Justinop. = Justinopolitana dioecesis Tergestinae unita.
Makar. = Makarskensis dioecesis Spalatensi unita.
Nigrocor. = Nigrocorcyrensis dioecesis Ragusinae aggregata.
Nonen. = Nonensis dioecesis Jadrensi aggregata.
Petenen. = Petenensis dioecesis Tergestino-Justinopolitanae aggregata.
Polen. = Polensis dioecesis Parentinae unita et partim Tergestino-Justinopolitanae et Segnensi-Modrusciensi aggregata.
Scardon. = Scardonensis dioecesis Sibenicensi aggregata.
Stagnen. = Stagnensis dioecesis Ragusiensi aggregata.
Tergest. = Tergestinae dioeceseos pars Labacensi aggregata.
Tinien. = Tiniensis dioeceseos maior pars Sibenicensi, minor pars vero Spalatensi aggregata.
Tragur. = Traguriensis dioeceseos maior pars Spalatensi, minor vero Sibenicensi aggregata.
Trebin. = Trebiniensis dioecesis Mostariensi unita.
Utaquil. = Utinen.-Aquileiensis dioeceseos pars hodiernam Goritiensem dioeceseos efficiens.

I. ACTA SYNODALIA.

A. Concilia generalia.

Lateranense IV varias linguas liturgicas aequiparat, XIII, 1; Tridentinum de lingua palaeoslavica et croatica vulgari in liturgia, XVI, 110—113.

B. Concilia provincialia.

Aquileiense de Lgr.na praecipue in Istriae dioecesibus, XVI, 175; Dalmaticum Jadrae habitum de Lgr.na in Dalmatia, XVI, 136.

C. Synodi dioecesanae.

Absorenses, XVII, 166, 240; Aemonien., XVIII, 107; Jadrenses, XV, 53; XVI, 118, 181; Justinopolitanae XVI, 173; XVIII, 48, 50, 105; Parentinae, XVII, 142, 155, 204; XVIII, 45; Polen. XVII, 86; Segnen.-Modruscien. Bribirii habita, ib. 44; Sibencen., ib. 23; Spalaten., ib., 225; Zagrabien., XVI, 124, 129; XVII, 222, 227; Veglen., XIX, 298.

II. ACTA CURIAE ROMANAE PONTIFICUM SERIE DIGESTA.

Innocentius III.

Relatione Legati Apostolici Joannis a Casamaris Pontifex certior fit, quod postremus episcopus Bosnensis Slavus fuerit, et quod opportunum videtur ut Latinus constituatur, XIX, 312 nota.

Innocentius IV.

Pontifex titulum iuridicum consuetudinis immemorabilis in Slavonia (Illyrico Occidentali) Lgr.nae recognoscens, cum Philippo Segnensi episcopo latine ordinato, ut Lgr.na sacra persolvat dispensat, XIII, 3.
Idem et cum monachis O. S. B. Veglensis dioeceseos, ib. 5.

Clemens VI.

Pontifex usum Lgr.nae ex antiqua consuetudine indultoque S. Sedis in Slavonia (Illyrico Occidentali) vigentem etiam monachis O. S. B. Pragae concedit, XIV, 5.

Nicolaus V.

Pontifex possessiones Regularium Glagolitarum III. O. S. Fr. de Poenitentia in provincia Dalmatia confirmat, XV, 76.

Sixtus IV.

Regulares Glagolitas III. O. S. Fr. de Poenitentia in provinciam Dalmaticam sub Ministro Provinciali capitulariter electo uniri mandat, XV, 76.

Innocentius VIII. vel Alexander VI.

Regularibus III. O. S. Fr. de Poenitenlia Lgr.na ex privilegio S. Sedis exclusive utentibus, Pontifex securitatem eadem Lgr.na sacra persolvendi in Dalmatia concedit, XV, 166.

Pius IV.

Praefectus S. Congregationis Inquisitionis Cardinalis Alexandrinus antiquum usum Evangeliarii Croatici in missa latina confirmat, XVI, 115.

Pius V.

Pontifex Libros liturgicos glagoliticos, ob consuetudinem biscentennariam a reformatione Tridentina eximit, XVI, 119, 123.

Gregorius XIII.

Statuta Concilii Provincialis Dalmatici, etiam de Lgr.na agentia, confirmat, XVI, 136.

Pontifex archiepiscopum Jadrensem Natalem Venerio de correctione Breviarii Glagolitici interpellat ib. 138.

Seminarium Illyricum Lauretanum erigit, ib., 158; XVII, 62.

Sixtus V.

Capitulo Collegiato, a se apud ecclesiam nationalem S. Hieronymi Slavonorum Urbis, in qua iam usus Lgr.nae ab immemorabili viguerat, Pontifex usum linguae slavicae, in missa solemni latina concedit, cfr. XVIII, 99; XIX, 315.

Clemens VIII.

Ab episcopo Pharensi Petro Cedulino ob benevolentiam in gentem Illyricam et translationem Collegii Illyrici Lauretani Romam celebratur, XVI, 158.

Congregationem Glagoliticam missionariorum Ragusinae et Catharensis ditionis commendatitiis et indulgentiis donat, ib., 159.

S. Congregatio Concilii parochos Illyricos a Justinopolitano episcopo corrigendos iubet, ib. 168.

S. Congregatio Concilii relatione episcopi Parentini certior fit, quod omnes parochi Lgr.na utuntur, XVI, 160; et iterum, quod usus Lgr.nae per Istriam et omnes fere provincias, quae Illyrico sermone utantur, viget, sed in maxima Illyricorum librorum penuria versatur, ib. 174; tertio vero, quod penuria sacerdotum Glagolitarum, qui ob defectum patrimonii et beneficiorum amplius ad S. Ordines non admittuntur, liceat sibi Regulares glagolitas in cura animarum assumere et unum alterumve adolescentem in Seminario Illyrico educare, ib. 179.

S. Congregatio Concilii relatione episcopi Petenensis certior fit. omnes sacerdotes dioecesanos, exceptis illis in Pedena et Gallignana, Lgr.na uti, XVI, 184; iterum vero, quod non admittendo ad S. Ordines nisi Latinos et hos in curam animarum introducendo numerus Glagolitarum minutus est, XVII, 12.

S. Sedes relatione Ordinariatus Nonensis certior fit, quod omnes ecclesiae foraneae dioeceseos Lgr.na utuntur, XVI, 185.

S. Congregatio Concilii relatione episcopi Parentini certior fit, quod plures sacerdotes dioeceseos Lgr.na utuntur et linguam latinam vel italicam non callentes inopia librorum theologicorum laborant, XVII, 2.

S. Congregatio Concilii relatione episcopi Tergestini certior fit, quod complures sacerdotes ritus Illyrici vel Slavonici in curam animarum assumuntur, ib. 7.

Paulus V.

S. Congregatio Concilii relatione episcopi Parentini certior fit, quod in dioecesi magna pars curatorum villarum glagolitae sunt, XVII, 21.

Actio Nuntii Apostolici Venetiensis de Missali et Breviario Glagolitico typis imprimendis, ib. 22.

Gregorius XV.

Actio Nuntii Apostolici Graecensis de Missali et Breviario Glagolitico typis imprimendis, XVII, 26—32.

S. Congregatio Concilii relatione episcopi Justinopolitani certior fit, quod in villis eiusdem dioeceseos sacerdotes glagolitae curam animarum agunt, ib. 42.

Urbanus VIII.

Episcopo Segnensi Joanne Baptista Agalić O. S. A. et Bosnensi Tomko Marnavić proponentibus, Francisco Glavinić M. O. et R. Levaković M. O. collaborantibus, revisionem et editionem librorum liturgicorum glagoliticorum S. Congregationi de Prop. Fide committit, XVII, 44.

Visitator Apostolicus Octavius Garzadori Jadrensis archiepiscopus S. Congregationem de Prop. Fide de usu communi Lgr.nae privilegio nationis in Dalmatia certiorem reddit, ib 45, 46.

S. Congregatio de Prop. Fide, Garzadoriana relatione suffulta, ut Lgr.na iuxta privilegium Illyrici in Dalmatia vigens, libris liturgicis necessariis provideretur, ab imperatore Ferdinando, subditorum suo-

rum eorundem librorum penuria laborantium causa, petit et dono abtinet typos glagoliticos, ad eosdem libros imprimendos, XVII, 46—47, 49, 52—54.

Acta ejusdem S. Congregationis de libris liturgicis slavicis edendis, ib. 55, 57, 58, 60, 61, 64, 65, 72, 73, 83—85, 88, 99, 101, 102, 121.

Pontifex Collegium Illyricum Lauretanum pro alumnis ex parentibus Illyricis Illyricae linguae Litteraturaeque Illyricae peritis restituit et auget, ib. 62.

S. Congregatio Concilii relatione episcopi Petenensis certior fit, quod quatuor sacerdotes Lgr.na utuntur, ib. 68; et iterum, quod ut Lgr.na omnino excludatur, non callentes linguam latinam ad S. Ordines non admittuntur; et ita tantum unus glagolita in dioecesi existit, ib. 123.

Congregatio S. Hieronymi Slavonorum de Urbe nomine Illyricae Nationis epigraphe monumentali in eadem ecclesia posita, ob immortalia beneficia praecipue ob revisionem librorum liturgicorum Slavicorum et restitutionem Seminarii Lauretani Pontificem celebrat, ib. 74.

S. Sedes relatione episcopi Makarsken. — Dumnensis certior fit, quod in dioecesi parochi saeculares glagolitae sunt, ib. 75.

Pontifex approbat et publicat Missale Glagoliticum Levakovicianum a S. Congregatione de Prop. Fide impressum ad usum Slavicarum Ecclesiarum, ib. 87.

S. Congregatio Concilii relatione episcopi Justinopolitani certior fit, quod in dioecesi praeter Franciscanos Conventuales III Ordinis, in omnibus quindecim parochiis curatores animarum glagolitae sunt, ib. 90; iterum Seminarii institutionem invocans, ut Manuale Juris Canonici Illyrica lingua pro suo clero concinnatum a S. Congregatione de Prop. Fide imprimatur, expostulat, ib. 103.

Pontifex decretum Concilii Provincialis Tyrnoviensis de abolendo Ritu ecclesiae Zagrabiensis confirmat, ib. 98.

Pontifex Rituale Romanum „Proprio Motu“ pontificio a Bartholomaeo Kašić S. J. in linguam croaticam conversum sibi dedicari sinit, et a S. Congregatione de Prop. Fide vulgari iubet, ib. 109 et p. 82.

S. Sedes relatione archiepiscopi Ragusini certior fit, quod sacerdotibus glagolitis Collegii Tribuniensis Ragusii celebrationem Lgr.nae prohibuerat, ib. 120.

Innocentius X.

Reformationem Breviarii Glagolitici Levaković-Trleckiani approbans, ad usum Illyricarum gentium, quae longe lateque per Europam diffusae sunt, ipsum confirmat et typis S. Congregationis de Prop. Fide mandari jubet, XVII, 130.

S. Congregatio de Prop. Fide Missale Glagolito-Romanum iterum vulgat, ib. 131.

S. Congregatio Concilii relatione episcopi Parentini certior fit, quod in aliquibus parochiis Lgr.na divina celebrantur, ib. 128. Eadem S. Congregatio relatione episcopi Tergestini certior fit, quod sex parochi glagolitae sunt, ib. 141.

S. Congregatio de Propaganda Fide episcopum Segnensem et Modruscensem reprehendit, quod usum Lgr.nae in suis dioecesibus proscribere et omnino abrogare ausus sit, ut a veteri consuetudine movenda rebusque novandis abstineat iubet, ib. 154.

Alexander VII.

S. Congregatio Concilii relatione episcopi Parentini certior fit, quod decreta Synodi dioecesanae Slavica lingua suis parochis glagolitis donaverat, XVII, 155; iterum, quod sacerdotes dioceseos partim Latino partim Illyrico idiomate celebrant divina, ib. 164, 177.

Eadem S. Congregatio relatione episcopi Justinopolitani certior fit, quod in omnibus tredecim pagis curam animarum glagolitae agunt, ib. 156; iterum, quod sacerdotes dioeceseos linguarum omnium, praeterquam Illyricae, ignari sunt, ib. 162; tertio vero, quod iidem glagolitae omnibus quindecim parochiis dioeceseos praesunt, et quod in civitate Conventus III. O. S. Fr. de M. O. Lgr.na utitur, ib. 169.

A S. Congregatione de Prop. Fide fr. Joannes a Foča, sacerdos O. S. Fr. M. O. provinciae Bosnensis orat facultatem, ut, quoniam in Bosnia antiqua consuetudo viget: missae partes latine recitare et deinde slavice cantare; deinceps ommissa dicta recitatione latina, lingua slavica tantum cantare, quomodo Franciscani provinciae Dalmatiae solent, sufficiat, ib. 163.

Clemens X.

S. Congregatio Concilii bina relatione episcopi Parentini certior fit, quod in universa dioecesi partim Latino partim Illyrico idiomate divina celebrantur, XVII, 197, 203.

Eadem S. Congregatio relatione episcopi Traguriensis certior fit, de usu linguae slavicae in cathedrali et in parochiis, ib. 205.

S. Sedes relatione episcopi Nonensis certior fit, quod omnes sacerdotes dioeceseos glagolitae sunt, ib. 191.

S. Congregatio de Prop. Fide relatione Visitatoris Apostolici Serbiae certior fit de usu linguae slavicae in Liturgia Romana in dioecesibus Scopiensi et Prizrenensi, ib. 194.

Innocentius XI.

A S. Congregatione de Prop. Fide Spalatensis archiepiscopus libros illyricos et sacerdotes nationales petit, XVII, 214.

S. Congregatio Concilii relatione episcopi Parentini certior fit, quod in aliquibus parochiis eiusdem dioeceseos Illyrico idiomate sacra celebrantur, ib. 216.

Apud S. Congregationem de Prop. Fide Spalatensis archiepiscopus editionem Breviarii glagolitici sollicitat, ib. 218. Idem caeteri praesules Dalmatiae, ib. 223. Eadem S. Congregatio praesules Dalmatiae certiores reddit, quod petitum Breviarium glagoliticum typis evulgabitur, ib. 223; quod etiam statim factum est, ib. 224.

S. Congregatio Concilii relatione episcopi Justinopolitani certior fit, quod in dioecesi Lgr.na in usu est, et difficile sit glagolitas idoneos adinvenire, ib. 221.

Innocentius XII.

S. Congregatio Concilii relatione episcopi Justinopolitani quinquies certior fit, quod in omnibus parochiis excepta Justinopoli, Pyrrhano et Curia Insularum, Lgr.na sacra celebrantur, et quod pro clero glagolitico suae dioeceseos Seminarium Illyricum erigendum curat, XVII, 228, 230, 231, 233, 235.

S. Congregatio de Prop. Fide Abecedarium glagoliticum Psaltirić vulgat, ib. 237.

S. Congregatio Concilii relatione episcopi Tergestini certior fit de concionibus slavica lingua in civitate a Regularibus peractis, ib. 239.

Jussu S. Congregationis de Prop. Fide Joannes Paštrić Collegii de Prop. Fide Theologiae lector et librorum glagoliticorum revisor catalogum ecclesiarum glagoliticarum Istriae, Croatiae et Dalmatiae conficit, ib. 244.

Clemens XI.

Pontifex relatione episcopi Segnensis et Modruscensis certior fit, quod totus clerus dioeceseos glagolita est, libris vero destitutus; cui necessitati typographia de Prop. Fide provideat adhibitis revisoribus ex illa dioecesi, XVIII, 2.

S. Congregatio Concilii relatione episcopi Polensis certior fit, quod in aliquibus villis eiusdem dioeceseos Lgr.na in usu est, ib. 3.

Eadem S. Congregatio relatione episcopi Justinopolitani quater certior fit, quod Lgr.na in parochiis ruralibus dioeceseos, prouti in omnibus Istriae dioecesibus, sacra celebrantur, et quod diu exoptatum Seminarium Illyricum jam fundatum est, ib. 4, 7, 15; cfr. 16, 19.

Eadem S. Congregatio relatione episcopi Parentini bis certior fit, quod in universa dioecesi partim Latino partim Illyrico sermone divina celebrantur, ib. 6, 9.

S. Congregatio de Prop. Fide duo Missalia Glagolito-Romana Pastriciana vulgat, ib. 10, 12.

Pontifex ab archiepiscopo Antibarensi Vincentio Zmajević rogatur, ut patrui sui et praedecessoris Andreae Zmajević opus apologeticum „Annales Illyrico-Latinos“ publici juris faciat ib. 18.

S. Congregatio Concilii ab archiepiscopo Spalatensi certior fit de Clero glagolitico dioeceseos, et quod encyclicam Pontificiam lingua Illyrica translatam, quotannis in Synodo dioecesana perlegi jubet, ib. 22 et p. 74.

Pontifici commendatur resignatio episcopi Sibenicensis I. D. Caligari, eoquod quum ille ignarus linguae slavicae se infructuosum suae ecclesiae sciret, nam Schismaticorum numerus immodice iam excrevit, cedere cupit; et necesse est illi ecclesiae pastorem nationalem praeficere, ib. 26.

S. Congregatio Concilii relatione episcopi Arbensis certior fit, de usu Lgr.nae in parochiis foraneis dioeceseos, ib. 30.

Benedictus XIII.

Pontifex confirmat Congregationem Sacerdotum glagolitarum Spalatensis dioeceseos, XVIII, 36 a (p. 75).

Pontifex Seminarium Glagoliticum Jadrense pro pueris Illyricis Illyrico dumtaxat idiomate in S. Liturgia utentibus et non pro aliis sub immediata S. Sedis protectione suscipit ipsique duas abbatias incorporat, ib. 37, 38, 41; cfr. 66, 67.

Clemens XII.

S. Congregatio Concilii relatione episcopi Parentini certior fit, quod parochi campestres dioeceseos glagolitae sunt, XVIII, 42.

Benedictus XIV.

Benedicti XIV (Cardinalis Prosperi Lambertini) de origine et natura juridica Lgr.nae a Joanne papa VIII Nationi Slavicae concessae, sententia, XVIII, 68.

Constitutio ejusdem Pontificis „Ex pastorali munere" de Lgr.na fideli ac religiosae Nationi Illyricae concessa ab abusibus linguae vulgaris in missa expurganda, ib. 80.

S. Congregatio Officii contra votum episcopi Polensis et Inquisitionis Veneticae usum linguae slavicae in ritualibus in nonnullis partibus Polensis dioeceseos conservandum decernit, ib. 61.

S. Congregatio de Prop. Fide Missale Glagolito-Romanum a Karaman et Sović revisum vulgat, ib. 63; idem Abecedarium glagoliticum Karamani, ib. 63.

Eidem S. Congregationi sacerdos Ragusinus Stephanus Rosa suam versionem Missalis Glagolito-Romani una cum recensione ejusdem Missalis a Karaman revisi offert; alia ex parte coram ipsa S. Congregatione Karaman suam apologiam agit, ib. 71, 73.

S. Cong. Concilii relatione archiepiscopi Spalatensis certior facta, ipsum archiepiscopum, quod Decreta Synodalia pro glagolitis slavice vulgaverat, et quod Seminarium Glagoliticum prope ab Almissa fundaverat, laudat, ib. 77.

S. Congregatio de Prop. Fide ab archiepiscopo Jadrensi Matthaeo Karaman certior fit de usu vigenti Lgr.nae in Istria, Croatia et Dalmatia, ib. 78.

S. Congregatio Concilii relatione Arbensis episcopi certior fit de usu Lgr.nae in parochiis foraneis eiusdem dioeceseos, ib. 81.

Clemens XIII.

S. Congregatio Concilii relatione episcopi Justinopolitani bis certior redditur, de Seminario Illyrico dioecesano, et quod in omnibus parochiis, Evangelia et Epistola lingua latina decantatis, eadem lingua slavica vulgari ex Evangeliario nuncupato Schiavetto perleguntur. Interrogata vero ab eodem episcopo de hujus consuetudinis liceitate et

de puriori editione dicti Evangeliarii rem S. Congregationi de Prop. Fide remittit; quae respondet: ad primum, quod decernere est Sacrae Inquisitionis; ad secundum, quod Ecclesia S. Hieronymi Slavonorum Romae editione Veneta a Pezzana 1718 utitur, ib. 82, 88, 89.

S. Congregatio de Prop. Fide Missale Defunctorum Glagoliticum pro Istria, Ministro provinciali III O. S. Fr. Istro-Dalmatici curante, vulgat, ib. 90.

Breve Pontificium lingua slavica characteribus Politiensibus conversum cum consensu Gubernii Venetici ab archiepiscopo Spalatensi in civitate et universa dioecesi solemniter publicatur, ib. 89a (p. 78).

Clemens XIV.

S. Congregatio de Prop. Fide Missale Glagoliticum necnon croatica Rituale et Evangeliarium et Doctrinam Bellarmini suae editionis, ad petitionem cancellariae Aulicae Vindobonensis, Imperatrici ac Reginae Mariae Teresiae ad normam novae editionis librorum liturgicorum pro Graeco-Slavis Unitis dono mittit, XVIII, 92.

Eadem S. Congregatio Missale Glagoliticum, Carolo Camutio Justinopolitano episcopo et deinde postremo patriarcha Utinen.-Aquilejensi curante, vulgat, ib. 97.

Pius VI.

Pontifex Nicolaum Belglava Jadertinum ob praeclara ejus merita in libris Lgr.nae iussu S. Congregationis de Prop. Fide corrigendis episcopatui Nigrocorcyrensi praeficit, XVIII, 108.

Pontifex Breviarium Glagolito-Romanum, a Nicolao Belglava, curante Arbensi episcopo Joanne Petro Galzigna, revisum, pro Natione Illyrica, quae late diffusa est, et Turcas inter et Schismaticos posita (hodierna provincia Vrhbosnesi) „Motu proprio“ approbat et typis S. Congregationis de Prop. Fide committi jubet; quod et factum est, ib. 119.

S. Congregatio de Prop. Fide Officia Propria Sanctorum Glagolitica ab episcopo Arbensi Joanne Petro Galzigna, coadjuvante Antonio Juranić III O. S. Fr. de Poen. revisa, vulgat, ib. 120.

Pius VII.

S. Rituum Congregatio dubia sibi proposita ab episcopo Absorensi Francisco Petro Rakamarić in materia usus Lgr.nae Lossini Majoris, ob incompetentiam fori, S. Congregationi de Prop. Fide remittit XIX, 17. Quae S. Congregatio, controversia Lossini Majoris perpensa eidem episcopo, negligentiam Lgr.nae in dioecesi Absorensi redarguendo, ut de statu eiusdem referat ac omnibus viribus ad restitutionem in pristinum vigorem ac conservationem ejusdem Lgr.nae ad Nationis Slavicae honorem et Ecclesiae Catholicae utilitatem incumbat, mandat, ib. 16.

Pius IX.

Pontifex encyclica „ad Orientales“ Apostolos Slavicos SS. Cyrillum et Methodium celebrat, XIX, 54; Vicario suo mediante millenarium eorumdem Romae in ecclesia nationali S. Hieronymi Slavonorum integro anno 1863 celebrandum statuit, ib. 65; diem festum eorumdem die 5 Julii agere jubet, ib. 67; et ad petitionem episcoporum Slavicorum Commissionem Pontificiam Archaeologiae Sacrae sepulcrum S. Cyrilli in subterranea basilica S. Clementis explorare, ib. 68; reliquiasque SS. Cyrilli et Methodii in altari maiori ejusdem basilicae recognoscere jubet, ib. 70.

Pontifex ab episcopo Diakoven.-Bosnensi et Syrmiensi Josepho Georgio Strossmayer, ut nova editione librorum liturgicorum et repristinatione Seminarium Illyricorum Romae et in Dalmatia conservationi Lgr.nae provideat, ib. 64 b (p. 156) exoratus, S. Congregationem de Prop. Fide Missale Glagolito-Romanum recudere iubet, quae postquam a Dalmatiae metropolita archiepiscopo Jadrensi Petro Domnio Maupas et suffraganeis eius hac de causa revisores idoneos inter Dalmatas designandos expostulaverat, ib. 71; Joanni Berčić Jadrensi et Carolo Parčić Veglensi revisionis munus deputat, ib. 77.

Leo XIII.

S. Congregatio de Prop. Fide ob mortem revisoris Missalis Glagolitici Joannis Berčić, ad propositionem metropolitae Dalmatiae Jadrensis archiepiscopi Petri Domnii Maupas, munus revisionis eiusdem Missalis et Ritualis Croatici Carolo Parčić et Joanni Crnčić canonicis S. Hieronymi Slavonorum de Urbe deputat, XIX, 77—80.

Pontifex encyclica „Grande munus“ vitam et merita SS. Cyrilli et Methodii, originemque Lgr.nae, toties a S. Sede approbatae, recolens, festum eorumdem in universa Ecclesia cum Officio, pro quo duos hymnos et ipse quidem concinaverat, et Missa propria, die 5 Julii celebrandum constituit, ib., 84, 84a (p. 159); in die festo SS. Cyrilli et Methodii solemnem missam Glagolito-Romanam cathedrali Zagrabiensi indulgens, ib. 89a (p. 160).

Pro quibus beneficiis ecclesiae Slavicae Pontificem celebrantes ib. 87, 89, 90, 93, unanimi peregrinatione Romam petentes, in solemni audientia 5 Julii 1887 de paterna eius erga Slavos benevolentia gratias agunt; comiter exceptae in basilica S. Petri Vaticana et S. Clementis Coelimontana Officia Sacra slavica lingua persolvunt, ib. 89b (p. 160).

Pontifex vero Oratorium SS. Cyrilli et Methodi ad S. Clementem egregio opere ac reliquiis Rayhradensibus S. Cyrilli exornatum erigit, in quo Lgr.nae sacra persolvere Glagolitis semper fas est, ib. 90, 98, 316; et cathedram linguae palaeoslavicae in Seminario Romano nec non Officium Scriptoris Slavici in Vaticana Bibliotheca instituit, ib. 104.

Idem Pontifex usum privilegii Lgr.nae in provicia Antibarensi ad petitionem Nicolai principis Montis Nigri repristinat, XIX, 99.

S. Rituum Congregatio decretum Jadrensis Ordinariatus, quo usus Lgr.nae interdicitur, irritat, ib. 97. Ritum Graecanicum aquam benedicendi in Vigilia Epiphaniae iuxta Evangeliarium Croaticum tollens, ut Ritui Romano aliae Orationes et Psalmi ex Rituali Romano ad populi slavici, abolitionem Ritus Graecanici aegre ferentis, satisfactionem addantur indulget, animadvertens Episcopum per se nihil addere posse cuivis ritui, ib. 102, 103.

